BIBLIOTECA NAZ.
Vittorio Emanuele III
LVII
E
39
NAPOLI

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

HISTORIA

MAJORIS BRITANNIÆ,

Tam ANGLIÆ quam SCOTIÆ,

Per JOANNEM MAJOREM, nomine quidem Scotum, profeſſione autem Theologum, è veterum monumentis concinnata.


EDITIO NOVA,

Mendis quamplurimis in antiqua JODOCI BADII ASCENSII Editione Pariſiis editâ MDXXI. extantibus repurgata.

EDIMBURGI,
Apud ROBERTUM FRIBARNIUM Typographum Regium.
M.DCC.XL.

Digitized by Google

Digitized by Google



JACOBO DUGLASSIO
MORTONIÆ COMITI,
Dignitatibus, Titulis, Honoribus
CLARO;
Meritis, Virtutibus & Morum Nobilitate
CLARIORI;
Omnigenæ Eruditionis laude,
Propenſoque in Viros Eruditos favore
CLARISSIMO:

Novam hanc JOANNIS MAJORIS Hiſtoriæ MAGNÆ BRITANNIÆ Editionem

D. D. D.

ROBERTUS FRIBARNIUS.

Digitized by Google

METRUM

DE

PRÆLIO

APUD

BANNOCKBURN.

Auctore GULIELMO BASTON Monacho
Carmelita Anglo.

EDIMBURGI,
Apud ROBERTUM FRIBARNIUM Typographum Regium.
M.DCC.XL.

Digitized by Google

Digitized by Google

CUm Joannes Major in ſua hiſtoria, lib. v. cap. 3. carminis de prælio apud Bannocum amnem, anno MCCCXIV. compoſiti meminerit, nec tamen niſi priores duos ejuſdem verſus ipſe proferat; gratum lectoribus fore ſperavimus, ſi integrum hic exhiberetur; præſertim cum alibi rarò occurrat, & quædam contineat ſcitu quidem utcunque digna, ſed quia & ab oculato teſte, & ab Anglo, hoc eſt, ab hoſte memorata, plurimi facienda: Anglici enim hiſtorici, ubi ad hanc cladem pervenitur, rem leviter tranſire plerumque ſolent. Auctor autem hujus carminis erat Gulielmus Baſton monachus Carmelita, poetarum apud Anglos tunc temporis, ut credere par eſt, princeps, utpote eis maximè idoneus viſus qui ad hoc prælium duceretur, illorum victoriam imaginatione præſumptam verſibus ſuis celebraturus: qui tamen captus, eorundem cladem decantare coactus eſt. Opus quidem a Majore noſtro graviter elevatur, qui agreſte & lecturâ indignum pronunciat. Atqui ſic ea ferebant tempora, & hoc invitâ certè, ſi quid unquam, Minervâ, ab auctore profectum. Cæterum, qui de temporis iſtius moribus certior fieri cupiverit, de verborum concinnitate parùm erit ſolicitus: & rei totius inſolentiam ſecum reputanti, opuſculum perpetuò conſervari dignum videbitur.

Metrum de prælio apud Bannockburn.

DE planctu cudo metrum cum carmine nudo:
Riſum retrudo, dum tali themate ludo.
Rector cæleſtis, adhibens ſolamina mœſtis,
Verax eſt teſtis; qui proſpera ferre poteſt his
Quos vincit reſtis, pro ſindone ſordida veſtis.
Ploro ſub his geſtis, perimit quos torrida peſtis.
Bella parata fleo, lamentans ſub canopeo,
Sub quo Rege reo, neſcio, teſte Deo.
Eſt regnum duplex, & utrumque cupit dominari;
Sed neutrum ſupplex vult a reliquo ſuperari.

Dum

Digitized by Google

Dum ſe ſic jactant cum Baccho nocte jocando,
Scotia, te mactant, verbis vanis reprobando.
Dormitant, ſtertunt, quos irrita ſomnia mutant,
Fortes ſe putant, patriæ confinia vertunt.
Explicat exercitus ſplendentia ſigna per arva:
Jam ſunt diſperſi, nimis eſt virtus ſua parva.
Fulminat ad bella præco, clamans dira novella:
Fellea ſunt mella, tantâ durante procellâ.
Nunc armatorum diſponunt geſta virorum,
Ne gens Anglorum vires enervet eorum.
Tu fer vexillum, quo Scoti terrificentur;
Agmina poſt illum belli pro more ſequentur.
Arcitenens arcus tendas, nec ſis modo parcus,
Illic tranſmittas hoſtes perimendo ſagittas:
Iſtac tu tela vibres, quaſi fulgor anhela;
Non te protela, mortem feriendo revela.
Obviet hic illis cum fundis atque lapillis,
Pandens veſana, faciendo concava plana:
Et loca tu ſiſte, tendantur ut arte baliſtæ:
Examen triſte populus denunciat iſte.

Haſtæ tolluntur, patriæ ſatrapes rapiuntur:
Sic diſponuntur, quòd multi multa loquuntur.
Format & informat Rex Scotus prælia dira,
Sunt equites, pedites, ô quàm congreſſio mira!

Clamat,

Digitized by Google

Clamat Rex, animat Scotorum nobiliores,
Citat & invitat ad bella viros potiores:
Cernit, diſcernit acies pro Marte paratas,
Tales mortales gentes cenſet ſuperatas.
Fatur, ſolatur turbas populi venientis,
Riſit, deriſit Anglorum fœdera gentis.
Fortis dux mortis digitos ad bella docebat,
Servis protervis, nulli deferre jubebat.
Lætus ſit cœtus, ſcitis rumoribus iſtis,
Stabit, pugnabit, ſic fiet Anglia triſtis.
Rex fortes unit, & cunctis dat ſua jura,
Quos armis munit, prædicens bella futura.
Imbre ſagittali minuatur ab inguine ſanguis,
Turbine letali ſtimulet jaculator ut anguis:
Haſta teres fodiat proceres ſpargendo cruorem,
Miſſilibus cum pernicibus renovando dolorem.
Timba ſecuri pectora cruri ſcindere curet;
Tela vibrabit, ſic ſuperabit, ſi bene duret.
Mucro patet, nil poſſe latet pro Marte valere.
Sors preterit quibus omen erit ſupplenda replere.
Machina plena malis pedibus formatur equinis,
Concava cum palis, ne pergant abſque ruinis.
Plebs foveas fodit, ut per eas labantur equeſtres,
Et pereant, ſi quos videant tranſire, pedeſtres.

Digitized by Google

Metrum de prælio

Advena turba vocatur, Scotica gens numeratur,
Prima phalanx ſociatur, regia vis comitatur.
Scandere nullus eorum terga valebit equorum;
Fient ſic aliorum plures domini dominorum.
Exploratores mittunt hinc inde potentes,
Multos rumores ſunt inter ſe referentes.
Dira dies Solis pandit primordia molis,
Angligenæ prolis, hinc exit ab ore ſuo lis.
Arida terra gerit Strivelini prælia prima,
Splendida turba ferit, ſed tandem tendit ad ima.
Eſt dolor immenſus, augente dolore dolorem,
Eſt furor accenſus, ſtimulante furore furorem.
Eſt clamor creſcens, feriente priore priorem:
Eſt valor areſcens, fruſtrante valore valorem:
Eſt calor ardeſcens, urente calore calorem:
Eſt gens demeſcens, reprobante minore minorem.
Eſt ſtupor auditus, geminante ſtupore ſtuporem:
Eſt populus tritus, perdente tenore tenorem.
Surgit rugitus, fundente cruore cruorem,
Nunc timor eſt ſcitus, metuente timore timorem.
Atra dies lunæ peſtem renovat nocituram,
Quam vi fortunæ facit Anglis Scotia duram.
Anglicolæ quaſi cœlicolæ ſplendore niteſcunt,
Magnanimi, tanquam minimi, ſub nube quieſcunt.

Ex-

Digitized by Google

Expectat, ſpectat gens Anglica quos nece plectat,
Admotos Scotos ab iis non longe remotos.
Plebs plangit, clangit; ſed quam congreſſio tangit,
Nunc plangit, frangit vires quas ictibus angit.
Magnifici modici Scotorum ſunt inimici.
Munifici medici poterit victoria dici.
Inſultus ſtultus prætenditur ordine cultus,
Singultus multus erumpit ab aggere vultus.
Deſcendens, frendens, pedibus gens Scotica tendens,
Defendens, vendens ſua prædis dira rependens.
Hic rapit, hic capit, hic terit, hic ferit, ecce dolores;
Vox tonat, æs ſonat, hic ruit, hic luit, arcta modo res;
Hic ſecat, hic necat, hic docet, hic nocet, iſte fugatur,
Hic latet, hic patet, hic premit, hic gemit, hic ſuperatur,
Hic fremit, hic tremit, hic pavet, hic cavet, iſte ligatur,
Hic legit, hic tegit, hic metit, hic petit, hic ſpoliatur.
Creſcit inedia, corpora prædia diripiuntur,
Heu! mulieres, miles & hæres inficiuntur.

Clare comes, venerande fomes, Glovernia cultor,
Heu! moreris, ſub ſtrage peris, ſic fit Deus ultor.
Trux Cliffordenſis mucrone retunderis enſis,
Ictibus immenſis ruis hoſtibus undique denſis.
Miles Marſcallus Willelmus in agmine fortis,
Scotorum callus tibi pandit vulnera mortis.
Audax Edmunde Manley probitate virilis, Te-

Digitized by Google

Te gens hoſtilis ſuperat pietatis abunde.
Belliger inſignis Tiptot quaſi fervidus ignis
Enſibus & lignis cadis, inſtat mors tua ſignis.
Nobilis Argenten, pugil inclyte, dulcis Ægidi,
Vix ſcieram mentem, cum te ſuccumbere vidi.
Quid fruar ambage, de tanta quid cano ſtrage?
Vix poterit Tragœdia pandere ſchiſmata plagæ.
Nomina bellantum mea mens neſcit numerare,
Quot, quæ, vel quantum mors novit ibi violare.
Multi mactantur, multi jaculis terebrantur,
Multi merguntur, multi vivi capiuntur.
Boiis ſtringuntur, & munera multa petuntur;
Jam ſunt ditati per eos & magnificati,
Qui primo ſtrati fuerant velut apporiati.
Per girum finis loca ſunt vallata rapinis;
Verba repleta minis replicantur & aucta ruinis.
Neſcio quid dicam, quam non ſevi meto ſpicam,
Linquo doli tricam, pacem colo juris amicam.
Qui curat plura, ſcribendi ſit ſibi cura,
Eſt mea mens dura, rudis eſt vox, ima litura.

Sum Carmelita, BASTON *cognomine dictus,*
Qui doleo vita, in tali ſtrage relictus.
Si quid deliqui, ſi quæ recitanda reliqui,
Hæc addant hi qui non ſunt ſermonis iniqui.

FINIS.

Digitized by Google

ROBERTUS FRIBARNIUS
Lectori benevolo S.

ANTIQUA hæc Joannis Majoris Magnæ Britanniæ hiſtoria, adeò benè nota eſt, tantoque ſemper in pretio, tum exteris in regionibus, tum domi etiam, ex quo ſcilicet tempore, ante duo nimirum, & quod excurrit, ſecula, primùm in lucem prodiit, eſt habita, ut auctoris in laudes, qui univerſitate in Sanctandreana principem obtinuit locum (ubi ingens Scotiæ decus, Georgius Buchananus, ejus ſub auſpiciis ſtudiis operam navavit) cujuſque poſtea Pariſiis, Theologiæ profeſſoris partes dum obiret, ſingulare adeò meritum enituit, prolixè hic evagari planè ſupervacaneum exiſtimem. Cumque nemini non ferè perſpicuum ſit, plurima Boethio, Buchanano, Leſlæo, aliiſque rerum Scoticarum ſcriptoribus, aut planè intacta, aut diverſa certè, magiſque, uti nonnullis ſaltem videtur, probabili ratione narrata, hac hiſtoriâ contineri; quidquam in ipſius laudem operis adjicere haud magis duximus neceſſarium.

CÆTERUM, libri hujus eximii exemplarium cum ſumma jam facta eſſet caritas, eaque non niſi maximo pretio redimenda, ea ipſa etiam in regione, ubi doctiſſimus celeberrimique nominis Typographus, Jodocus Badius Aſcenſius, ſuis eum ex ædibus (parum licet admodum,

proh dolor! accuratè, idque partim ex ipſius auctoris, Pariſiis liber dum imprimeretur, abſentia, partim etiam editoris, viri alioquin licèt diligentiſſimi, propriorum hominum locorumque apud Scotos nominum inſcitia) emiſit: huic nos malo obviàm ire æquum ducentes, ex conſilio doctiſſimorum aliquot graviſſimorumque virorum, auxiliares & ipſi manus porreximus, exemplariumque inopiam ſublevavimus, ſuæ Majorem patriæ, orbique item literato, poſtliminio quaſi, reſtituentes.

HUIC porrò editioni auctoris vitam, per amicum cum primis mihi carum, Georgium Crafordium, genealogicis ſuis de Nobilitate Scoticana commentariis, aliiſque itidem id genus editis operibus notiſſimum, ex variis ſcriptoribus concinnatam, præfigendam curavimus. Doctorum etiam quorundam virorum de Majore teſtimonia atque judicia, ex ipſorum ſcriptis fideliter deſumpta, ſubjungere haud abs re fore exiſtimavimus. Metrum quoque iſtud famigeratiſſimum monachi Carmelitæ Angli (cujus priores duos Major in hiſtoria ſua citat verſiculos) de inſigni illa ab Scotis ad Bannocum amnem de Anglis reportata victoria, rem curioſis lectoribus non ingratam futuram perſuaſi, ſub calcem libri integrum repræſentavimus.

CÆTERUM, cum exſpectare forſan Lector benevolus poſſet, de variis, qui Scotorum res geſtas literarum monumentis conſignârunt, doctis viris, eorundemque ſcriptis quædam ut adjiceremus; eam nos rem paulò attentius conſiderantes, quando vir quidam doctiſſimus, earumque rerum peritiſſimus, Reverendiſſimus nimirùm præſul Carleolenſis Gulielmus Nicolſonus, in ſua hiſtorica Scotiæ Bibliotheca, non multos ante annos impreſſa, eam doctè adeò plenèque provinciam obiërit, ut nihil ferè ampliùs deſiderari poſſe videatur, cui etiam, aliqua ex parte, adjici fortè meretur vir Cl. Georgius Mackenzæus M. D. qui vitas & elogia ſcriptorum Scoticorum conſcripſit, ſupervacaneo facilè labore ſuperſedendum arbitrati ſumus.

RESTAT ſolùm, ut benevolos Lectores, priuſquam manum de tabula penitus auferamus, certiores reddam, quòd cùm ſchedæ aliquot, paucos ante annos impreſſæ, mendis typographicis, ex Badiana cunctis editione

editione derivatis, plus fortè quàm par eſſet inquinatæ conſpiciantur; iſti malo remedium, quod poſſet optimum, porrectum eſſe, viro diligentiſſimo, hiſce rebus diù multumque exercitato, in conſilium adhibito, qui plurima in antiqua iſta editione quæ occurrunt errata typographica adnotavit, ſummaque cum cura emendavit, ac lectoris demùm oculis ſub calcem libri ſubjecit; reliquæ itidem ut omnes quàm caſtigatiſſimæ exirent ſedulâ navatâ operâ. Atque hæc ſunt quæ de hac noſtra Joannis Majoris hiſtoriæ editione præmonenda habuimus: Tu L. B. laboribus hiſce noſtris, rei literariæ bono unicè deſtinatis, benignus fave, atque vale.

D. JO-

Digitized by Google

Digitized by Google

D. JOANNIS MAJORIS, Doctoris Sorbonici,

VITA.

CELEBER hic, cujus vitam deſcribendam ſuſcipimus, vir D. Joannes Major S. T. P. ad Bervicum Boreale, octodecim circiter a Dunſo millia paſſuum in præfectura Hadintonenſi, ut ipſe memoriæ prodidit, natus eſt (*a*). De ſuorum parentum fortunis vivendique ratione, nuſquam in ſcriptis ſuis meminit: ex liberali tamen inſtitutione, quâ filium hunc ſuum excolendum curârunt, ex infima atque egena plebe neutiquam fuiſſe eos, tutò nobis conjicere licet. Poſtquam enim, eorum munere, prima bonarum literarum addiſcendarum tyrocinia in ſcholis patriis depoſuiſſet, ad academiam Cantabrigienſem eſt miſſus, ibique, per aliquod tempus, in collegio, quod Chriſti nuncupatur, ſtudiis Philoſophicis animum appulit. Poſtea verò inter Oxonienſes aliquandiu egit (*b*), quo autem in auditorio, niſi fortè in cœnobio Oſneyenſi, cujus loci campanarum ſuaviſſimos concentus maximis effert laudibus, parum habemus compertum. Poſtquam autem quæ in utriſque hiſce Anglorum univerſitatibus utilia viſa ſunt hauriendis ani-

mo

(*a*) Vide ejus hiſtoriam, lib. 4. cap. 10. (*b*) Vide Mackenzæi M. D. Scriptorum Scoticorum vitas, & Wodi Athenas Oxonienſes, tom. 1. pag. 51.

mo ſuo feciſſet ſatis, in Galliam trajiciens, Pariſiis in collegio Montis Acuti larem fixit; ubi in literarum humaniorum atque Philoſophiæ pariter ſtudia, ſub auſpiciis viri clariſſimi Joannis Boulaci (*c*) incumbere perſeveravit: ibidemque conſueto tempore tranſacto, Magiſtri in artibus liberalibus titulum promeruit. Poſt hæc Theologiæ ſtudio animum adjecit, in qua tantam nominis famæque celebritatem ſibi adquiſivit, iſtius ut facultatis, eadem in univerſitate, Profeſſor deſignaretur (*d*). Hac in academia auctor noſter cùm Philoſophiam tùm Theologiam complures docuit annos, adeò ut doctiſſimis ſeculi ſui viris haud immeritò adnumeraretur (*e*).

ANNO demum MDIX. S. S. T. P. in Sorbona, primario univerſitatis Pariſienſis collegio (*f*), cohoneſtatus eſt titulo. Dum hoc munere fungeretur, commentarium in primum atque alterum Sententiarum librum publicavit, quem Georgio Hepburno, abbati tunc Aberbrothienſi, exque ſecretiore Jacobi, ejus nominis quarti, Scotorum Regis concilio uni, dedicavit. Hic Patricii primi Bothueliæ comitis patruus erat: qui cum plurimum apud Regem gratiâ polleret, ſummus poſtea regni theſaurarius atque Sodorenſis quoque epiſcopus creatus eſt, ac demum in funeſta illa ad Fluidonem pugna unà cum domino ſuo Rege, anno MDXIII. peremptus eſt (*g*).

QUOD proximè opus in lucem emiſit auctor, ſecundi Sententiarum libri explicationis titulo inſcriptum eſt, quod Pariſiis editum ejuſdem famam atque exiſtimationem maximoperè auxit. Haud ita multò poſt in tertium quartumque Sententiarum librum adornavit, cum publicoque communicavit, commentarium, quem doctiſſimo celeberrimique nominis viro Gavino Douglaſſio Dunkeldenſi epiſcopo, Anguſiæ comitis patruo, aliique item clariſſimo illis temporibus antiſtiti Roberto Cocburno epiſcopo Roſſienſi, inſcribere ipſi placuit (*h*).

DUM noſter in collegio Montis Acuti S. Theologiæ Profeſſoris partes obiret, ſuam Majoris Britanniæ, tam Angliæ quam Scotiæ, conſcripſit hiſto-

(*c*) Mackenzæus in vita Majoris. (*d*) Mackenzæus, & Wodi Athenæ Oxonienſes. (*e*) Obſervationes in Majoris vitam, penes Geor. Crafordium. (*f*) Mackenzæus in Langii vita. (*g*) Vitæ Officiariorum Statûs. (*h*) Mackenzæus & Wodi Athenæ Oxonienſes, vitæque Epiſcoporum Roſſienſium penes G. Crafordium.

hiſtoriam, quamvis patriæ ſuæ res geſtas, ut plurimum, ea complectatur: quod a ſe factum lectores edocet Jacobo V. Scotorum Rege ſextum ætatis annum agente, annoque ſalutis MDXVIII (*i*), etſi non niſi triennio poſt in lucem ea publicam prodierit. Quòd auctor in Scotia abeſſet, Pariſiis liber dum imprimeretur, in cauſa fuiſſe videtur cur antiqua libri illius editio tot tantiſque inquinata conſpiciatur erroribus. Et quidem haud raro mecum ſum miratus, per duorum, & quod excurrit, ſeculorum decurſum, vel ob ſolam mendarum, quibus innumeris in hominum locorumque nominibus notandis, hæc hiſtoria ſcatet, tollendarum, ne dicam alia, cauſam, nemini huc uſque animum ſubiiſſe, novam accuratamque illius editionem ut adornaret: præſertim rerum Scoticarum ſcriptoribus adeo utilis ea cùm inveniatur; totque rerum geſtarum narrationes ſingulares, à nemine ejus ante tempora ſcriptorum memoriæ traditas contineat; quæ maximi tamen ſunt momenti ad complurium antiquiſſimarum maximéque illuſtrium regni familiarum ſucceſſionem quod attinet. Cujus rei hæc planè videtur eſſe ratio, quòd plurima in auctoris noſtri hiſtoria occurrant loca, quæ neutiquam intelligi poſſunt, niſi ab eo qui ſtatum & conditionem regni Scotici penitus perſpectum habeat. Unde nova hæc atque accurata libri hujus editio, tanta cum diligentia adornata, cunctis non poteſt non acceptiſſima eſſe, quibus patriæ ſuæ honos curæ atque cordi eſt. Sed hæc obiter.

EODEM anno MDXVIII. percrebreſcente Auctoris celeberrimi famâ, ex intima quam in re Theologica adquiſierat cognitione, ab Jacobo Betonio Archiepiſcopo tum Glaſcuenſi, doctiſque iſtius univerſitatis Profeſſoribus, ad Sacroſanctam ibidem Theologiam docendam primariique pædagogii Regii (*k*) munus obeundum in patriam ſuam arceſſitum pluſquam veroſimile eſt. Hoc in Athenæo eruditiſſimus Doctor hic Sorbonicus, Doctorque item Pariſienſis (*l*), quibus eum titulis inſignitum reperimus, Theologiam haud dubiè ſumma cum laude, quam exteris in regionibus meritiſſimò ſibi paraverat, quadriennio circiter profeſſus eſt, ad annum uſque MDXXII. (*m*) quo patronus ejus,

 ut

(*i*) Chartularium Univerſitatis Glaſcuenſis palam facit eum tum temporis ibi fuiſſe, etſi nullus Scriptorum ante hoc tempus eum ibi Theologiam docuiſſe tradat. (*k*) In Archivis Univerſitatis Glaſcuenſis, ibi non ante annum 1518. ſub hac deſignatione reperitur. (*l*) Ut ibidem deſignatus invenitur. (*m*) Ibidem ad annum 1522.

ut mihi quidem videtur, Archiepiſcopus Betonius, a Glaſcuenſi ad Andreapolitanam (*n*), quæ totius regni primaria eſt, ſedem tranſlatus, Majorem paulò poſt ad ſe evocavit, eumque in cathedra ibidem Theologica collocavit, præfectumque S. Salvatoris collegii eadem in univerſitate conſtituit (*o*). Cæterum cum is, inter doctiſſimos ſeculi ſui Theologos univerſorum calculo haberetur, quin eâdem, vel majore etiam, eruditionis famâ, hac in Academia, quam vel Pariſiis vel Glaſcuæ docuerit, dubitari nequit. Hujus è ſchola, per illa tempora, complures doctiſſimi prodière viri, qui, utiliſſimis ab ſe editis operibus, orbi jam pridem literato innotuêre: Georgius ſcilicet Buchananus, vir longè latéque celeberrimus, facundiſſimus hiſtoriæ gentis ſuæ conditor, ſuique porrò ſeculi poetarum facile princeps; ac Joannes etiam Knoxius religionis purioris apud Scotos inſtaurator cum primis ac vindex acerrimus (*p*). In hac collegii Sancti Salvatoris præfectura vix ultra triennium Major ſe continuit; turbis enim & ſimultatibus per ea tempora inter omnis ſtatûs & conditionis homines multùm ſævientibus, quæque indies in majus excreſcere videbantur, ex comitis Anguſiæ, qui tum ſummæ rerum præerat, adminiſtrationis violentia atque ſeveritate exortæ, quæ in Archiepiſcopum Sanctandreanum, ſummum Majoris patronum, immenſum in modum graſſata fuerat; ne impendentes patriæ ſuæ calamitates, quæque in amicorum optimorum capita & fortunas brevi eruptura videbantur mala, præſens cernere cogeretur, anni milleſimi quingenteſimi viceſimi quinti æſtivo tempore in Galliam trajecit, ſuoque ſumtu Georgium Buchananum hiſtoricum noſtratem ſecum deduxit (*q*). Quem cum egregia indole juvenem intelligeret, ut claſſi in collegio Barbarano Grammaticam diſcentium præficeretur ſuâ effecit gratiâ. Porrò id beneficium Buchananus ſuo quondam præceptori, de ſe optimè merito, parum gratè, nonnullorum judicio, rependiſſe viſus eſt; quippe de quo ejuſque operibus contemptim ſcribat, in epigrammate quodam ſuo, *ſolo* eum *cognomine Majorem* appellans (*r*).

HOC tempore, cum in Gallia Major verſaretur, Theologiam docendi in

(*n*) Archiepiſcopi Betonii Cancellarii vita. (*o*) Sibbaldi M. D. commentarius in vitam Buchanani. (*p*) Knoxii vita nuperæ operum illius editioni præfixa. (*q*) Commentarius in vitam Buchanani, & Buchanani ipſius vita a ſemet conſcripta. (*q*) Wodi Athenæ Oxonienſes. Comitis Cromartii vindiciæ natalium Roberti tertii. (*r*) Buchan. epigram. lib. 1. 51.

in collegio Montis Acuti provinciam iterum in ſe recepit, ubi duos aut tres, ad ſummum, permanſit annos. Per id enim tempus, quo Anguſiæ comes a rerum adminiſtratione amotus eſt, Major, ſive innato quodam, quo plerique tenentur, ſua in patria, ſuoſque inter cognatos moriendi deſiderio, ſive Jacobo Betonio Archiepiſcopo Sanctandreano, amico vetere, qui pleno jam liberoque muneris ſui eccleſiaſtici exercitio reſtitutus erat, invitante, domum in Scotiam anno milleſimo quingenteſimo viceſimo nono, vel ſub initium anni ſequentis, reverſus eſt. Nullius autem ope teſtimonii, quod mihi in manus pervenerit, cuique tribuenda ſit fides, deprehendere potui Sancti Salvatoris collegii præfecturam, atque Theologiæ ibidem profeſſoris munus (quod alius, nempe Hugo Spenſius, jam antè tenuerat) Major num denuò ſuſceperit (*s*). Hoc certè tempore, Major provectâ admodum erat ſenectute, quâ factum ut publicè docendi muneri ſuſtinendo impar redditus videri poſſit. Verius igitur eſt ut credamus eum, quod reliquum erat vitæ, apud Archiepiſcopum ejus in ædibus Andreapoli exegiſſe, aut ejus benignitate ſuſtentatum, aut aliquo denique reditu eccleſiaſtico, cujus conferendi jus penes Archiepiſcopum erat, auctum, vitam toleràſſe, donec Deo ter optimo maximo eum anno MDXL. ad cœlites evocare viſum eſſet (*t*). Hæc temporis ratio, ſi rectè ſe habeat, quod audacter tamen ego vix adſerere auſim, provectâ admodum ætate Majorem diem ſupremum obiiſſe oportet: Buchananus enim, cum ipſe verno anni MDXXIV. tempore ad eum audiendum Andreapolim mitteretur, in extrema Majorem ſenectute verſatum tradit; quo loquendi modo non niſi virum qui non multò minor octogenario eſſet ſignificari poſſe exiſtimamus. Atque hic ſilentio premere nequeo errorem, in quem amicus olim mihi cum primis cariſſimus Georgius Mackenzæus M. D. prolapſus eſt, qui annum in quo natus eſt Major ad calculos revocans, eum ad annum a Chriſto nato milleſimum quadringenteſimum ſeptuageſimum octavum referat. Quæ ſupputatio ſi rectè ſe habeat, ſexageſimo ſecundo aut tertio ætatis anno Majorem vitâ functum eſſe neceſſe eſt. Atqui extrema ea ſenectus quò Majorem Buchananus anno MDXXIV. perveniſſe ſcribit, nullâ potuit veriſimilitudinis ſpecie iſtius homini ætatis eo tempore convenire, quem ex Cl. Mackenzæi ſupputatione annos ſex ac quadraginta haud ſupergreſ-

 ſum

(*s*) Spotiſwod. *hiſt.* eccleſ. ad annum 1527. (*t*) Mackenzæi vita Majoris.

ſum fuiſſe oportet; adeoque meo quidem judicio, tum rei naturæ, tum temporum rationibus conſentaneum magis videtur, Majoris natales ad annum milleſimum quadringenteſimum quadrageſimum ſextum referre; adeoque tribus quatuorve nonagenario ſuperiorem eum annis deceſſiſſe.

HACTENUS de auctoris vita: proximum eſt ut doctorum quorundam de ipſo ejuſque ſcriptis virorum teſtimonia atque judicia in medium proferamus. Initium autem facimus a doctiſſimo graviſſimoque hiſtorico noſtro Spotiſwodo Archiepiſcopo Sanctandreano (*u*), qui de doctis quibuſdam viris, qui regnante Jacobo V. Scotorum Rege floruerunt, agens; ab Auctore noſtro orditur: "Joannes Major S. T. P. Hadin-"tonæ, inquit, in provincia Lothiana natus eſt, bonarumque litera-"rum ſtudiis ab ineunte ætate diligenter inſtitutus; in Academia "Cantabrigienſi Philoſophiæ præcepta hauſit. Iſtum verò locum "parum opportunum expertus, Pariſios ſe contulit, ubi ſtudiorum in "artibus liberalibus in collegio Montis Acuti ſtadium abſolvit. "Poſt hæc Theologiæ ſtudio ſe dedidit, Sacræ Theologiæ doctoris "titulo a Sorbonicis cohoneſtatus, in Theologia ſcholaſtica illis tem-"poribus nemini ferè ſecundus: quam rem ejus deciſiones Sententia-"rum ſophiſticalium Pariſienſium, alterumque id opus, cui titulus "Placita Theologica abundè teſtantur. Indè in patriam ſuam re-"dux Theologiæ docendæ munus in collegio S. Salvatoris Sanctan-"dreano, cujus & præfectus fuit, exercuit, ibique provectâ ætate "mortuus eſt: Vir, ut præſul venerandus pergit, probus, ingenio-"ſus, neque, ut ea ferebant tempora, indoctus. Patriæ ſuæ hiſto-"riam Sorbonico quamvis barbaroque ſtilo, ſumma tamen cum veri-"tate animique libertate conſcripſit: Eccleſiæ Romanæ uſurpationi-"bus neutiquam parcens, ordiniſque eccleſiaſtici deſidiam luxumque, "quod illis temporibus ſine periculo vix fieri potuit, haud rarò per-"ſtringens."

DOCTISSIMUS Buchananus de Majore ſcribens antiquo præceptore ſuo; "In ſtudio, inquit, Theologiæ, me puero, magnum nomen "habuit."

ALIUS.

(*u*) In ipſius hiſt. eccl.

Alius quidam doctus hiſtoriæ Scotorum ſcriptor, auctoris noſtri temporibus æqualis, Hector nimirum Boethius, qui collegii Regii Aberdonenſis præfectus fuit, in ſuo de Murthlacenſium ſive Aberdonenſium Epiſcoporum vitis libro, hoc eum cohoneſtavit elogio; "Joannes, inquit, Major Theologus eruditiſſimus, cujus ſcripta haud "aliter atque illuminatiſſimæ faces, magnum Chriſtianæ religioni at"tulêre fulgorem."

Noster itidem popularis Thomas Dempſterus, hiſtoriæ Scotorum eccleſiaſticæ ſcriptor Pontificius, quamvis dicat, quædam Majoris in hiſtoria reperiri, quæ ſibi non omnino probentur, ſe tamen generalem eruditionis famam minimè illi abrogatam velle, atque nonnihil iſtis quibus vixit temporibus concedendum: "Sed "venia, hæc ejus ſunt verba, rudi illi ævo danda."

Reverendus admodum doctiſſimuſque Gulielmus Nicolſonus S. S. T. P. Carleolenſis primò, ac Derenſis poſtea apud Hibernos, epiſcopus, in eximio ſuo quem hiſtoricam Scotorum Bibliothecam inſcripſit libro, de Auctore noſtro hæc habet; quæ, uti vitæ ejus compendium exhibent, ita pro epiſcopi illius de eo judicio cenſeri poſſunt: de Majoris enim hiſtoria de geſtis Scotorum ſcribens, "Auctor, inquit, "Joannes Major magnum inter Theologos ſcholaſticos nomen eſt con"ſequutus, quod plurimi ab eo conſcripti in id argumenti abundè "teſtantur libri. Cæterum commentitias illas de primis popularium "ſuorum originibus traditiones non magni æſtimat. De Gatheli è "Græcia adventu figmentum, ut ipſe vocat, de induſtria excogita"tum cenſet, ut Anglos qui Trojanis oriundos ſe jactabant, fabuloſâ "antiquitate anteirent. Quod vero de Simone Brecco ejuſque Hiſpa"nis noſtri memorant, haud alio quàm abſurdi neſcio quid nomine "dignatur: ejus denique de prolixa illa fabula ſententiæ ſumma huc "redit; nimirum Hibernos ex Hiſpania, Scotos verò ex Hibernia pri"mitùs commigraſſe, ſe credere; reliqua verò quæ tradantur pro meris "nugis habere, quamvis imprudens in Fordoni ſemitam ſubindè prola"batur. Secundum hiſtoriæ ſuæ librum a Ferguſio Erci filio exorditur: "et quamquam hunc inter Ferguſiumque primum, quindecim interceſſiſſe "Reges fateatur, eorum tamen ſuperiorum Regum, ſi tres quatuorve exci"pias, ne vel nomina tradit. Hic porrò numerus 15. cum infra eum

" quem adſignârunt hiſtorici recentiores tantoperè ſubſidat, pro mendo
" typographico, locoque 45 poſitus haberi poſſet, niſi vox *quindecim*
" literis plenè exarata omnem tale quid ſuſpicandi anſam prorſus tol-
" leret. Res Anglicas hiſtoriæ ſuæ perpetuo interſerit, quæ autem
" de gente ſua perſcribit ex Anglicorum ſcriptorum fide maximam par-
" tem retuliſſe videtur. Beda, Caxtonus & Froiſſardus præcipui ſunt
" quibus nititur auctores, quorum primum atque poſtremum nunquam
" ſine laude nominat: plurimum verò Caxtono debet, quamvis cum
" eodem rixandi anſam haud rarò arripiat, præſertim ubi Scotorum
" gentem Anglis fuiſſe clientelarem contendit. In Regis Davidis, ejus
" nominis primi, in tot monaſteriis exſtruendis, iiſdemque ex regiis
" reditibus locupletandis, apertè ingenuéque invehitur, legemque, im-
" modicam hanc a Regibus ſuis factam opum profuſionem in poſterum
" quæ coerceret, non ſine utilitate magna ferri poſſe arbitratur. No-
" bilitati quoque, qui Regis filiam regni hæredem Norvegiæ Principi
" nuptum collocaſſent, quo facto in unam cum Anglis gentem coeundi
" pulcram, quæ ſe tum illis offerebat, occaſionem amiſiſſent, haud levi-
" ter vitio tribuit. Generis Alexandri III. ſeriem retrò per unam &
" quinquaginta ſtirpes ad Ferguſium uſque primum, a priſco quodam
" Scoto in ejus inauguratione decantatam commemorat; adjiciens inſuper
" hanc eum altero impetu ad Hiberum Gatheli filium evexiſſe. In
" Bruſſii cum Baliolo de regno controverſia, populi jus tuetur, mag-
" namque poſtea comitiis publicis in ſummo magiſtratu conſtituendo
" auctoritatem tribuit. In Jacobi III. nuptiis, anno MCDLXIX.
" niſi ſi quando in diverticula abit, opus ſuum abſolvit. Quæ de
" ſeipſo autem commemorat, hæc fere ſunt; in parœcia, nempe,
" Bervici Borealis a Dunſo octodecim fere paſſuum millibus ſe natum
" fuiſſe, bonaſque literas in Chriſti apud Cantabrigienſes, po-
" ſteaque in Montacuti apud Pariſienſes collegio docuiſſe. Dum
" id munus obiret, hiſtoriam ſuam contexuiſſe videtur, quam, ſepti-
" mum ætatis annum Jacobo V. Scotorum Rege ineunte, annoque
" Chriſti MDXVIII. exaratam ipſe teſtatur. Poſtea Doctoris Theo-
" logiæ titulum inter Sorbonicos conſecutus eſt, poſtremoque S. Sal-
" vatoris collegio ad Fanum S. Andreæ præfectus, Theologiam ibidem
" ſumma cum laude docuit: inter alios & Joannem Knoxium Sacris
" literis erudivit. Stilo eum Sorbonico ſcripſiſſe Balæus tradit, quæ
" utique verba neutiquam in ejus commendationem dicta ſunt acci-
" pienda,

"pienda, quod tamen Leſlæus haud malè extulit, qui eum veritatis "ubique quàm eloquentiæ ſtudioſiorem fuiſſe ſcribit." Quod porrò doctiſſimi illius præſulis epiſcopi Roſſienſis de eo judicium pro vero ac juſto accipi poteſt.

Neque ſui tantùm populares atque Anglicanorum hiſtoricorum nonnulli doctiſſimum auctorem noſtrum ſummâ ſunt juſtâque proſecuti æſtimatione, ſed & exteri etiam ſcriptores inſignia ejus merita debito honore adſecerunt. Doctiſſimus Gallus, Dupinius, "Majorem, ait, "ex omnibus Theologis qui in Sententiarum Magiſtri opera commen-"tarios in hunc uſque diem edidêre, eruditiſſimos pleniſſimoſque com-"poſuiſſe:" Eaque de cauſa plurimis eum meritò cohoneſtatum fuiſſe elogiis idem adſeverat.

Alius quoque inter exteros ſcriptor eruditus, Joannes nempe Launoius, in ſua univerſitatis Pariſienſis hiſtoria, auctori noſtro id honoris adſcribit, quòd omnium qui in Sententiarum Magiſtrum commentarios conſcripſêre ejus ante tempora, nullus exſtiterit eam qui provinciam doctè adeò plenèque atque ille obierit, quam haud dubiè ob cauſam factum ait, quod duo univerſitatis Pariſienſis Theologi eximii tantis eum laudibus celebrârint: horum alter Judocus Clicthoveus inſignem eum appellat Theologum, alter verò Antonius Coronellus Theologum itidem eminentiſſimum, omniumque cùm Theologorum tùm Philoſophorum Pariſienſium principem, à quo tanquam à quodam lucidiſſimo & perenni fonte univerſas artes Pariſiis vigentes emanâſſe adfirmat: & certè, pergit Launoius, in omni fere doctrinæ genere ſeſe exercuit libroſque compoſuit.

Quam autem juſtè atque ex merito tot auctori noſtro laudes ſint tributæ, neque eæ, ultra quàm par eſt, ad famam ejus attollendam evectæ, ex doctis illius magno numero operibus, quorum hìc ſubjungitur catalogus, liquidò adparet.

Digitized by Google

Librorum Major quos ſcripſit Catalogus.

1. INTRODUCTORIUM in Ariſtotelicam Dialecticen, totamque Logicam. Pariſiis apud Joannem Lambert.
2. Quæſtio de complexo ſignificabili.
3. Primus liber Terminorum, cum figura.
4. Secundus liber Terminorum.
5. Summulæ, cum figura quatuor propoſitionum & earum converſionum.
6. Prædicabilia, cum arbore Porphyriana.
7. Prædicamenta, ſua cum figura.
8. Syllogiſmi.
9. Poſteriora, cum textu Ariſtotelis primi & ſecundi capitis, libri primi.
10. Tractatus de Locis.
11. Tractatus Elenchorum.
12. Tractatus Conſequentiarum.
13. Abbreviationes parvorum Logicalium.
14. Parva Logicalia.
15. Exponibilia.
16. Inſolubilia.
17. Obligationes.
18. Argumenta ſophiſtica.
19. Propoſitum de Infinito.
20. Analogus inter duos Logicos & Magiſtrum.

Hæc omnia ſimul edita ſunt Lugduni MDXIV. apud Antonium Ryum, in Folio.

21. In quartum Sententiarum commentarius, anno 1509. apud Joannem Granjonium Pariſiis, anno 1516. Ibidem recuſus amplior apud Jodocum Badium Aſcenſium.
22. Commentarius in Phyſica Ariſtotelis. Pariſ. 1526.
23. In primum & ſecundum Sententiarum totidem Commentarii. Pariſiis, anno 1510. apud eundem. Commentarius in ſecundum, anno 1519. prodiit auctior apud Joannem Granjonium.

24. Com-

24. Commentarius in tertium, anno 1517. ibidem apud eundem.
25. Literalis in Matthæum expoſitio, una cum trecentis & octo dubiis & difficultatibus ad ejus elucidationem admodum conducentibus paſſim inſertis; quibus perlectis, pervia erit quatuor Evangeliſtarum ſeries. Pariſiis, anno 1518. apud Joannem Granjonium.
26. De hiſtoria gentis Scotorum libri ſex, ſeu hiſtoria majoris Britanniæ, tam Angliæ quam Scotiæ, è veterum monimentis concinnata. Pariſiis, anno 1521. apud Jodocum Badium.
27. Luculentæ in quatuor Evangelia expoſitiones, diſquiſitiones & diſputationes contra hæreticos. Ad calcem hujuſce operis Quatuor quæſtiones: Prima, Utrum lex gratiæ ſit ſola vera? Secunda, Quid ſit veritas Catholica, & quot ſint gradus ejus? Tertia, De numero Evangeliſtarum. Quarta, De Terræ Promiſſionis ſitu. Pariſiis apud eundem Badium, anno 1529.
28. Catalogus Epiſcoporum Lucionenſium. Apud Antonium Democharem, Lib. 1. Cap. 26.
29. De Auctoritate Concilii ſupra Pontificem maximum liber, excerptus ex ejus commentariis in S. Matthæum. Impreſſus Pariſiis in Folio 1518 (x).

Poſtremo quem Major conſcripſit libro Ingens Exemplorum Speculum (y) inſcripſit titulum; in quo plurimis eximiiſque ex hiſtoria petitis adluſionibus, rerum mundanarum ſublunariumque cunctarum inanitatem demonſtrare contendit. Hoc opus, uti mihi quidem videtur, ætate admodum provectâ, poſtquam hominum conſortio ſemet abalienaverat, ſeque ad vitam futuram atque æternam pararet, concinnavit. Non enim in publicum prodiit, niſi haud paucis poſt ejus obitum annis, quum uti poſthumum auctoris opus, Coloniæ, anno 1555. prælo ſubjiceretur.

(x) Wod. Athenæ Oxonienſes. (y) Mackenzæus in Vita Majoris.

Digitized by Google

Digitized by Google

TESTIMONIA
DE
JOANNE MAJORE.

Georgius Buchananus in vita ſua, edit. Edimb. 1715. *p.* 2.

1524. PRIMO vere ad Fanum Andreæ miſſus eſt, ad Joannem Majorem * audiendum, qui tum ibi Dialecticen, aut veriùs Sophiſticen, in extrema ſenectute docebat. Hunc in Galliam æſtate proxima ſecutus.

* *Nota clariſſimi viri Thomæ Rudimanni, A. M.*

Hic eſt Joannes Major Hadintonanus hiſtoriâ Scoticâ ſcriptiſque Theologicis clarus, quem poſtea Buchananus falſò carmine, lib. 1. Epig. 51. perſtrinxit, multùm indignante Chriſtophoro Irvino, qui eam ob cauſam in Buchananum tanquam ingratum & beneficiorum immemorem acerrimè invehitur.

Chriſtophorus Irvinus in hiſt. Scot. Nomenclatura, Litera M. *p.* 163.

" MAJOR. Mr. *John Mair*, Doctor of the *Sorbonne*, and Profeſſor
" of Theology there. He hath publiſhed many learned Books
" in School-Divinity, and hath writ a Part of the *Scots* Hiſtory with
" more Truth and Freedom than Eloquence: His Fame in his own
" Sort of Learning, and his honeſt Simplicity, was inferior to none
" of his own Profeſſion; ſo that he, who had eat his Bread, and

" lived under his Diſcipline, both in *St. Andrews* and in the *Sorbonne*, " the Space of Five Years, might have afforded him an handſomer " Character than *Solo cognomine Major.*"

Tho. Dempſterus in Hiſt. Eccleſ. Gentis Scotorum, Lib. xii. *p.* 481.

JOannes Major, vulgo Mayr, Hadintonenſis, Theologus Pariſienſis, Socius Sorbonicus, *ævo ſuo doctiſſimus*, Andreas Du Val profeſſor Sorbonicus apologiâ contra Richerium: *Socius* etiam *Navarræus*, Jacobus Breulius Antiquitat. Pariſien. *lib.* ii. *pag.* 764. Studiorum ſuorum tyrocinia in Scotia fecit primùm, tum in collegio Chriſti Cantabrigiæ in Anglia, ut ipſe fatetur, *lib.* i. hiſtor. *cap.* 5. Pariſiis deinde docuit magnâ nominis celebritate. Demum ad ſuos Scotos reverſus, Doctoris partes laborioſe, nec ſine ſumma ingenii, ut ea ferebant ſecula, [opinione] ſuſtinuit. Injurius ei Georgius Buchananus, qui æmulationis ſtudio, lib. 1. Epigram. de eo, *In* Joannem *cognomento* Majorem, *ut ipſe in fronte ſui libri ſcripſit*;

Cum ſcateat nugis ſolo cognomine Major,
Nec ſit in immenſo pagina ſana libro.
Non mirum titulis quòd ſe veracibus ornat,
Nec ſemper mendax fingere Creta ſolet.

Ejus ingenii monimenta ad poſteros tranſmiſſa ſunt hæc,

Hiſtoria Majoris Britanniæ, lib. vi. Quo in opere quædam eſſe bonæ frugis, ſed multa erronea, quædam ridicula, quale eſt illud de ponte Hadintonienſi, nonnulla manca, denique omnia negligenter ſcripta: Sed venia rudi illi ævo danda.

[*Reliquorum operum indicem vide ſuprà in vita ejus,* pag. xiv. xv.]

Joannes Launoius in Regii Navarræ Gymnaſii Pariſienſis hiſtoria, lib iii. *cap.* 19. *p.* 652. *de* Joanne Majore.

JOannes Major, natione Scotus, genere Hadingtonus, & in Philoſophia & in ſcholaſtica Theologia maximus apud Pariſienſes Doctor fuit, & meritò: non tamen ille raptim, ſed gradatim eò pervenit. In-

Inprimis enim, ait, ſe in collegio Sanctæ Barbaræ liberales artes didiciſſe ab Joanne Bolvaco, qui poſtea Grammaticorum Navarrici collegii ſodalitium cum magna circumſpectionis opinione moderatus eſt. Deinde optimi viri Natalis Bedæ operâ perductum eſſe ad Montis-acuti Gymnaſium, in quo Joannes Standouchius, vir in paucis nominatiſſimus, Theologos inſtituere cœperat: his autem annumeratum ſe fuiſſe, magni putat: tanti quippe Doctoris ſchola maximum ſcientiæ incitamentum erat & virtutis. Sic Major in primum Sentent. Collegium Montis-acuti nominat "domum ſuam nutricem, & cum veneratione "ſemper nominandam." Deinde in ſecundum Sentent. Natalem Bedam in hunc modum alloquitur: "Multis nominibus tibi debeo; "nam cùm artes liberales in collegio Sanctæ Barbaræ ſub Magiſtro "Joanne Boulliacho, in Theologia Licentiato, cui plurimum ob-"noxius eram, & qui nunc habenas Grammaticorum regalis collegii "Navarræ circumſpectiſſimè moderatur, audiviſſem auſpiciis tuis, "Beda etiam venerabilis, ad M. N. Standouch Mechlinienſem ad-"ductus ſum, quo nomine non parum tibi debeo. Magni enim æſti-"mans, atque æſtimo ſub umbra talis ac tanti viri quieſcere inter The-"ologos, quos inſtituere cœperat." Sed anno MCDXCVIII. domeſticum malum intervenit exilio Standouchii, qui, ut par eſt credere, bonitate cauſæ nimium confiſus auctor fuit, ut Rector Joannes Cava, Montis-acuti ſodalis, & academia, quibuſdam Ludovici XII. ſtatutis intercederent: ſcilicet contra fas exiſtimabant iis ſuam libertatem ac privilegia lædi. Hæc inter turbatum eſt vehementer Montis-acuti Gymnaſium, & nova pauperum Theologorum communitas, quæ unius Standouchii præſidio ſtabat, fluctuare cœpit. Tunc Joannes Major ſibi ipſi proſpexit, & in omnem eventum aggregari ſe ad ſodales Navarricos curavit. Id maximè præſtitit, ope & conſilio Joannis Bolvaci, veteris ſui præceptoris, cui plurimum ſe debere profitetur, & in cujus nomine ſuos in Evangelium Marci commentarios apparere voluit. Navarricum Majoris ſodalitium confirmant Veſperiarum actus, quem ſub Petro Valla, magno Navarræ magiſtro celebravit; & Pariſienſium antiquitatum libellus, qui ante annos centum editus eſt, in eo ſiquidem pluribus aliis Theologorum hujus collegii ſodalibus accenſetur. Verum quia in collegio Montis-acuti ſe ſuâ ſcholâ ſemper ſuſtentavit, Navarrici ſodalitii jure, quod ſciam, nunquam uſus eſt. Illic enim & Philoſophiam & Theologiam continuè docuit, anno etiam MDV. quo inſignibus magiſteriis decoratus eſt. Poſt iſtud quoque tempus Theo-

Digitized by Google

logiam docere non deſtitit, niſi cum in patriam reverſus eſt, ubi diu remanere vel non potuit, vel certè noluit. Sed relictâ patriâ & Glaſconienſi academiâ, quam parum dotatam parumque celebrem fuiſſe dicit, Lutetiam ſe recepit in idem Montis-acuti Gymnaſium, ubi priſtino more ſcholas habuit, & commentarios in Magiſtrum Sententiarum edidit fuſiores, & variis noviſque diſputationibus pleniores. Neque hic tantùm in docendæ Theologiæ curam Major incubuit, ſed in reliqua etiam opera, quæ vel ad gentis ſuæ hiſtoriam vel ad Evangeliorum expoſitionem pertinent. Quare mirum non eſt, ſi cum ex his, tum ex aliis quæ ante meminimus, collegium Montis-acuti domum ſuam nutricem & ſibi perpetuò venerandam appellat. Ex infinitis quos habuit auditoribus, præcellunt Jacobus Almainus, de quo Major ipſe gloriatur; Hieronymus Hangeſtus, & Robertus Cœnalis poſtea Abrincenſis epiſcopus. Cæterum inter Eccleſiaſticos, qui votis ſoluti, Magiſtrum Sententiarum interpretati ſunt, nullus copioſiores ac doctiores commentarios ad illam uſque ætatem reliquit. Quod in cauſa ſine dubio fuit, cur Pariſienſes Theologi duo, hinc Judocus Clicthoveus "Majorem inſignem Theologum & celeberrimi apud Pariſios nominis "Doctorem" vocet, in defenſione diſceptationis quam de Magdalena inſtituit: Inde Antonius Coronellus "Theologorum Pariſienſium ac "Philoſophorum principem eminentiſſimum," nominet, "a quo, tanquam a quodam lucidiſſimo & perenni fonte, omnes artes Pariſiis vigentes emanârunt;" in fine Commentariorum in poſteriora Ariſtotelis. Et certè in omni fere doctrinæ genere ſeſe exercuit, libroſque compoſuit. Initium fecit a Philoſophia, quam Theologia excepit, Theologiam ſecuta eſt Scotorum hiſtoria, ad quam demum quatuor in totidem Evangelia Commentarii acceſſerunt.

Id autem noſtri Doctoris operum index facile commonſtrabit *.

Antonius Poſſevinus in Apparatu ſacro geminum facit Joannem Majorem: ſed aberrat. Unus & idem eſt, cui tribuendum eſt quod duobus ejuſdem nominis tribuit, quamvis non omnia tribuat quæ tribuenda ſunt. Neque enim notat opera Philoſophica quæ notavimus, neque etiam eum dicit eſſe Pariſienſem Theologum, uti jure merito dicendus eſt. Vixit ultra annos ſexaginta duos; ſed quo poſtea tempore, & ubinam devixit, me latet.

---

* Vide vitam ejus, ſuprà, pag. xiv. xv.

F I N I S.

Digitized by Google

NAMES

OF THE

SUBSCRIBERS and ENCOURAGERS of this Edition.

A

HIS Grace JOHN *Duke of* ARGYLL.

His Grace JOHN *Duke of* ATHOL.

The Right Honourable JOHN *Earl of* AIRLY.

The Right Honourable GEORGE *Earl of* ABOYNE.

The Right Honourable WILLIAM *Earl of* ABERDEEN.

The Right Honourable JOHN *Viſcount of* ARBUTHNOT.

The Honourable Charles Areskine *His Majeſty's Advocate.*

Sir Arthur Atchiſon *of* Markethill, *Baronet.*

Mr. Robert Arbuthnot *Merchant and Bankier at* Paris.

Mr. Alexander Alexander *Merchant and Bankier at* Paris.

Mr. Alexander Andrews *Merchant and Bankier in* Rotterdam.

Mr. George Arbuthnot *Merchant in* Edinburgh.

Mr. James Ancrum *Merchant in* Edinburgh.

Mr. Thomas Allan *Merchant in* Edinburgh.

Charles Alſtone *M. D.*

Andrew Agnew *junior of* Lochnaw.

Mr. James Armour *Writer to the Signet*, Edinburgh.

Mr. Andrew Alves *Writer to the Signet.*

Digitized by Google

Mr. James Angus *Writer in* Edinburgh.
Mr. Hary Allan *Writer in* Edinburgh.
Mr. Charles Allan *Surgeon-Apothecary in* Edinburgh.
Mr. J hn Aitken *Book-ſeller in* Edinburgh.

B

HIS Grace FRANCIS *Duke of* BUCCLEUGH.
The Right Honourable JAMES *Earl of* BALCARRAS.
The Right Honourable DAVID *Earl of* BUCHAN.
The Right Honourable ROBERT *Lord* BLANTYRE.
The Right Honourable JOHN *Lord* BELHAVEN.
The Right Honourable JAMES *Lord* BALMERINO.
The Right Honourable WILLIAM *Lord* BRACCO.
Sir John Bruce-Hope *of* Kinroſs, *Baronet.*
Hary Bruce *of* Clackmannan, *Eſq;*
David Blair *of* Balthaick, *Eſq;*
Th mas Brisbane *of* Biſhoptoun, *Eſq;*
David Bruce *of* Kinnaird, *Eſq;*
Arthur Balfour *of* Fairny, *Eſq;*
James Balfour *of* Forret, *Eſq;*
Francis Buchanan *of* Arnprior, *Eſq;*
John Baskett *Eſq; His Majeſty's Printer at* London.
John Biggar *Son to* William Biggar *of* Woolmot.
Alexander Boſwall *Eſq; younger of* Auchinleck, *Advocate.*
Mr. John Belches *younger of* Invermay, *Advocate.*
James Baikie *of* Tankerneſs, *Eſq;*
The Reverend Mr. Robert Blair *Miniſter of one of the Epiſcopal Congregations in* Edinburgh.
Mr. Alexander Blackwood *Merchant in* Edinburgh.
Mr. David Bruce *of* London, *Merchant.*
Mr. James Baillie *Advocate.*
Mr. John Baillie *Writer to the Signet.*
The Reverend Patrick Barclay *D. D. Miniſter of one of the Epiſcopal Congregations in* Edinburgh.
John Balneaves *of* Carnbady, *Eſq;*
Mr. John Blair *Writer in* Edinburgh.
Andrew Blair *of* Corbs, *Eſq;*
Alexander Blair *of* Balmiles, *Eſq;*
Mr. Thomas Buchan *of* Cairnbuilg, *Advocate.*
Mr. George Buchan *of* Collegehead, *Clerk to the Tiends.*
Mr. George Bryce *Steward-clerk of* Strathern.
John Brownlie *of* Wyliecleugh, *Eſq;*
Mr. Alexander Brymer *Book-ſeller in* Edinburgh.

C

THE Right Honourable JOHN *Earl of* CRAUFURD.
The Right Honourable the Earl of CARNWATH.
The Right Honourable the Lord CRANSTOUN.
The Right Honourable JOHN *Lord* COLVILL.
The Right Honourable James Colquhoun *Lord Provoſt of* Edinburgh.
The

Digitized by Google

The Honourable Sir John Clark *of* Pennycook, *Baronet, one of the Barons of the Court of Exchequer.*
The Honourable John Cameron *of* Lochiel.
Donald Cameron *junior of* Lochiel, *Eſq;*
Sir William Cockburn *of that Ilk, Baronet.*
The Honourable James Colquhoun *of* Luſs, *Eſq;*
Patrick Creighton *of* Ruthven, *Eſq;*
Richard Cockburn *of* Clerkingtoun, *Eſq;*
Ronald Campbell *of* Kaims, *Advocate.*
John Campbell *younger of* Shawfield, *one of the Commiſſioners of the Cuſtoms.*
The Honourable Captain Charles Colvill *Brother to the Lord* Colvill.
John Carnegy *of* Boiſack, *Eſq;*
Mr. Laurence Craigie *of* Kilgraſtoun, *Advocate.*
Mr. Robert Craigie *of* Glendoig, *Advocate.*
The Reverend Mr. Patrick Cuming *one of the Miniſters of the City of* Edinburgh.
Robert Cathcart *junior of* Gainoch.
John Craw *of* Eaſt-reſton, *Eſq;*
William Cramond *of* Newtyll, *Eſq;*
The Reverend Mr. Alexander Clark *Miniſter of the Epiſcopal Congregation at* Muſſelburgh.
John Clark *M. D.*
Mr. Andrew Cochran *Merchant in* Glaſgow.
John Cochran *M. D.*
Mr. Alexander Chryſtie *Writer in* Edinburgh.
Mr. James Craig *Writer to the Signet.*
Mr. Lewis Calderwood *chief Chirurgeon to her Imperial Majeſty of* Ruſſia.
Thomas Carmichael *M. D. at* Perth.
Mr. Richard Coupar *Ingraver in* Edinburgh.
Mr. Hugh Crauford *Clerk to the Signet.*
Mr. John Crauford *of* Jordanhill, *Advocate.*
Mr. Patrick Crauford *of* Auchinnames, *Merchant in* Edinburgh.
Mr. Ronald Crauford *Writer to the Signet.*
George Craufurd *Eſq;*

D

HIS Grace ARCHIBALD *Duke of* DOUGLAS.
The Right Honourable the Earl of DUNDONALD.
The Right Honourable THOMAS *Lord* DUPLIN.
The Honourable Lord John Drummond *Uncle to the Duke of* Perth.
The Honourable Lord John Drummond *Brother to the Duke of* Perth.
The Honourable Thomas Drummond *of* Logie.
George Drummond *Eſq; one of the Commiſſioners of Exciſe.*
Mr. David Drummond *Advocate, and Treaſurer to the Bank of* Scotland.
John Drummond *M. D.*
David Drummond *of* Pitkellony, *Eſq;*

George Drummond *of* Broich, *Eſq;*
John Drummond *of* Colquhalzie, *Eſq;*
William Drummond *younger of* Balhaldie, *Eſq;*
Mr. Colin Drummond *Profeſſor of Greek in the Univerſity of* Edinburgh.
The Reverend Mr. George Drummond *Miniſter of the Epiſcopal Congregation at* Perth.
Mr. James Drummond *Merchant in* Edinburgh.
William Drummond *Book-ſeller in* Edinburgh.
Mr. Gavin Drummond *Book-ſeller in* Edinburgh.
Mr. Gavin Drummond *Teacher of Book-keeping in* Edinburgh.
The Honourable Colonel William Dalrymple *Brother-german to the Earl of* Stair.
The Honourable Hugh Dalrymple *of* Drummore, *one of the Senators of the College of Juſtice.*
The Honourable Robert Dundas *of* Arniſtoun, *one of the Senators of the College of Juſtice.*
Sir James Dalrymple *of* New-Haills, *Baronet.*
Sir John Dalrymple *of* Couſland, *Baronet.*
The Honourable George Dalrymple, *Eſq; one of the Barons of Exchequer.*
Mr. Robert Dalrymple *of* Dreghorn, *Writer to the Signet.*
Mr. Robert Dalrymple *Sollicitor at Law,* London.
Mr. John Dalrymple *of* Machrimore.
George Dundas *of that Ilk, Eſq;*
Thomas Dundas *younger of* Fingask, *Eſq;*
John Dundas *of* Manner, *Eſq;*
Mr. Laurence Dundas *Merchant in* Edinburgh.
Mr. Thomas Dundas *Profeſſor of the Civil Law,* Edinburgh.
James Dundas *of* Prieſt-mill, *Eſq;*
James Dundas *M. D.*
Mr. William Dundas *Merchant in* Rotterdam.
Mr. Thomas Dundas *Merchant in* Rotterdam.
John Duff *of* Culbin, *Eſq;*
William Duff *of* Kilmure, *Eſq;*
Patrick Duff *of* Premnay, *Eſq;*
Alexander Duncan *of* Lundie, *Eſq;*
Mr. John Davidſon *of* Whitehouſe, *principal Clerk of Juſticiary.*
Mr. Andrew Deuchar *Writer in* Edinburgh.
Mr. William Dick *Profeſſor of Philoſophy in the Univerſity of* Glaſgow.
Sir Alexander Dalmahoy *of that Ilk, Baronet.*
The Honourable Colonel Robert Douglas *Brother-german to the Earl of* Morton.
Sir Robert Douglas *of* Kirkneſs, *Baronet.*
Robert Douglas *of* Cruikſtoun, *Eſq;*
The Reverend Mr. Robert Douglas *Miniſter of the Epiſcopal Congregation at* Dunblane.
Archibald Douglas *of* Cavers, *Eſq;*

E

THE Right Honourable the Earl of EGLINTOUN.
The Right Honourable CHARLES *Lord* ELPHINGSTOUN.

The

The Right Honourable JOHN *Lord* ERSKINE.

The Honourable James Erskine *of* Grange, *Brother-german to the Right Honourable the Earl of* Marr.

The Honourable Charles Erskine *Advocate, Brother to the Earl of* Buchan.

The Honourable David Erskine *of* Dun, *one of the Senators of the College of Juſtice.*

William Erskine *Eſq; Major of the Royal Regiment of Gray Dragoons.*

John Erskine *of* Balgowny, *Eſq;*

William Erskine, *Eſq; Captain of Foot in the* Dutch *Service.*

The Honourable Alexander *Maſter of* Elphingſtoun.

The Honourable Arthur Elphingſton *Brother-german to the Lord* Balmerino.

The Honourable Sir Gilbert Elliot *of* Minto, *one of the Senators of the College of Juſtice.*

James Eccles *M. D.*

Mr. Martin Eccles *Surgeon-Apothecary in* Edinburgh.

The Reverend Mr. Henry Edgar *Miniſter at* Aberbrothock.

Mr. James Ewart *Merchant in* Edinburgh.

Mr. William Elliot *Writer in* Edinburgh.

F

THE Right Honourable JAMES *Earl of* FINDLATER.

The Right Honourable JAMES *Lord* FORBES.

The Right Honourable Andrew Fletcher *of* Saltoun, *Lord Juſtice-clerk, one of the Senators of the College of Juſtice.*

The Right Honourable Duncan Forbes *of* Culloden, *Lord Preſident of the Seſſion.*

The Honourable Sir James Ferguſſon *of* Kilkerran, *Baronet, one of the Senators of the College of Juſtice.*

The Honourable Alexander Fraſer *of* Strichen, *one of the Senators of the College of Juſtice.*

The Right Reverend David Freebairn *Biſhop of* Edinburgh.

Arthur Forbes *of* Pittencrieff, *Eſq;*

Mr. Hugh Forbes *Advocate.*

John Forbes *of* Newhall, *Eſq;*

Mr. William Forbes *Writer to the Signet.*

Mr. William Forbes *Writer in* Edinburgh.

Mr. Andrew Forbes *Merchant in* Rotterdam.

Mr. John Forbes *of* London, *Merchant.*

Charles Forbes *Eſq;*

The Honourable Charles Fleming *Brother-german to the Earl of* Wigtoun.

Thomas Fothringhame *of* Powrie, *Eſq;*

Robert Fothringhame *of* Bandean, *Eſq;*

Mr. David Fothringhame *Merchant in* Aberbrothock.

Mr. J mes Fothringhame *Merchant in* Dundee.

John Farquharſon *of* Innercaul, *Eſq;*

Francis Farquharſon *of* Finzean, *Eſq;*

Digitized by Google

Charles Farquharſon *of* Innerey, *Eſq*;
Mr. Francis Farquharſon *Writer in* Edinburgh.
John Fraſer *of* Kirktoun, *Eſq*;
Mr. George Fraſer *Auditor-depute of the Exciſe*.
William Fullarton *of that Ilk*, *Eſq*;
Thomas Forreſter *of* Denovan, *Eſq*;
Robert Fletcher *younger of* Boltonſhoe, *Eſq*;
Mr. James Ferguſhill *Writer in* Edinburgh.
Mr. John Foulis *Writer in* Edinburgh.
Mr. James Freebairn *Profeſſor of the* French *Language*.
Mr. William Fleming *Brewar in* Canongate.

G

HIS Grace COSMO-GEORGE *Duke of* GORDON.
The Moſt Honourable WILLIAM *Marquis of* GRAHAM.
The Right Honourable ALEXANDER *Earl of* GALLOWAY.
The Right Honourable JAMES *Lord* GAIRLIES.
The Right Honourable JOHN *Lord* GRAY.
Sir John Graham *of* Newtoun.
The Honourable James Graham *of* Airth, *Judge-Admiral*.
Mr. James Graham *junior Advocate*.
Mr. David Graham *Advocate*.
David Graham *of* Orchill, *Eſq*;
Mungo Graham *of* Gorthie, *Eſq*;
David Graham *of* Bracco, *Eſq*;
James Graham *of* Gartmore, *Eſq*;
James Graham *of* Fintrie, *Eſq*;
William Graham *of* Gartur, *Eſq*;
James Graham *of* Bucklyvie, *Eſq*;
Robert Graham *of* Garvock, *Eſq*;
John Graham *elder of* Balgouan, *Eſq*;
Thomas Graham *younger of* Balgouan, *Eſq*;
Robert Graham *Eſq*; *Brother-german to* Balgouan.
James Graham *of* Inchbraikie, *Eſq*;
John Graham *of* Dougalltoun, *Eſq*;
John Graham *Eſq*; *Secretary to the New Bank of* Scotland.
The Reverend Mr. George Graham *Miniſter of the Epiſcopal Congregation in* Glaſgow.
Mungo Graham *younger of* Grahamſhall, *Eſq*;
Patrick Graham *Eſq*; *Uncle to* Bracco.
Colin Graham *of* Drainy, *Eſq*;
Mr. James Graham *Writer to the Signet*.
Mr. James Graham *Writer in* Edinburgh.
William Graham *M. D. at* London.
William Graham *M. D. at* Bologn.
Mr. William Graham *ſenior Merchant in* Edinburgh.
Mr. Mungo Graham *Writer in* Edinburgh.
Mr. Richard Graham *Merchant in* Glaſgow.
The Honourable Lieutenant-General Alexander Gordon *of* Auchintoul.
The Honourable Sir Thomas Gordon *Knight of the Order of St*. Alexander, *Lord-Admiral in the Service of her Imperial Majeſty of all* Ruſſia, *and Commander in chief at* Cronſtadt.
The Honourable John Gordon *Uncle to the Earl of* Aboyn.

Sir

Sir Thomas Gordon *of* Earlſtoun, *Baronet.*
Sir William Gordon *of* Park, *Baronet.*
Sir Alexander Gordon *of* Pitlurg, *Baronet.*
Sir Robert Gordon *of* Gordonſtoun, *Baronet.*
George Gordon *of* Bucky, *Eſq;*
James Gordon *of* Ellon, *Eſq;*
John Gordon *of* Glenbucket, *Eſq;*
Mr. Lewis Gordon *Merchant in* Elgin.
Mr. John Gordon *Merchant in* Edinburgh.
The Honourable Sir James Grant *of* Grant, *Baronet.*
Mr. Lauchlan Grant *Writer in* Edinburgh.
Sir Charles Gilmour *of* Craigmiller, *Baronet.*
John Gibſon *of* Durie, *Eſq;*
Alexander Gibſon *of* Pentland, *Eſq;*
Thomas Gibſon *of* Millholm, *Eſq; one of the principal Clerks of Seſſion.*
Mr. John Gibſon *Writer in* Edinburgh.
John Glaſs *of* Sauchie, *Eſq;*
The Reverend Mr. John Goldie *Profeſſor of Divinity in the Univerſity of* Edinburgh.
Mr. David Gall *Writer in* Edinburgh.
Mr. Walter Goodall *Under-keeper of the Advocates Library.*
Mr. William Gray *Book-binder in* Edinburgh.
The Reverend Mr. Andrew Gray *Miniſter at* Kirkpatrick.
Mr. Fletcher Giles *of* London, *Bookſeller.*
John Gall *of* Kinloch, *Eſq;*
Mr. James Geddes *younger of* Kirkurd, *Advocate.*
John Gavinloch, *M. D. at* Moffat.

H

HIS Grace JAMES *Duke of* HAMILTON *and* BRANDON.
The Right Honourable WILLIAM *Earl of* HOME.
The Right Honourable CHARLES *Earl of* HOPETOUN.
The Right Honourable DAVID *Lord* HALKERTON.
The Right Honourable JOHN *Lord* HOPE.
Sir James Hamilton *of* Roſehall, *Baronet.*
The Honourable Baſil Hamilton *of* Baldoon.
Alexander Hamilton *of* Pancaitland, *Eſq;*
Hugh Hamilton *of* Boggs, *Eſq;*
Mr. John Hamilton *Writer to the Signet.*
Mr. Robert Hamilton *Merchant in* Edinburgh.
Mr. Gavin Hamilton *Book-ſeller and late Baillie in* Edinburgh.
John Hamilton *of* Innerwick, *Eſq;*
Walter Hamilton *of* Weſtport, *Eſq;*
Major Gavin Hamilton *of* Raploch, *Eſq;*
Mr. William Hamilton *Book-ſeller in* Edinburgh.
The Honourable Lord George Hay *Brother-german to the Marquis of* Tweddale.

Sir Patrick Hay.
John Hay *of* Belton, *Eſq;*
Mr. Alexander Hay *Advocate.*
Mr. James Hay *Writer in* Edinburgh.
Alexander Hay *of* Drummelziour, *Eſq;*
Mr. John Hay *Writer in* Edinburgh.
James Hay *of* Pitfour, *Eſq;*
Mr. Andrew Hay *Painter.*
Mr. James Hay *Writer to the Signet.*
Mungo Haldane *of* Gleneagles, *Eſq;*
Mr. Patrick Haldane *of* Bearcrofts, *Advocate.*
John Haldane *of* Lanark, *Eſq;*
George Haldane *Eſq;*
Thomas Hope *of* Rankeillor, *Eſq;*
Mr. Charles Hope *Merchant in and one of the preſent Baillies of* Edinburgh.
Sir John Home *of* Manderſtoun, *Baronet.*
Mr. James Home *Writer to the Signet.*
George Home *of* Argaty, *Eſq;*
Mr. John Home *Factor to the Right Honourable the Counteſs of* Roxburgh.
James Hepburn *of* Keith, *Eſq;*
Mr. Patrick Hepburn *Writer in* Edinburgh.
The Reverend Mr. William Harper *Miniſter of one of the Epiſcopal Congregations in* Edinburgh.
John Hog *junior of* Cambo, *Eſq;*
Mr. William Hog *Merchant in* Edinburgh.
The Reverend Mr. Alexander Hunter *Miniſter of one of the Epiſcopal Congregations in* Edinburgh.
James Halyburton *of* Pitcur, *Eſq;*
Mr. James Halyburton *Writer to the Signet.*
James Hewitt *Eſq; Counſellor of Commerce to her Imperial Majeſty of* Ruſſia.
Charles Horſeburgh *Eſq; Brother-german to the Laird of* Horſeburgh.
Mr. James Haly *Gold-ſmith and Jeweler in* Edinburgh.
David Horſeburgh *M. D.*
Mr. Alexander Hunter *Merchant in* Edinburgh.
Mr. Robert Henderſon *Keeper of the Library of the Univerſity of* Edinburgh.

I

THE Right Honourable ARCHIBALD *Earl of* ILAY.
Sir John Inglis *of* Cramond, *Baronet.*
Mr. Alexander Inglis *Surgeon in* Edinburgh.
James Juſtice *of* Juſticehall *Eſq; one of the principal Clerks of Seſſion.*
Mr. Charles Innes *Comptroller of his Majeſty's Cuſtoms at* Stranrawer.
John Johnſton *M. D. at* Glaſgow.
Mr. George Irvine *Town-clerk of* Edinburgh.
Mr. Robert Johnſton *Barrack-maſter at* Fort-William.

K

THE Right Honourable THOMAS *Earl of* KINNOUL.
The Right Honourable the Earl of KINCARDINE.
The Right Honourable ALEXANDER *Earl of* KELLY.
The Right Honourable ROBERT *Viſcount of* KENMURE.

The

The Honourable JAMES KEITH *Brother-german to the Earl* Mariſchal *of* Scotland, *and Lieutenant-General in the Service of the Empreſs of* Ruſſia.
The Honourable Thomas Kennedy *of* Kirkhill, *Eſq; one of the Barons of Exchequer in* Scotland.
Colonel William Kennedy *Eſq; Governor of* Invernefs.
David Kennedy *Eſq; Uncle to the Right Honourable the Earl of* Eglinton.
John Kennedy *of* Kilhinzie, *Eſq;*
James Kennedy *Eſq; Captain in the Sea-Service of her Imperial Majeſty of* Ruſſia.
Mr. Thomas Kennedy *Writer in* Edinburgh.
Mr. John Kennedy *Surgeon in* Edinburgh.
David Kinloch *Eſq;*
Sir William Ker *of* Greenhead, *Baronet.*
Charles Ker *of* Chatto, *Eſq;*
Mr. John Ker *Profeſſor of Humanity in the Univerſity of* Edinburgh.
Mr. Robert Ker *of* Kippilaw, *Advocate.*
Mr. John Ker *of* London, *Merchant.*
Mr. William Ker *Clerk of* Kelſo.
Mr. Thomas Kid *Merchant in* Edinburgh.
Alexander Keith *of* Ravelſtoun, *Eſq;*
Mr. Alexander Keith *one of the Under-clerks of Seſſion.*
Robert Keith *Eſq;*
Mr. Alexander Kincaid *Book-ſeller in* Edinburgh.

L

THE Right Honourable CHARLES *Earl of* LAUDERDALE.
The Right Honourable CHARLES *Lord* LINTON.
The Honourable James Leſlie *Eſq; Brother-german to the Earl of* Rothes, *and one of the Commiſſaries of* Edinburgh.
The Honourable Thomas Leſlie *Eſq; Brother-german to the Earl of* Rothes.
The Honourable Charles Leſlie *Eſq; Brother-german to the Earl of* Rothes.
Robert Leſlie *Eſq;*
George Lockhart *of* Carnwath, *Eſq;*
Mr. Alexander Lockhart *Advocate.*
Sir Alexander Lindſay *of* Evelick, *Baronet.*
Patrick Lindſay *Eſq; Member of Parliament for the City of* Edinburgh.
Mr. James Lindſay *Merchant in* Edinburgh.
Mr. George Lindſay *Deputy Town-clerk of* Edinburgh.
James Loch *of* Drylaw, *Eſq;*
Mr. George Loch *Merchant in* Edinburgh.
Robert Lowis *M. D. Preſident of the Royal College of Phyſicians at* Edinburgh.
John Learmonth *M. D.*
Mr. John Loudoun *Profeſſor of Philoſophy in the Univerſity of* Glaſgow.
Mr. Robert Law *Profeſſor of Greek in the Univerſity of* Edinburgh.

Mr.

Mr. William Lauder *Profeſſor of Humanity in* Edinburgh.

Chambers Lewis *Eſq;* *Comptroller of his Majeſty's Cuſtoms*, Edinburgh.

William Langlands *of* Monfiz, *Eſq;*

Mr. James Livingſtone *Writer in* Edinburgh.

The Reverend Mr. George Logan *one of the Miniſters of the City of* Edinburgh.

Mr. James Leſlie *Writer in* Edinburgh.

Mr. Thomas Lumiſden *Printer in* Edinburgh.

The Curators of the LIBRARY *of the* Scots *College at* Rome.

The Curators of the LIBRARY *of the* Scots *College at* Paris.

The Curators of the LIBRARY *of the* Scots *College at* Madrid.

The Curators of the LIBRARY *of the* Scots *College at* Ratisbon.

The Curators of the LIBRARY *of the* Scots *College at* Dowie.

The Curators of the Bodlyan LIBRARY *at* Oxford.

The Curators of the Univerſity LIBRARY *at* Cambridge.

The Curators of the LIBRARY *of the Univerſity of* St. Andrews.

The Curators of the LIBRARY *of the Univerſity of the* Old-Town *of* Aberdeen.

The Curators of the LIBRARY *of the* Mariſchal *College*, Aberdeen.

The Curators of the LIBRARY *of the Univerſity of* Glaſgow.

The Curators of the LIBRARY *of the Univerſity of* Edinburgh.

The Curators of the Advocates LIBRARY, Edinburgh.

The Curators of the Right Reverend Archbiſhop Leighton's LIBRARY *at* Dunblane.

The Curators of the Lord Maderty's LIBRARY *at* Innerpathry.

M

HIS *Grace* JAMES *Duke of* MONTROSE.

The Right Honourable GEORGE *Earl* MARISCHAL *of* Scotland.

The Right Honourable JAMES *Earl of* MORTON.

The Right Honourable WILLIAM *Lord* MAXWELL.

The Honourable Lord George Murray *Brother-german to the Duke of* Athol.

The Honourable William Murray *Brother-german to the Viſcount of* Stormont, *Counſellor at Law at* London.

Sir Patrick Murray *of* Ouchtertyre, *Baronet.*

James Murray *of* Abercairny, *Eſq;*

William Murray *of* Touchadam, *Eſq;*

Mr. David Murray *Merchant in* Edinburgh.

Mr. George Murray *Surgeon in* Edinburgh.

William Murray *Eſq;* *Deputy-Receiver of his Majeſty's Cuſtoms.*

Patrick Murray *of* Deuchar, *Eſq;*

Mr. Anthony Murray *Merchant in* Edinburgh.

James Murray *of* *Eſq;*

Mr. Alexander Murray *Merchant in* Dundee.

John Murray *of* Glentois, *Eſq;*

Hugh

Hugh Murray-Kynnynmound *of* Melgund, *Eſq;*
John Murray *of* Pitcaithly, *M. D. at* Perth.
The Honourable Sir Hector M'Lean *of* M'Lean, *Baronet.*
The Honourable Sir Alexander M'Donald *of* M'Donald, *Baronet.*
The Honourable John M'Donald *of* Glengary.
The Honourable Norman M'Leod *of* M'Leod.
The Honourable William M'Intoſh *of* M'Intoſh.
The Honourable Brigadier-General William M'Intoſh *of* Borlum.
The Honourable John M'Kinnen *of* M'Kinnen.
The Honourable Walter M'Farlane *of* M'Farlane.
The Honourable Sir James Mackenzie *of* Royſtoun, *Baronet, one of the Senators of the College of Juſtice.*
The Honourable Sir George Mackenzie *of* Cromarty, *Baronet.*
Roderick Mackenzie *Eſq;*
The Reverend Mr. James Mackenzie *Miniſter of one of the Epiſcopal Congregations in* Edinburgh.
The Reverend Mr. John Mackenzie *Miniſter of one of the Epiſcopal Congregations in* Edinburgh.
The Reverend Mr. Alexander Mackenzie *ſenior Miniſter of one of the Epiſcopal Congregations in* Edinburgh.
The Reverend Mr. Alexander Mackenzie *junior Miniſter of one of the Epiſcopal Congregations in* Edinburgh.
Mr. Andrew M'Dowall *of* Kingſeat, *Advocate.*
John M'Douall *of* Freugh, *Eſq;*
Mr. John M'Douall *Merchant in* Edinburgh.
Mr. John M'Douall *Writer in Exchequer.*
The Honourable John Maul *Brother-german to the Earl of* Panmure.
Mr. David Maul *Writer to the Signet.*
Richard Mead *M. D. Fellow of the Royal College of Phyſicians at* London, *and* F. R. S.
Mr. Colin M'Laurin *Profeſſor of Mathematicks in the Univerſity of* Edinburgh, *and* F. R. S.
Sir William Maxwell *of* Monreith, *Baronet.*
Mr. Robert Maxwell *Writer in* Edinburgh.
Mr. John M'Leod *of* Morvingſide, *Advocate.*
Mr. John M'Farlane *Writer to the Signet.*
John M'Farlane *M. D.*
Samuel Berresfoord Marriott *Eſq; Attorney in Exchequer.*
Mr. Robert M'Clellan *Merchant in* Edinburgh.
Mr. Robert Main *Merchant at* Cadiz.
The Reverend Mr. Robert Millar *Miniſter of the Goſpel at* Paiſley.
Mr. Andrew Millar *of* London, *Bookſeller.*
Mr. Adam Mercer *Writer in* Edinburgh.
Robert Mercer *of* Aldie, *Eſq;*
William M'Intoſh *of* Eytich, *Eſq;*
John M'Kay *of* Palgowan, *Eſq;*

Mr. Andrew M'Kay *Writer in* Edinburgh.

Sir Robert Myreton *of* Gogar, *Baronet.*

Mr. Alexander Monro *Profeſſor of Anatomy in the Univerſity of* Edinburgh, *and* F. R. S.

Andrew Marjoribanks *of that Ilk, Eſq; one of the Commiſſaries of* Edinburgh.

James Marjoribanks *of* Lees, *Eſq;*

Mr. Robert Marjoribanks *Merchant in* Edinburgh.

Mr. Andrew Marjoribanks *Merchant in* Edinburgh.

Mr. Edward Majoribanks *Merchant at* Cadiz.

Mr. Edward Marjoribanks *Merchant in* Bourdeaux.

Mr. David Moriſon *Writer in* Edinburgh.

Alexander M'Millan *Eſq; Keeper of the Signet.*

Charles Maitland *of* Eccles, *Eſq;*

George Meinzies *of* *Eſq;*

Mr. Colin Mitchel *Gold-ſmith in* Edinburgh.

Mr. Hugh Moſman *Book-binder in* Edinburgh.

Mr. Patrick Matthie *Printer in* Edinburgh.

N

THE Right Honourable WILLIAM *Earl of* NITHSDALE.

The Right Honourable JOHN *Lord* NAIRN.

James Nimmo *Eſq; Receiver-General of his Majeſty's Exciſe in* Scotland.

Major David Nairn *Eſq;*

Mr. Robert Neilſon *Accomptant in* Edinburgh.

Sir William Nairn *of* Dunſinnan, *Baronet.*

Alexander Nairn *of* Drumkilbo, *Eſq;*

Sir Henry Nisbet *of* Dean, *Baronet.*

William Nisbet *of* Dirleton, *Eſq;*

Walter Nisbet *of* Craigentinny, *Eſq;*

The Reverend Mr. James Nisbet *one of the Miniſters of the City of* Edinburgh.

Mr. John Nisbet *Writer in* Edinburgh.

Mr. Alexander Nisbet *Writer in* Eburgh.

Sir William Nicolſon *of* Glenbervy, *Baronet.*

Mr. George Nicolſon *Writer in* Edinburgh.

O

THE Right Honourable ROBERT *Viſcount of* OXENFORD.

The Right Honourable FRANCIS *Lord* OLIPHANT.

Laurence Oliphant *of* Gask, *Eſq;*

Mr. Laurence Oliphant *Gold-ſmith in* Edinburgh.

Robert Oliphant *of* Condie, *Eſq;*

The Right Reverend Mr. John Ouchterlony *Biſhop of* Brechin.

Patrick Ogilvy *of* Inchmartine, *Eſq;*

John Orr *of* Barrowfield, *Eſq;*

Mr. George Ord *Merchant in* Edinburgh.

Mr. Alexander Oſwald *Merchant in in* Glaſgow.

Mr.

Digitized by Google

Mr. Richard Oſwald *Merchant in* Glaſgow.

Mr. Alexander Orem *Writer in* Edinburgh.

Mr. John Ogilvie *of* Balbigno, *Advocate.*

John Ogilvy *M. D.*

P

HIS Grace JAMES *Duke of* PERTH.

The Right Honourable WILLIAM *Earl of* PANMURE.

The Right Honourable GEORGE *Lord* PITSLIGO.

Sir William Purves *of that Ilk, Baronet.*

Sir Hugh Paterſon *of* Bannockburn, *Baronet.*

John Paterſon *of* Kirktoun, *Eſq;*

John Porteous *of* Glenkirk, *Eſq;*

Sir Robert Pringle *of* Stitchel, *Baronet.*

Mr. Walter Pringle *Advocate.*

John Pringle *M. D.*

Mr. George Pringle *of* Torwoodlee, *Advocate.*

M. Robert Pringle *Advocate.*

Mr. Francis Pringle *Profeſſor of Greek in the Univerſity of* St. Andrews.

Mr. James Pringle *Surgeon to the* Scots *Guards at* London.

Andrew Plummer *M D. Profeſſor of Medicine in the Univerſity of* Edinburgh.

Simon Patrick *Eſq; Auditor of his Majeſty's Cuſtoms.*

Mr. John Paton *Book-ſeller in* Edinburgh.

Pitcairn *of that Ilk, Eſq;*

Mr. Alexander Pitcairn *Writer to the Signet.*

Mr. Robert Pitcairn *Writer in* Dundee.

Mr. David Paton *Book-ſeller in* Linlithgow.

Mr. Thomas Paton *Writer in* Edinburgh.

Q

HIS Grace CHARLES *Duke of* QUEENSBERRY.

R

THE Right Honourable JOHN *Earl of* ROTHES.

The Right Honourable ROBERT *Lord* ROLLO.

The Honourable Andrew *Maſter of* Rollo.

The Honourable Alexander Robertſon *of* Strowan, *Eſq;*

Mr. John Rollo *Gold-ſmith in* Edinburgh.

Robert Riddel *of* Glenriddel, *Eſq;*

John Ronald *of* Cairnie, *Eſq;*

John Rutherfoord *of* Fairningtoun, *Eſq;*

James Roſs *junior of* Portivo, *Eſq;*

Patrick Roſs *of* Invernethy *Advocate.*

Mr. Thomas Ruddiman *Keeper of the Advocates Library.*

Mr. Robert Renton *in the Exciſe-office,* Edinburgh.

The Reverend Mr. Alexander Robertſon *Miniſter of one of the Epiſcopal Congregations in* Edinburgh.

The Honourable James Sinclair *Brother-german to the Lord* Sinclair, *and Colonel of the Royal Regiment of* Scots *Foot*.
Sir Hary Seton *Baronet*.
Sir Hary Stirling *of* Ardoch, *Baronet*.
Mr. Walter Sandilands *Advocate*.
David Smith *of* Methven, *Eſq*;
George Seton *of* Touch, *Eſq*;
George Skene *of that Ilk*, *Eſq*;
William Sinclair *of* Roſlin, *Eſq*;
John Spotiſwood *of that Ilk*, *Eſq*;
Thomas Sharp *of* Houſtoun, *Eſq*;
James Stirling *of* Keir, *Eſq*;
Andrew Sprewel *of* Blackhairn, *Eſq*;
Alexander Symmer *Eſq*;
Alexander Strachan *Eſq*;
William Strachan *Doctor of Civil Law*, Doctors-Commons, London.
Mr. George Strachan *of* London, *Book-ſeller*.
Mr. Patrick Strachan *Writer in* Edinburgh.
Mr. William Smith *Clerk to his Majeſty's Chancery*.
Mr. Charles Smith *Merchant at* Bologn.
Mr. James Smith *Surgeon-Apothecary in* Perth.
Mr. Patrick Smith *Son to Regent* Smith.
Mr. William Seton *Writer to the Signet*.
Mr. Robert Syme *Writer to the Signet*.
Mr. Alexander Shaw *Writer in* Edinburgh.
Mr. John Shaw *Writer in* Edinburgh.
Mr. Alexander Seton *Writer in* Edinburgh.
Mr. George Seton *Writer in* Edinburgh.
Mr. John Sinclair *Writer in* Edinburgh.
Mr. William Sellars *Writer in* Edinburgh.
Mr. Gideon Shaw *Collector of the Cuſtoms at* Perth.
Mr. John Stephen *Merchant in* Edinburgh.
Mr. William Stevenſon *Teacher of Book-keeping*, &c. *in* Edinburgh.
Andrew Sinclair *M. D. Profeſſor of Medicine in the Univerſity of* Edinburgh.
Mr. Alexander Symmer *Book-ſeller in* Edinburgh.
Mr. William Sands *Book-ſeller in* Edinburgh.
Mr. George Stirling *Surgeon-Apothecary in* Perth.
Mr. George Scot *Watch-maker in* Edinburgh.
Mr. Archibald Smart *Candle-maker in* Canongate.

T

THE Moſt Honourable JOHN *Marquis of* TWEDDALE.
The Right Honourable CHARLES *Earl of* TRAQUAIR.
The Right Honourable JAMES *Lord* TORPHICHEN.
The Honourable James *Maſter of* Torphichen.
The Honourable Sir David Threpland *of* Fingask, *Baronet*.

John

Auctoris PRÆFATIO.

Spectabiliſſima indole & ſummis utriuſque Majoris Britanniæ regni natalibus inclyto, JACOBO *Scotorum Regi Quinto,*

JOANNES *nomine* MAJOR, *natione Scotus, & profeſſione Theologus academiæ Pariſienſis, cum exſpectata felicitate, Rege dignam obſervantiam.*

EXORSURUS ac nuncupaturus fauſtiſſimo nomini tuo, Jacobe Quinte Scotorum Rex feliciſſime nate, & de quo optima ac maxima quæque ſperamus omnes, majorum tuorum, Regum ac Principum noſtrorum, a primis incunabulis ad hæc uſque tempora, res magnifice geſtas, tria purganda & a calumniis defendenda ſuſcepi. Primum, quod (ut plerique omnes adſerunt) præter veterum hiſtoriographorum morem lucubratiunculam meam nuncupem; alte-

rum, quod theologiam profeſſus, hiſtoriam ſcribam; & tertium, quod ſtylum magis theologo quam hiſtorico congruum uſurpem. Ad primum itaque diluendum, & ad placandos eos qui prætendunt non licere hiſtoriam cuiquam dicare, quod aſſentatoris potius quam hiſtoriographi perſonam induat (cujus prima lex eſt verum ſcribere) quiſquis opus ſuum nuncupet: proinde neque Salluſtium, neque Livium, neque alium priſcorum quenquam opera ſua dedicaſſe. Ingenue fateor non legiſſe me illorum nuncupationes, vel quod nullas fecerunt, vel quod temporum injuria (ut alia plurima) interciderunt. Salluſtio quidem cum Romani nondum Reges haberent, nulla fuit nuncupandi ratio: Livio vero forſan defuit voluntas, quod diis & poſteris tot labores obire, quam cuiquam mortalium, glorioſius duxerit. At poetæ fere omnes, quanquam & ipſi hiſtoriam ſcripſerunt, poemata ſua principibus dedicaverunt: & Valerius Maximus non ſuæ modo gentis, ſed & exterarum nationum res memoratu dignas deſcripturus, Cæſarem compellat. Hieronymus quoque noſter, tam ſacras quam prophanas hiſtorias aut ſcripturus aut tranſlaturus, cui operam ſuam nuncuparet non tacuit. Idem Auguſtinus, & licet noſtras non contemnendus auctor, immo Venerabilis Beda, cæterique fere eccleſiaſtici ſcriptores factitarunt. Quocirca cum omnia tuæ majorumque tuorum celſitudini debeamus, operæ pretium mihi facturus viſus ſum, ſi eidem ſuſceptos labores devoverem. Ne tamen aſſentationis ulla ſit ſuſpicio, res proxime geſtas aliis ſcribendas reliqui. Ad id autem quod ſecundo loco objiciunt, non eſſe theologi hiſtoriam ſcribere; ego penitus contra ſentio. Nam ſi de fide, de religione, de moribus definire maxime ad theologum pertinet, non ab re fecero ſi non ſolum res geſtas, aut quo conſilio geſtæ ſint, ſcripſero, verum etiam rectone an pravo, definiero: id vero in omnibus, præſertim ambiguis, maximo ſtudio duxi aſcribendum, ut ex hujuſce hiſtoriæ lectione non ſolum quid geſtum ſit, ſed etiam quomodo gerendum ſit perſpicias, idque tantilla lectione calleas, quod tot ſeculorum experientia, ſi ea vivere datum fuiſſet, vix agnoſcas. Porro ad tertium; fateor cultiori hæc ſtylo potuiſſe narrari, dubitem tamen an commodiore. Nam ſi hominum locorumque noſtratium vocabula pene Latina facias, vix ipſi in Scotia nati agnoſcamus ea. Cum ut principibus noſtris ſemper magis propoſitum fuerit res magnifice gerere, quam eleganter dicere, ita ſapientiæ ſtudioſis, potius recte ſapere, & rem acriter diſcernere, quam eleganter aut focate ſcribere.

Digitized by Google

ſcribere. Teſtes ſunt duo nominatiſſimi Scoti, Joannes uterque nomine, Beda, Alcuinus, & ſexcenti alii, qui cum & Græce & Latine apprime ſcirent, aperte tamen ſcribere, ne interprete opus haberent, quam curioſe maluerunt. Hæc ſunt quæ pro inſtituto meo præmittenda duxi, quæ, Rex generoſiſſime, in meliorem accipiens partem, hiſtoriam tuorum tuæ felicitati dicatam feliciter perlege, ac felix in Neſtoreos annos vive. E Gymnaſio Montiſacuti apud Parrhiſios frugi & non ignobili.

Ad JACOBUM *Quintum Scotorum Regem, magni ſpei ac ſpectatæ indolis puerum,*

JODOCUS BADIUS ASCENSIUS.

REX JACOBE, puer fatis melioribus orte,
Cui moderanda dedit Scotica ſceptra DEUS;
Perlege majorum regalia geſta tuorum,
Et libertatis protege jura tuæ.

Digitized by Google

DE
Geſtis Scotorum.
LIBER I.

CAP. I.

Joannis Majoris Theologi Pariſienſis, natione Scoti, in opus ſuum de Britannorum ortu & geſtis, Præfatiuncula. Et de nomine ac primis cultoribus Britanniæ Majoris.

BRITANNIAM Inſularum longe clariſſimam, & quæ una alterum conſtituere mundum clariſſimis Auctoribus viſa eſt, paucis, ac Theologico ferme ſtylo, deſcripturus, primum nominis ejus rationem, deinde regna in generali deſcribam, ac demum de regnis & quæ in eis geſta ſunt in ſpeciali dicere elaborabo. Britanniam Inſulam Albionem majores dixere. Cujus ſomniculoſam rationem Caxtonus Anglus Chronographus ſic recitat, Quendam Diocletianum nomine Regem Syriæ fuiſſe, qui ex uxore Labana triginta tres filias genuerit,

Britannia Albion.

Digitized by Google

nuerit, quarum natu maxima Albine vocata fuerit. Eundem totidem in triginta tribus ſui regni principibus dictas filias conjuges tradidiſſe, quæ, maritos contemnentes, omnes nocte una jugulaverint; quocirca eas omnes a regno pater extorres fecerit, eis tamen navi ac commeatu magno traditis, quæ longa navigatione per mare errantes in Inſulam (quæ Britannia dicitur) devenerint, & ab Albine tanquam duce ac regina inſulam Albionem vocaverint. Brevi deinde temporis intervallo a dæmonibus cognitas, gigantes peperiſſe, qui illic tyrannidem latrociniaque exercuerint; donec Brutus quidam, illis trucidatis, inſulam occupatam de ſuo nomine Britanniam nuncupaverit. Hæc ex illo, quæ partim fabuloſa, ex Aegypti & Danai liberis accepta mentiendi anſa, partim ridicula, partim ad hiſtoriam alludere viſa ſunt. Nam quando ex una muliere triginta tres natas invenies? Quomodo credes quod ſuos viros omnes jugulaverint? & quod navi impoſitæ ſine remige in tam vaſto mari non perierint? Inſuper penitus improbabile reor quod dæmon incubus vel ſuccubus ab exteris, interpoſito mari oris ſemen prolificum deferre queat? Cujus rei rationem alibi locupletius detego. Albion unde. Rectius igitur erit cum aliis dicere, quod ab albis promontoriis hæc Inſula Albion dicta eſt, quia in parte orientali rupes niveo candore nitentes habet. Ad hiſtoriam autem reſpicere volunt, quod de Bruto adjecit. A Bruto nempe eadem Inſula (ut pleriſque viſum eſt) Britannia eſt appellata. Hunc Brutum Trojano ſanguine cretum Galfredus Monemutenſis Monachus Britannus, & Caxtonus, aſſerunt, Jovem, Mercurium, Dianamque oraſſe, quatenus ſibi ſedes alicubi gentium propitias concederent. Et ad hoc hæc carmina Galfredus citat.

Diva potens nemorum, terror ſylveſtribus apris,
 Cui licet anfractus ire per æthereos,
Infernaſque domos, terreſtria jura reſolve,
 Et dic quas terras nos habitare velis.
Dic certam ſedem, qua te venerabor in ævum,
 Qua tibi virgineis templa dicabo choris.

Qua

Qua ſupplicatione Deæ facta, tale ipſa reſponſum Bruto dedit.

Brute, ſub occaſu ſolis trans Gallica regna,
  Inſula in oceano eſt undique clauſa mari;
Inſula in oceano eſt habitata gigantibus olim,
  Nunc deſerta quidem, gentibus apta tuis.
Hanc pete, namque tibi ſedes erit illa perennis,
  Hæc fiet natis altera Troja tuis.
Hic de prole tua reges naſcentur, & ipſis
  Totius terræ ſubditus orbis erit.

Hoc commentitium eſſe nemo eſt qui non noverit. Non nempe talis generis carmine aut tali lingua uſa leguntur oracula. Deinde de futuris contingentibus Stygia Diana nihil determinate ſapit. Nec etiam in ſimulachrorum penetralibus dæmones incluſi. Solius eſt proprium ſcire futura Dei. In hiſtoria Eccleſiaſtica gentis Anglorum apud venerabilem Bedam, lectorem latiſſimum, invenimus, Quod ab Aremorica Galliarum gente, Inſulæ meridionales partes primo inhabitante, nomen Britanniæ Inſulæ inditum eſt, quare a gente illa Gallica Inſula Britanniæ dicta eſt, & non e contrario. Sed a quibuſcunque nomen accepit, jam a multis ſeculis Inſula Britannia dicta eſt. Nec de noſtra Britannia mirabere, quod de eius origine pluſculæ ſententiæ pullulaverint. Ita enim eſt de Romanorum, Gallorum, multarumque aliarum gentium principio inter varios anceps opinio. Hæc de Inſulæ nomine dixiſſe ſufficiat, venerabilis Bedæ ſententiam, inter Britannicos Coſmographos præcipue ſequor.

Digitized by Google

CAP. II.

De Britanniæ deſcriptione & extenſione in latitudine, longitudine & ambitu, deque ejus fertilitate, tam rerum quam virorum præſtantium.

IN ſuperiore capite quare Inſula præfata Albion & Britannia dicta ſit, locuti ſumus. Nunc de ipſa Inſula loquendum erit. Britannia eſt oceani polygonia Inſula ab omni continente per mare diſcreta, ſecundum illud Virgilianum

Britannia.

Et penitus toto diviſos orbe Britannos.

Ad orientem Galliam Belgicam & Germaniam habens. Triginta millia paſſuum maxima maris anguſtia inter Caleſiam ſeu Iſium, & Doverum tenet, quam duarum horarum ſpatio bono vento navis agitata percurrit. Ab omni terra in aliis locis oceani major eſt intercapedo. Ad meridiem occidentalem Heſperiam, ad occidentem Hiberniam aliam Inſulam, ad ſeptentrionem Orchades Inſulas habet. A meridie ſeptentrionem verſus longitudinem habet octingenties mille paſſibus extenſam; cujus initium hoc modo accipito. a Penwichſtreit hoc eſt a Penuici ſtrata, quindecim mille paſſibus ultra Stou Michaelis in Cornubia, & finem in angulo Cathaneſiæ capias. Lucidius eſt dicere a Valliæ extremo portu in Anglia ad Cathaneſiæ finem in Scotia, quam nunc Weik de Catnes dicimus, longitudo extenditur. Quicquid majores de latitudine dixere, hoc de ea ſcias velim: difformitatem magnam in latitudine Inſula habet. In nonnullis locis ducentis mille paſſibus latitudo extenditur, & hoc a Mevenia Valliæ extrema parte ad Zarthmouth in Northfoltia liquet. In pleriſque locis minus latitudinis habet, utpote octoginta

octoginta, lxx. aut lx. leucarum; ergo latitudinem hanc difformem ad latitudinem uniformem reducere oportet, Philoſophorum more. Totam latitudinem in lxx. leucis uniformiter conſtare imaginor. Volo dicere, Tota Inſula in valore tantæ eſt magnitudinis, ſicut alia terra quadringentis leucis longa, & lxx. leucis per totam lata. Hanc Inſularum (poſt Taprobanam) in Geographia Ptolemæus primam ponit, quam alium orbem Solinus appellat, quæ Græcis Latiniſque monumentis eſt clara. Et licet in epiſtola ad Trebatium, Britanniam ſterilem Cicero dicat, neque ſcrupulum auri, argenti, aut æris in ea reperiri, neque muſicam: viro danda eſt venia circa alia occupato, qui non more Plinii Secundi, Ptolemæi, & ſimilium, Coſmographiam & terrarum naturas frugificas vel ſteriles rimatus eſt. Nam præ cæteris, Britannia mineralibus multis abundat, utpote auro in Craufordiæ ora in Scotia, argento, ære, & ferro in pleriſque locis. Terram ſulphuream & bituminoſam ad ignem aptiſſimam habet, cujus ignis eſt calidior & activior quam lignorum ignis: Nec mirum, quia in materia denſiore plus eſt de forma quam in rariore, modo vigor & activitas ſecundum Philoſophos a forma proficiſcitur, Itaque ubi plus eſt de forma, majorem eſſe vigorem & activitatem neceſſe ſit, modo lignis terra eſt denſior; et propterea ex tali materia, & non ex lignis, ignem fabri ferrum mollientes petunt. Igne tamen lignorum hic ignis paulo fumoſior eſt. Sed eis ligna pro igne non deſunt. Super terram in tritico, ſiligine, piſis, avenis, & hujuſmodi quantum Inſulæ ſufficit, habet: flumina amœniſſima in copia, prata irrigua, paſcua pro alendis pecoribus uberrima: nullibi locorum lana mollior aut melior. Nemora cervis, damis, apriſque refertiſſima. Nullibi gentium cuniculorum major ubertas putatur eſſe. Totius Britanniæ populus alto enim animo & ad bellum prono. Et licet per bella civilia plerique in Inſula ferro occumbant: non ſolum exteris reſiſtere, ſed eos invadere potentes ſunt. apud externos Hiſtoriographos hoc tanquam notiſſimum relinquo. Non tamen ubilibet in Inſula triticum ex ſolo habere potes; quare alicubi

Britanniæ excellentia.

pane ex hordeo & ex avenis confecto plebei utuntur. Et quia Britannorum multi ſuper non verecundandis erubeſcunt, paululum immorabor. Imprimis dico, Etſi totius Britanniæ ſolum eſſet ſterile, ſuper hoc Britannus erubeſcere non deberet, ſecundum Anacharſidis Scythæ cuidam Græco reſponſum. Cum enim Scythiæ infœcunditatem Anacharſidi Græcus objiceret, Anacharſis docte reſpondit, Tu dedecus patriæ, patria autem mihi dedecus. Addo, Non debebat dixiſſe patria mihi dedecus, niſi ſecundum imprudentium opinionem. Inſuper in utraque Heſperia, & in quibuſdam Galliarum provinciis, immo in terra promiſſionis in quarto climate pane hordeaceo utuntur. Tali pane crebro Chriſtus & ejus apoſtoli veſcebantur, ut Matth. xiv. & Joan. vi. videre eſt. De farina avenacea & hordeacea apud Plinium xxx. Lib. invenies, & in Normannia vicum prope Argentolium cui nomen eſt Panis Avenaceus. Sed dices, quia illud apud Gallos eſt rarum, in contemptum hoc nomine vicus vocatur. Dico malo panem illum avenaceum Britannicum manducare quam hordeaceum aut ſiligineum. Pulcherrimam habent avenam, cui, ex iſta parte maris, ſimilem nuſquam vidiſſe memini; et panem artificioſiſſime componunt: et ut cæteri in neceſſitate hoc diſcant, modum conficiendi ponam. Avenis collectis in mediocriter pingui ſolo, grana hoc modo torrefaciunt: Domum columbaris inſtar extruunt, in cujus medietate ex tranſverſo in pariete ad xii. pedes, in altum ligna infigunt. ſuper ligna ſtramina ponunt: et ſuper ſtramina avenam. Poſt hæc ignem in domus fundo ponunt, provide caventes ne ſtramina & omnia comburantur: ſic avenam deſiccant, deſiccatamque ad molendinum portitant, & molari ſuperiori paululum in altum levato, exteriorem corticem excutiunt; ſicque ſolum deſiccatæ, pulchræ manent lentes, multo præſtantiores lentibus quibus ubivis gentium aromatarii utuntur. Ex hoc ergo grano deſiccato (quod ob ſimilitudinem lentes vocant) minutatim in molendino more frumenti fracto panem avenaceum conficiunt: quo, nunc fermentato, nunc azimo, plebs utitur, & hinc avenæ maximam copiam habet. De hoc pane primo

Avenæ ad panem præparatio.

mo comedas, & ipſum non improbabis. Hoc pane fere omnes Valliæ populi ſeptentrionales, Angli (ut a ſeptennio expertus ſum) & Scoti agricolæ utuntur, & tamen in exercitibus Scotis & Anglis magna belli moles in agricolis conſiſtit: ſignum igitur eſt quod avenaceus panis non eſt explodendus. Ut autem avenam bonam te habere intelligas, hanc regulam ſervato. Si ex certa avenæ menſura, etiam cum exteriori cortice, æqualem farinæ menſuram aut majorem habeas, bonam & corpulentam habuiſti avenam, ſin minus, non bonam. Crebriter in Britannia crementum farinæ ſuper avenam habemus. Ex minore menſura lentis compactæ & denſæ, majorem menſuram farinæ ob raritatem habebis; et ex menſuris lentium æqualibus ſæpe inæquales farinæ menſuras: Hoc in frumento ſæpiuſcule piſtores inveniunt. quare pro duabus tritici menſuris, in duobus vicis non multum diſtantibus, collectis, inæquales pecunias emptores dant. Hic paululum & non ab re digreſſus ſum: quia Davidi Cranſtoneo conterraneo, dum de prima Theologiæ licentia foret, duo ei conſocii & familiares, & mei cum eo in artibus auditores, ſcilicet Jacobus Almain Senonenſis, & Petrus Bruxcellenſis, Prædicatorii ordinis in Sorbonæ curia die Sorbonico coram commilitonibus ſuis publice objecerunt, qnod pane avenacco plebei Scoti ſicut a quodam religioſo intellexerant, veſcebantur, ut virum quem cholericum noverant, honeſtis ſalibus tentarent, qui hoc inficiari tanquam patriæ dedecus niſus eſt. Quendam inſuper, genere Gallum, de Britannia venientem, hos panes tanquam monſtra ad Gallias attuliſſe intelligimus. Hunc panem ſuper ferrum tenue & orbiculare ulnalis ferme diametri coquunt, tres pedes ſeſquipedanter erectos hoc ferrum habet, ut panem ſuprapoſitum & extenſum ad longitudinem ferri ignis ſuppoſitus decoquere valeat. Hæc ſunt inſtrumenta ferrea, de quibus in Eduardi tertii Angli vita Froſſardus loquitur, dum Thomam Arnulphum Moraviæ comitem & dominum Douglaſſeum in Anglia invenit, & eos in loco munito inventos invadere non auderet, ex farina & aqua tales panes ſubito efficere Scoti coacti ſunt, quibus tam proceres quam

Avenæ ſpecimen.

quam plebei (quia legem non habet neceſſitas) veſcebantur. Utuntur etiam alio modo panis conficiendi in neceſſitate. Paſtam extendunt & prope ignem ponunt, quouſque panis decoctus fuerit. ſuper hoc agricolas noſtros urbani irrident, & tamen de hoc pane ſæpiuſcule mentionem ſacræ hiſtoriæ faciunt, eum panem ſubcineritium vocantes, hoc eſt, panem ſub cineribus, vel prope cineres, coctum, quem Bannokam (a vulgari latinum fingendo) noſtri appellitant, ſacræ ſcripturæ more talem panem ſubcineritium nuncupare placebit.

De pane ſubcineritio.

C A P. III.

De iis quibus Britannia caret, & quæ loco illorum habet, & de horis dierum in eadem.

IN ſuperiore capite, de iis quibus Britannia abundat, ſumma rerum ſequens faſtigia, locutus ſum. Nunc autem, de iis quibus vacat, mentionem facere propono. Vites in Inſula nuſquam invenies, nec vitium veſtigia, apud tamen Bedam lego in aliquibus Inſulæ locis non deeſſe vites, fortaſſe de vino ſubacido, quod veriutum vocant, & in Inſulæ meridionalibus partibus habent, loquitur, vel forte ejus tempore vites in Inſula creverunt. Britannos multis dotavit Deus, quibus alia regna carent, & contra. Uni enim regno non omnia elargitus eſt: ſed variis varia, ita quod nullus penes ſeipſum in omnibus ſufficientiam haberet, ſed alterius ope egeret, ut ſe invicem mortales juvarent, ſecundum illud Apoſtolicum, Alter alterius onera portate. In valore Britannis vina dedit, quia alias merces, gratia quarum habendarum exteri ad Inſulam vina deferunt. In ſolo Britanniæ ſteriliſſimo

ovium

ovium boumque fœcunditatem habent, quorum pellibus & lana vina comparare poſſunt, ſed vites non dedit in ſpecie propria, ut Dei omnipotentiam mortales intelligant, qui nullius eget, ſed aliorum ope (ut diximus) homines ſe indigere ſciant, ſecundum illud Virgilianum.

Hic ſegetes, illic veniunt felicius uvæ,
Arborei fœtus alibi, atque injuſſa vireſcunt
Gramina, nonne vides croceos ut Tmolus odores,
India mittit ebur, molles ſua thura Sabæi?
At Chalybes nudi ferrum, viroſaque Pontus
Caſtorea, Eliadum palmas Epiros equarum.

Inſuper ex hordeo cerviſiam optimam conficiunt. Cerviſiam quam Pariſii faciunt Britanni non biberent, ſed magno artificio ſuum potum conficiunt. Primo, hordeum duobus vel tribus diebus in aquam ponunt, & poſtquam in aqua tumuerit, ipſum extrahunt, & in domo in quadam planitie ponunt, quouſque quodammodo deſiccetur. Dehinc pedibus ſuper hordeum tranſeunt, itaque juvenes indomitos ad ludendum ſuper hordeum vocant, ſæpius ipſum hordeum ad menſuram pedis altum ſuper nudam humum poſitum verrunt, & ſuper ipſum quouſque germinare & interiora quodammodo depromere videatur, luſitant: poſt hoc totum hordeum in magnum cumulum colligunt, & ſaporem circumquaque emittunt. Dein ipſum more avenæ deſiccant, & calefaciunt novem vicibus interpolatis, & ipſum ſuperius verrunt; tunc ipſum non eſt plus hordeum, ſed quod braxium vocant, ſive enim ſpeciem accidentalem, eſſentialemve mutaverit, non refert; hoc in molendino braxium molunt. In hoc artificio in Britannia plurimi opulenti ſunt, nullam artem, nec inſtrumenta habentes, niſi pecuniam qua hordei copiam emunt, quam quibuſdam mulieribus vendunt, quam de braxio potum hoc pacto conficiunt. Aquam optimam in primis capiunt, utpote currentem, vel de cælo cadentem in ciſternam, quam ſuppoſito igne ebulliunt, & ebullitam in vas grande imponunt, in quod braxium imponunt, & totum miſcent, & pannos ſuperponunt, ut

Cerviſiæ confectio.

Digitized by Google

quinque horis aut ſex calefiat; poſtea de parvo foramine in fundo, longum lignum vas claudens, parum in altum erigunt, ſic quod liquor non granum diſtillat, qui magno vaſe recipitur, & liquorem illum receptum adhuc in Scotia ad ebullitionem decoquunt. Sed ad potus bonitatem duplex decoctio, ut expertus ſum, plurimum juvat. Hunc potum bis decoctum xxx. horis in aliis vaſis collatum ſervant, & deinde leviter de illis vaſis extrahunt, fœcibus in vaſis fundo relictis. Et huic ſpumam potui in illis novis vaſis imponunt. Eſt enim ſpuma antiquæ cervifiæ fæx, & denſitas in fundo. loco ſpumæ circulum coryli tenellæ quidam accipiunt, & in potum ponunt, & hoc tantum valet quantum ſpuma. Tunc inſtar muſti cervifia ſuis in vaſis rareſit, & per vaſis latera erumpit, ſed duobus diebus finitis eſt bonus potus, & ſecundum copiam hordei & aquæ puritatem potus eſt fortis aut debilis. Ad aquæ puritatem decoctio multum juvat, quod de ptiſana & aliis aquis decoctis liquet. Huic potui aſſuetus ſeptentrionale vinum non præfert, continuo laxum ventrem tenet, nutrit, & ſitim mitigat. De his quæ de vino & cervifia dixi, ſequitur etiam quod fortiores viros vinum non efficiat quam cervifia. Potatur inter fideles: nam non plures vina quam cervifiam bibunt. In præcipua parte Normanniæ aut Picardiæ vina non invenies. In inferiori Germania, Flandria, Polia, Ruthenia, Livonia, Pruſſia, Pomeria, Gotthia triplici, occidentali, orientali, & meridionali, vites non habentur, nec in Inſulis vicinis, Britannia, Hibernia, Orchadibus & aliis ſeptentrionalibus (de quibus loquimur) quam fidelium medietatem faciunt. In toto univerſo vites vix medietas habet. Ex iſta æquatoris parte prope Sarmatiam, Tartariam, & hujuſmodi, illud cognoſcitur. Idem eſt prope circulum antarcticum & polum antarcticum. Ex his liquere arbitror quod in Britannia non ſunt vites, ſed alius eſt bonus potus ex hordeo confectus, avena & tritico, & per conſequens licet non ſint vites, ſtat eſſe ſibilatores ſeu Tibicines, ſicut de Scythis in poſterioribus Philoſophus recitat. Et cum vites.

tes Britanni non habeant, a fortiori nec mala aurea, olivas, ficus, & cæteros id genus fructus, ſine quibus bene vivere poſſumus: et etiam ſine vino, ſi non eſſet ad Sacri Chriſti ſanguinis conſecrationem, ad quam parum vini ſufficit.

DE horis Britanniæ aliqui loquentes, horas diei artificialis longiſſimi xviii. ponunt, & ſex in hyeme: ſed hoc nihil eſt dicere, cum Inſula ut diximus eſt bonæ longitudinis, & terræ portio puſilla polos verſus plus de horis & tempore quam ſimilis prope Æquatorem variet. In Caſtro puellarum, ſive Edimburgi, dies artificialis longiſſimus eſt xviii. horarum; in hyeme vero contractiſſimus ſex horarum. Sed magis ad ſeptentrionem diem longiſſimum xix. horis longum, & breviſſimum v. horis, invenies. Illic autem vel in vicinis Inſulis, id Juvenalis verificat, Et minima contentos nocte Britannos. In æſtate de nocte in partibus borealibus multum luminis habent, eo quod ſub eorum horizonte ſol paulułum decurrit. Duæ Inſulæ nominantur Sky & Luys, hoc eſt diluculum & lux, quia illic tota nocte in æſtate lumen ad modum diluculi habent. Non me fugit quin alicubi gentium unum medium annum pro nocte, & alterum pro die, habent. Sed hoc in Scotia non invenies. Nec Aeneæ Sylvio (ſalva ejus reverentia) in hoc credas, quod duarum aut trium horarum dies brumales ſolum in Scotia offendit, ſed tamen eos notabiliter contractiores quam Romæ, invenit. Illud hyperbolice dixit. Eboraci dies ſunt longiores quam Edimburgi, & Londoniis in hyeme quam Edimburgi, & in Auſtrina Hamptonia longiores hyemales dies ſunt quam Londoniis. ergo dierum in Britannia non parva eſt varietas.

Horæ Britanniæ.

CAP. IV.

De iis qui Britanniam poſſederunt, ut ſunt Valliæ populi Aremorici Britones, & Scoti Hibernici, & de triplici Britannorum lingua.

Aremorici. IN Britannia unum regnum primo invenio, ſcilicet Britonum, & jam a multis diebus Valliam ſolum hi occupant, & primitivam linguam tenent, & hanc Britones de Aremorica Galliæ intelligunt; quod eſt argumentum quod ab Aremoricis Britanni primum deſcenderunt: hoc enim dicere oportet, vel e converſo. Poſt Britones Picti Inſulam ingreſſi, duo regna in Inſula fecerunt, ſcilicet Pictorum & Britonum. Poſt Pictos Scoti Hibernici Inſulam ingreſſi ſunt: & ſic in Inſula tria regna & tres varii reges habitarunt. Britones autem priſcos, Picti, & Scoti, crebris incurſionibus petebant, & eis reſiſtere non valentes Romanorum opem petierunt: ſed cum illi finaliter de ope Britonibus danda faſtiditi auxilium abnegarent, a Saxonibus opitulamen Britones petunt, & cum eis opem Hengiſtus Saxo tribuit, ſeptem reges, ut in diſcurſu videbitur, Inſulam intrarunt, regna conſtituturi. Quare in toto decem erant regna in Inſula, & hoc in Bedæ temporibus, quorum duo majora erant, Pictorum & Scotorum, ſeptem minora Anglorum, & ut opinor in magnitudine & viribus, Vallia fuit regnum tertium. Hodierno tamen die, & a multis diebus preteritis, præciſe ſunt in Inſula duo regna, ſcilicet Scoticum & Anglicum. Septem autem illa regna, ante Valliam captam, in unum Angliæ regnum ſunt conflata, & poſt hoc ab Anglis Vallia eſt ſubacta. Quare tota portio Inſulæ quam rex meridionalis Inſulæ poſſidet, regnum Angliæ dicitur, reliqua pars Scotiæ regnum. Et tamen hi omnes ſunt Bri-

Britanni, quod ex dictis liquere arbitror. Sed hoc ipſum adhuc paucis illuſtrare nitar. Vel ſoli primi Inſulam inhabitantes ſunt Britanni, & ſic ſoli illi in Vallia commorantes Britanni erunt, contra omnes loquentes; vel Angli, qui a Saxonibus & aliis alienigenis originem duxere, in Inſula nati, ſunt Britanni, & hac via Scotos in Inſula natos Britannos dicere neceſſum eſt. Et pari ratione Pictos pro ea tempeſtate qua in Inſula orti ſunt, ſicut in Gallia natos, Gallos dicimus, & ita dicere oportebat. Dico ergo omnes in Britannia natos Britannos, quia per oppoſitum ab aliis omnibus Britanni ſegregati non eſſent, cum de Anglia ad Valliam, & de Scotia per Angliam ad Valliam pede ſicco tranſire poſſes, gentium non eſſet diſcretio. Hoc non obſtante, licet Scotos Pictoſque Britannos cenſeam: gratia tamen diſcriminis cum de bellis inter eos & Britones geſtis ſermo incidet, eos Scotos & Pictos & non Britannos vocabo, ſententiam enim in re ſequens modum loquendi vulgarem non aſpernabor, juxta Philoſophi doctrinam, ſecundo De Cælo, dicentis. Loquendum eſt ut plures, ſentiendum vero ut pauci. *Scotos eſſe Britannos.*

Præterea in Inſula tres linguas varias ſcias eſſe, quarum nulla aliam intelligit. Prima meridiem verſus eſt Vallica, qua Britones britoniſantes utuntur. Secunda in Inſula priore latior, qua Scoti Silveſtres & Inſulani Scoti utuntur: et hæc eſt Hibernica, licet quodammodo fracta. Tertia lingua in Inſula præcipua eſt Anglicana, quam Angli & Scoti manſueti habent. *Linguæ Britannorum.*

Digitized by Google

CAP. V.

De Britannia, item Anglia & Scotia ſitu, fluminibus, & Londini præſertim opibus.

IN duo igitur regna ſub duobus regibus tota Britannia nunc dividitur: partem meridionalem Anglus habet. Circumquaque propter partem ſeptentrionalem oceanus eſt ei limes. Vectham inſulam quindecim leucis longam in Oceano habet: Darſi & Jarſi, duas parvi momenti inſulas, quatuor aut quinque leucarum inter Angliam & Normanniam ſitas tenet. Limiti Scotiæ meridionali limes Angliæ ſeptentrionalis conjungitur, vel cum eo coincidit. Orientem verſus ad ſex leucas vulgo Tueda fluvius Angliam a Scotia dirimit, itaque in uno fluminis latere Scoti, & in altero Angli, piſcantur. In ſex leucarum fine Tueda Scotiam ingreditur; non quia ab Anglia in Scotiam fluat, ſed e diverſo. Sub Cœnobio de Calco, Tuedam Tyviota fluvius (a quo Tyvidalia dicitur) ingreditur. Ad tria millia paſſuum ultra Cœnobium de Calco meridiem verſus Scotia extenditur. Limes occiduus eſt Sulvaius fluvius, illic eſt periculoſa arena. Oceanum occidentalem Sulvaius ingreditur: & ad magnum intervallum fluvius ille Scotiam ab Anglia ſecernit. Rubrum templum ſuper limites Scoti poſſident: ſuper rubrum templum eſt terra litigioſa vix leucam in latitudine occupans. Illic terra eſt inhabitata: quia ad ſe Scoti pertinere, & e converſo Angli, affirmant. Ultra Sulvaium flumen ad tres leucas Carleolum præcipuam & munitam urbem Angli habent. In mediis vero limitibus ad quinque vel ſex leucas in latum contenditur: verum ex Scotis Angliſque latronibus, & furto dedititiſſimis, promiſcue locus ille eſt cultus. In Marchia Lumetanea orientali Scotiæ plaga, & in Tenedalia illi conjuncta, & in occidentali portione prope Sulvaium flumen, limes lucidiſſimus

Vectha.

Tueda.

Litigioſa terra.

Digitized by Google

mus eſt, inter Tenedaliam & Sulvaium limes quoque ad aliquam portionem anceps inter Scotos Angloſque contendentes, manet. Præterea in Anglia tria præcipua ſunt flumina, quorum prior Habernus, ſive Habern, Britannice nomen eſt, in media Vallia. Hic fluvius ſcaturiginem capit ad orientem, ſe dirigens contra Schrouwesbern. poſtea in auſtrum currit juxta Brigenorth, Virceſtrem & Gloceſtriam, in occidentem prope Briſtou ſe flectit, & in nonnullis locis Angliam a Vallia ſeparat. Angliæ flumina.

SECUNDUS fluvius Humbria, primo ſinuoſe ad partem Eboraci Auſtralem currit: in quam Trenta & Ouſa flumina cadunt, Humbriam ipſum ingentem facientia: quæ ab Humbria in Oceanum ſeptentrionalem rapiuntur.

TERTIUS fluvius eſt Tameſia denominationis partem a fluviolo Oxonienſi capiens, qui Londonias præterfluit. Fluvius eſt non magnus, niſi ubi a maris fluxu ingurgitatur. In Britannia grandem fluvium non requiras, & id rationis eſt, ex tranſverſo inſulæ, hoc eſt ſecundum ejus latitudinem quæ non eſt magna, fluunt: & maria vicina habent a quibus mox abſorbentur. Nam longo per terram decurſu flumina coaleſcunt per aliorum fluviorum nomina perdentium cum ipſa ingrediuntur, receptionem. Non aliter Metros, & fluviorum Europæ Danubius Rex, magnitudinem accipit. Sexaginta enim magnis fluviis longo tractu augetur. In Britannia tamen Matronæ vel Sequanæ, antequam Matronam ſuſcipiat, flumina æqualia invenies. Vada tamen habent in quibus parva eſt profunditas, & propterea in eis non bene ducuntur naves. Piſcoſa ſunt & flumina admodum pulchra, quia ſuper lapillos & arenas ut plurimum fluunt. Londoniis (ad Sequanam Parhiſii) Tameſia fluvius eſt triplus, quia ſuper Londoniarum pontem Oceanus luna agitatus ruit: ſicque Londoniarum pontem maximæ naves Europæ accedere poſſunt. Eſt enim Londinum quod Britanni Londonias vocant, Angliæ regia, & totius Britanniæ urbium maxima & optime ſita. Ex omni Europæ regione illic mercatorum na- Londinum.

 ves

ves invenies. Pulcherrimo ponte in quo ſunt domus ornatiſſimæ cum templo urbs honeſtatur. Ad mille paſſus occidentem verſus extra urbem eſt Weſtmonaſterium, hoc eſt occidentale monaſterium. Illic eſt regis palatium, & regum monumenta, & juſtitia regni ſuprema continuo reſidens. Inter monaſterium & urbem ſuper flumen, epiſcoporum & principum pulchra extant palatia: prope quæ artificum ſunt domus, & ſic tota urbs admodum longa ſuper flumen ſita eminet. Ad tria millia paſſuum, orientem verſus, ſuper Tameſiam eſt Grevenwych regum Angliæ commune receptaculum. Illic naves (quas Bargias vocant) aſcendentes Londonias, & ad maris portum videbis in abundantia, equis (ſicut in Sequana) non trahuntur, ſed vel venti impulſu, vel fluxu & refluxu maris ſine vento. Unum artificem opulentum, & ſenem, pro præfecto quotannis eligunt, quem urbis Majorem appellant: coram quo enſem in juſtitiæ ſignum deferunt. Ex Regum privilegiis juſtitiam ſuam ad partem habent. Et ſi in urbe annonæ charitas contingat, ejus eſt ad exteras oras mittere, & caritati annonæ ſuccurrere. Rothomago ſecundæ Galliarum urbi, in populi multitudine Londonias præfero. In divitiis Rothomago longe præſtat. Hanc urbem tria ditant, ſuprema juſtitia, Regis ferme continua præſentia, qui magnam familiam propriis impenſis alit, & eis omnibus cibum miniſtrat, & mercatorum (quod eſt potiſſimum) magna affluentia. Aliquibus tamen Anglis & mihi viſum eſt, quod in triplo plures viros Pariſius habeat quam Londinum, ſed Pariſii opes non in triplo Londoniarum opibus præfero. In Tameſia tria vel quatuor cygnorum millia domeſtica inveniuntur. licet tamen multos cygnos illic viderim eos non ſupputavi, audita refero. Urbium ſecunda eſt Eboracum, urbs archiepiſcopalis quinquaginta leucis a Scotia diſtans: in ambitu magna, non autem in populo & divitiis: illorum trium defectu quæ Londoniis habentur. Nec ducem a rege diſtinctum, vel archiepiſcopum in urbe reſidentem habent, quorum gratia urbs ditari habeat. Tertia urbs eſt Nortvicus Epiſcopalis ſedes, in qua id genus panni

Major urbis, qui. Tribunorum plebis maximus.

Cygnorum.

Eboracum.

Nortvicus.

panni quod vocatur Oſtadum, duplex & ſimplex elaborate fit. Sunt & aliæ opulentæ urbes, utpote Briſtola, Coventria, ſine flumine (quod mirandum eſt) bona urbs, Lincolnia quondam celebrata, & multæ aliæ urbes & villæ.

Insuper in Anglia duæ præclaræ Univerſitates ſunt: quarum altera, hoc eſt, Oxonia, apud exteros celebris nominis eſt. In quam Anglorum Reges ingredi (ut intellexi) non audent, ne notam aliquam incurrant: propter contemptum quem cuidam ſanctæ virgini quidam Anglorum Rex facere voluit. Præclaros Philoſophos & Theologos antiquitus hæc Univerſitas emiſit, utpote Alexandrum Halenſem, Richardum Middiltonum, Joannem Duns Doctorem ſubtilem, Ockam, Adam Hibernicum, Robertum Holkotum, Bokinkam, Eliphatum, Climitonem Langley, Joannem Roditon Monachum Anglicanum, Suiſet, Calculatorem acutiſſimum, Hentisberum, Dialecticum exercitatiſſimum, Strodum, Bravardinum, & plæroſque alios. In ea Univerſitate ſunt clara Collegia a Regibus, Reginis, Epiſcopis, & Principibus fundata, & ex ſtipendiis illorum ſcholaſtici plurimi aluntur: quos Pariſii Burſarios vocamus. Clarioris cæteris famæ Collegia ſunt, novum Collegium Beatæ Magdalenes, Collegium ab Epiſcopo Vintonienſi (qui quondam fuit ſocius novi Collegii) fundatum. Centum Burſarios utrunque horum Collegiorum habet, quorum aliqui cultui divino: concionibuſque & alii literis jugiter incumbunt. Eſt & alia Univerſitas Cantibrigia, Oxonia paulo inferior, tam in ſcholaſticorum numero quam in literis: in qua Regum & Reginarum pulcherrimæ ſunt fundationes. In ea eſt Collegium Regium & primum, novo Collegio Oxonienſi comparandum. Eſt Regineum (hoc eſt a Regina inſtitutum) Collegium ornatiſſimum, Aula regia, Collegio Regineo in proventibus & burſariis non inferior. Chriſti Collegium (in quo olim trimeſtris auditor fueram, eo quod ipſum in Sancti Andreæ parochia ſitum offendi) Quoddam mulierum Cœnobium in Collegium Jeſu converterunt,

Univerſitates Angliæ. Oxonia.

Cantibrigia.

verterunt, conſilio eruditiſſimi pariter & optimi viri Stubis doctoris Theologi. Nolebant mulieres illæ includi, ſed ſcholaſticorum conſortium admiſerunt. Unde graves viros ſcandalizarunt. Quocirca eis ejectis, & aliis Cœnobiis impoſitis earum loco ſtudentes inopes poſiti ſunt, quatenus literis & virtutibus incumberent, & folium darent in tempore ſuo. Hanc mulierum ejectionem approbo. Si enim pro religione proſtibula nutriant, earum loco bonæ ponendæ ſunt. Sunt inſuper multa alia Collegia in quibus eſt quotidiana exercitatio. In his Univerſitatibus ſeptem vel octo annos ante Magiſterium artibus ſtudent. Cancellarium annuum (quem Pariſienſes Rectorem vocant) eligunt de ſuprema facultate virum gravem. Cancellarius Oxonienſis, Thomas Bravardinus erat. Duos annue Procuratores eligunt, penes quos tota juſtitia reſidet, nam ſuper laicos omnes in urbe auctoritatem tenent. Et licet ſcholaſticis in numero laici æquales vel majores fuerint, via tamen facti inſurgere non audent: nam a ſcholaſticis ſtatim opprimerentur. In utraque univerſitate quatuor aut quinque millia ſcholaſticorum invenies, omnes ſunt adulti, enſes & arcus ferunt, & pro magna parte nobiles. In Collegiis autem Grammaticæ non incumbunt. Præterea Eccleſiam Parochialem quilibet vicus (& ſi xii. vel xiii. domorum eſſet) in Anglia habet: templa ornatiſſima habent, & in Europa opinione mea in muſica ſunt primi. Licet in Gallia vel Scotia aliquos ita abſolutos muſicos ſicut in Anglia invenias, non tamen in tanta multitudine. Honeſte Eccleſiaſtici incedunt, & ſi in adulterio vel fornicatione deprædenſi fuerint, licet beneficiarii, a loco diſcedere coguntur. Fortitudine, prudentia, & hujuſmodi virtutibus infimos ſe eſſe Angli non putant; ſi aliquem exterum ingenioſum aut fortem offendunt, miſerandum eſt (inquiunt) quod iſte Anglus non fuerit.

Muſici Angli.

CAP.

CAP. VI.

De Scotiæ limite, urbibus, oppidis, villis, moribus in bello, & in eccleſia, de fœcunditate piſcium, de portubus, lignis, inſulis, &c.

LIMITEM meridionalem Scoti & Picti olim habuere in muro Tiroali quem Severus extruxerat ad amnem Tynam; ſed hodierno die cum Angliæ limite ſeptentrionali Scotiæ limes meridionalis coincidit. Scotiæ urbium prima eſt Edimburgus, quam flumen nullum interfluit, ſed magnis impenſis Letha fluvius ad mediam leucam diſtans in eam derivaretur, ut eam mundaret, niſi ab Oceano mille paſſibus vix diſtaret. Hanc urbem Tornaco aut Vallenſchænis Froſſardus comparat: ſed jam a centum annis Scotorum Reges in ea urbe fere reſident. Prope Edimburgum ad mille paſſus eſt Letha, portus marinus Scotiæ frequentiſſimus. Eſt in deſcenſu anguſta villa admodum opulenta lanificiis dedita, a qua optimi panni in Scotia denominationem habent. Eſt Sanctus Andreas ibi Univerſitas, in quam nullus adhuc aliquod magnificum egit, dempto Jacobo Kennedo, qui Collegium unum parvum ſed pulchrum & opulentum fundavit. Eſt Abredonia altera in ſeptentrione Univerſitas, in qua, Epiſcopus, Elphinſton nomine, egregium Collegium fundavit, qui etiam Univerſitatis inſtitutor extitit. Eſt inſuper civitas Glaſguenſis Archiepiſcopalis ſedes & Univerſitas parum dotata aut ſcholaſticis abundans. Præbendas tamen multas & pinguiſſimas Eccleſia habet, ſed in abſentia in Scotia, ſicut in præſentia, ferme tantum recipiunt, quod ſine moderamine & prudentia factum eſt. Hunc Univerſitatum numerum non approbabo: Sicut enim ferrum ferro acuitur; ſic multi ſcholaſtici mutuo ſe acuunt,

Scotiæ urbes Edimburgus.

Univerſitas.

Altera Univerſitas.

Tertia.

unt, ſed pro naturis loci non ſunt reprobandæ. Primam Univerſitatem Sanctus Andreas Scotiæ prima ſedes habet, ſeptentrionalibus Abredonia, & occidentalibus ac meridionalibus, Glaſguenſis utilis eſt. Eſt inſuper oppidum de Perth, quod ſanctum Joannem ſive ſancti Joannis villam vulgo dicimus, ſolum inter Scotiæ villas muratum. Si tamen vel parvos muros villæ haberent, plus approbarem pro arcendis latronibus & furibus regni. Non credunt Scoti ſe muratis urbibus egere, & id rationis eſſe poteſt, ocyſſime contra hoſtem ad bellum prodeunt, & ex hominibus urbes faciunt. Si hoſtium viginti millia in ſolis ortu Scotiam ingrederentur, dies artificialis xii. horarum vix laberetur, quin cum hoſte congrederentur. Nam gentem vicinam proximus princeps colligit, & rumoribus de hoſte auditis ante mediam horam quilibet armis paratis (quæ penes ſe in promptu habet) equum conſcendit, & ad hoſtis locum conveniunt, & ſive ordinate ſive inordinate in hoſtem ruunt, ſeipſos & hoſtem ſic frequenter deſtruunt, ſed ſufficit ſi hoſtem retrocedere cogunt. Et ſi hoſtis forte victor evaſerit, alium populum proximus princeps, ſemper populi expenſis, cum hoſte dimicaturus, colligit. Arces tamen duas in qualibet leuca communiter Scotia habet, tam pro hoſte quam pro bellorum civilium primo inſultu, quarum aliæ non ſunt fortes, aliæ vero (ut ditiorum virorum) fortes ſunt. Arces vel urbes Scoti non artificioſe invadunt, propterea ſi eas hoſtes haberent, inimicorum eſſent receptacula, quare Scotis & præcipue in hoſtium limitibus fortes urbes aut etiam arces habere eſſet inutile. Politiæ Eccleſiaſticæ Anglicæ Scotica non eſt comparanda, ſacerdotes muſicæ imperitos Epiſcopi creant, qui ſaltem cantum Gregorianum ſcire deberent. Nonnunquam ad eandem Eccleſiam Parochialem xxx. vici multum diſtantes ſpectant, itaque iv. aut v. & nonnunquam decem mille paſſibus ab Eccleſia Parochiali vicus diſtat. In dominorum tamen ſacellis vicinis rem divinam audire poſſunt, quia ſacellanum vel infimus quiſque dominus nutrit, & plures ſecundum ejus opes & apparatus. In bello aliis laicis non ſunt

Scotorum in arcendis hoſtibus promptitudo.

Eccleſiaſtica Politia Scotiæ.

ſunt inferiores, & ante meridiem celebrant. Ex his ſequitur quod in Scotia paucæ ſunt, ſed opulentæ, curæ: & curatos in propria deſervire hæc opulentia non ſinit. Præſtaret autem curas multiplicare, & earum proventus attenuare, & ad hoc oculum Epiſcopi flectere debent. Præterea in Scotia ruſticorum domus parvæ tanquam caſæ ſunt, & id rationis eſt, terras non habent perpetuas, ſed ſolum conductitias, ſeu ad firmam pro iv. vel v. annis, ſecundum quod domino ſoli placet; ergo domos pulchras, licet lapidibus abundent, erigere non audent, nec arbores aut ſepes ad nemora plantant, nec terram impinguant: Et iſtud eſt in totius regni jacturam non modicam & inhoneſtatem. Si ſuas terras ad cenſum perpetuum domini darent, duplicem triplicemve, ad pecuniam quam levant, colligerent: quia terram ruſtici incomparabiliter melius colerent, & ditiores evaderent, & pulchras domos, quæ regno decori eſſent, extruerent, nec hæc homicidia, quæ ad eorum depoſitionem fiunt, ſequerentur. Si unius animoſi terras dominus alteri locaverit, illum ut domini chariſſimum amicum trucidant. Nec domini timere haberent de eorum ſubditis, quod ſecum in hoſtem non aſſurgerent: vanus eſt hic timor. Præſtaret regi & reipublicæ quod cum ſuis dominis ſubjecti non ſic inſurgerent ad nutum: ſed cum juſtitia & tranquillitate omnes cauſæ tractarentur. Etiam leges imponere poſſunt, ut in certis caſibus ſub pœna terræ perdendæ cum dominis inſurgerent. Certe hic ſubditorum facilis cum principibus motus, plæroſque principes finaliter exules facit. Excedit autem Anglia Scotiam paululum fœcunditate, ſicut parumper a ſolis via minus elongatur, ſed piſcibus Scotia multo plus abundat: hoc eſt, illam propinquitatem ad ſolem Deus alia via compenſavit. Forte dices: mare apud Septentrionem eſt profundius quam apud meridiem, propter aerem in aquam converſum; & iſtud a ſigno patet, cum a Septentrione meridiem verſus Oceanus decurrat. Sed quis hoc ordinavit, niſi Divina Sapientia, ut Septentrionales a ſole remoti, profundas aquas, & per conſequens

Villæ ſeu domus agreſtes.

Piſcium in Scotico mari copia.

ſequens piſcoſas haberent ; qua ubi eſt major maris aut fluminis profunditas, illic cæteris paribus major eſt piſcium ubertas. Septentrionalibus minus prudentiæ quam meridionalibus contulit Deus ; plus tamen roboris corporei & ferocitatis, & pulchritudinis. Quotannis ad Iſlandiam ultra circulum Arcticum Anglorum claſſis pro piſcibus habendis proficiſcitur, & a nobis tam ſalmones quam alia piſcium genera emunt. In plæriſque Scotiæ locis duobus duodenis magnum ſalmonem recentem habebis, in aliis autem uno ſolido ; et pro liardo centum alleca recentia. Optima inſuper flumina & piſcoſa Scotia habet, utpote Forthan, quod brachium maris magnum Fortham nomine ingreditur quatuor leucis latum : prope Letham mare Scoticum vocatum, quia meridionales Pictos, & Britones a Scotis ſegregavit, Tayam per Sanctum Joannem & Dundeam labentem, Speyam, Donam, & Deam, Aberdoniæ egregia flumina, Clydam, Twedam, & multa alia flumina, quæ omnia Salmonibus, Truttis, Rhombis, Luciis, & prope mare Oſtreis in maxima copia, cum cancris, & miræ magnitudinis polypedibus, abundant. Triginta cancris Sequanicis unus cancer, aut polypus, eſt major. Polypedum articulorum teſtæ in Campanellarum funibus Pariſii pendentes hoc ſufficienter probant. In quadrageſima & in æſtate, in conjunctione & oppoſitione, a noſtro Glegorno & locis vicinis ad mare mane vadunt, & uncis polypedes & cancros extrahunt, & ſaccis refertis in meridie redeunt. Temporibus illis magnus eſt maris refluxus, & ſub petris marinis polypedes & cancri ſe occultant. Unde uncum in extremitate baculi quis imponit, lignum aut ferrum piſcis ſentiens, articulo contingit & ſe baculo connectit, quem mox homo extrahit. Et non modo in Scotia piſcium eſt copia ; ſed etiam ſalis, quod eadem menſura cum avenis etiam peſſimis venditur. Iſlandia tritici expers in piſcium ubertate eſt prima. Prope Glegornum in Oceano ad duas leucas eſt rupes Baſſenſis, in qua eſt arx inexpugnabilis, circa quam magnarum anatum (quas Sollendas vocant) de piſcibus viventium

Salis copia.

Iſlandia panis expers.

Sollendæ.

viventium eſt mira multitudo, quæ cum anatibus ferinis communibus aut domeſticis non ſunt eædem in ſpecie ſpecialiſſima; ſed quia eis in colore & figura perſimiles ſunt, nomine communi anatum congaudent, ſed diſcriminis cauſa ſollendæ vocantur. Hæ anates, aut hi anſeres, in vere turmatim a meridie ad rupem de Bas quotannis veniunt, & rupem duobus vel tribus diebus circumvolitant, quo in tempore rupem inhabitantes nullum tumultum faciunt: tunc nidificare incipiunt, & tota æſtate manent, & piſcibus vivunt, & incolæ rupis piſcibus ab illis captis paſcuntur. Aſcendunt namque illarum nidos, & ad libitum piſces capiunt. In capiendis piſcibus mirabilis eſt hujus avis induſtria. In fundo maris lynceis oculis piſcem contemplatur, contra quem ſe præcipitat, ſicut contra ardeam Niſus, quem protinus ore & ungulis extrahit: et ſi a rupe aliquo alio intervallo diſtet, alio piſce meliore viſo priorem elabi permittit, quatenus poſterius viſum capiat; & ſic ſemper recentiſſimos habent piſces in tota æſtate in rupe. Juniores anates aut anſerculos in terra vicina vendunt; ſi ex his bis vel ter comederis ſapidiſſimæ apparebunt. Aves enim iſtæ pinguiſſimæ ſunt, earumque pingue artificioſe extrahunt, quod in multis medicationibus prodeſt, & partes macras earum vendunt. In fine autumni rupem triduo circumvolitant, & poſtea agminatim ad partes meridionales pro tota hyeme avolant, ut illic vivant in æſtate: quia quando nobis eſt hyems, meridionalibus eſt æſtas. Diutiſſime hæ aves vivunt, quod per quaſdam inſuper ſignatas incolæ perpenderunt. Triginta aut quadraginta in rupe bellatores harum avium fructus alit, & domino rupis nonnihil vectigalis penditur.

MARINOS portus plurimos Scotia habet, quorum ſecuriſſimus in fine fluminis Borealis, ſcilicet Trumbati habetur, quod ob ejus firmitatem a nautis vocatur Sykkerſand, hoc eſt, tuta arena. Portum ſufficientem quælibet villa maritima habet. Sic autem maris Oceani brachia Scotiam ſcindunt, ut nulla domus in Scotia ab Portus Scotiæ.

 aqua

aqua maris ſalſa ultra viginti leucas diſtet. Multis in locis Scotia eſt montoſa, ſed in montibus optima habent paſcua. Decies mille oves & mille boves plærique in Scotia habent, itaque frumentum & vinum ex ovium boumque fructu habent. Prope Aberdoniam ſunt Scotiæ Alpes, Scotiæ montes vulgariter dicti, qui Scotos a Pictis quondam ſeparabant: ab equitibus hi montes inacceſſibiles ſunt. In montium radice magna ſunt nemora. Illic (ut auguror) eſt Calidonia ſylva, de qua Ptolemæus & Romani loquuntur, & in illis nemoribus cervorum & damarum incredibilis multitudo invenitur. Ea tempeſtate Aberdonia Scotorum erat regia, licet apud Scotiam Scotorum Reges regalibus inſigniti erant.

Scotiæ Alpes. Calidonia ſylva. Aberdonia Scotia.

ULTRA Britanniam varias rex Scotorum Inſulas habet, utpote ad ſeptentrionem Orchades, apud Græcos Latinoſque famatiſſimas, plures quam viginti nunc habitabiles. Duodecim leucas in longitudine aliquæ habent: earum orientalis eſt Zelandia l. mille paſſibus in longum porrecta. Avenam & hordeum, ſed non triticum copioſe ferunt, paſcuis & pecoribus abundant. Orchadum butyrum, ſale conditum, minimo ære in Scotia vænit.

Inſulæ Scotis ſubditæ. Orchades.

INTER Scotiam & Hiberniam multo ſunt plures Inſulæ & majores, quam Orchades Scoto parentes; quarum maxime meridionalis Manna xv. leucis longa eſt, quam noſipſi apud Sanctum Ninianum conſpeximus, ſedes Epiſcopalis Sodorenſis quam hodierno die Angli tenent. Eſt Inſula Archadia quam Archadiæ comes habet, quam Argyl dicimus, xxx. leucis in longum porrecta: ubi per Alani magni manum populus jurat, ſicut per ſalutem Pharaonis quondam Aegyptii. Eſt Cumbra major Inſula opulenta & magna. Eſt Aranea Inſula, a qua dominus Hammyltonus, Comes Araneæ dictus eſt. Eſt Inſula Awyna: illic eſt Sancti Aidani cella, in qua erant optimi religioſi, quam Beda dicit debere ad Britones attinere, ſed eam Scotis religioſis Picti contulere. Ipſa autem eſt Butha Borealior ſex mille paſſibus ab Hibernia ſolum diſtans.

Alani manus. Arane e Comes. Cella Sancti Aidani.

Digitized by Google

diſtans. Eſt inſuper Inſula Iſola, ſeu Yla vulgo dicta, admodum pulchra :, in qua dominus Alexander de Inſulis, quem Inſularum Comitem vocabant, reſidere ſolet. In hac Inſula duas pulchras & latas arces habebat, cui xxx. aut xl. hominum millia ad nutum parebant. Hanc Ylam auguror eſſe Thylem, ſeu Thulen, apud Græcos Romanoſque ſcriptores famatam, de qua Virgilius: *Tibi ſerviet ultima Thule.* Nam aut Zetlandiam, aut Ylam, aut Iſlandiam, Tulen eſſe neceſſarium eſt. Ad Iſlandiam ultra circulum Arcticum Romani nunquam devenerunt. Eſt Butha ſive Rothſay, Inſula Leſivora ubi ſedes Epiſcopalis Archadiæ Liſivorenſis dicta eſt. Inſula Skya multum Septentrionalis xv. leucis longa Inſula. Lewis triginta leucis longa. Multæ præterea ſunt aliæ Inſulæ, quarum minima eſt maxima Orchadum major. Sunt etiam illic magni lacus, in quibus ſunt Inſulæ, ut Lochloumond, Inſula Sancti Colinoci, in qua eſt Canonicorum Regularium Prioratus, Lochordum trium leucarum, Lochbaquhar, Lochtaye, Lochquaw xii. leucis longa. Sunt & aliæ Inſulæ tam in mari quam in aqua dulci. Hibernice hæ Inſulæ omnes loquuntur, ſed Orchades Gotthice. Magnanimus ille Robertus Bruceus in teſtamento moriens hoc poſteris conſilium dedit, ut Inſulas extra manus ſuas Scotorum Reges non darent, quia boves in copia a locis illis habere poſſunt, & impigros pugnatores, & in aliorum manibus non facile Regi parent, propterea cum parvo Inſularum titulo pro reipublicæ utilitate Inſulas Rex tenere poteſt, potiſſimum, ſi aliis in terra pacifica aliquam recompenſam faciat. Carne arietina Gallicana caro Britannica eſt poſterior, & minus ſapida, e converſo de carne bovina; & id rationis eſt, ut auguror, graminum ſterilitas carnem ovinam ſapidam, & ubertas inſipidam, reddit. Cum prope urbem Parrhiſianam miratus eſſem quare arietes ad infœcunda gramina ducerent, & ab eis cauſam ſciſcitarer, reſponderunt, ſi ſecus facerent, carnem non valere. In Britannia oves cornutæ ſunt, & non caſtratæ, cornua ferme more cervorum habent, prope Parrhiſium cornua non habent; hoc cæli humiditatem in Britannia ſignificat. Inſulæ autem

Iſola ſeu Iſla.

Thule.

Butha.

Lacus Inſulas conſtituentes.

Inſulanorum loquelæ.

Carnes Britannicæ.

Oves cornutæ

tem cæteris locis ſunt humidiores. Scuto Solari, hoc eſt duobus Francis, in partibus Scotiæ borealibus magnum bovem vendunt, quinque aut ſex ſolidis Turonis, arietem, ſex aut ſeptem Turonis capum pinguem, aut anſerem, habebis. Apud partes Scotiæ meridionales omnia ſunt paulo cariora: apud boreales ferme gratis optimi habentur

Equi Scotici. piſces. Equorum copiam bono foro habent, qui laboris & frigoris patientiſſimi ſunt. Ad Sanctum Joannem, & Dundeam, ducentos vel trecentos equos indomitos, nondum equitatos, unus Scotus ſylveſter adducit, duobus Francis aut l. duode. unum eorum equitationi paratum habebis. In nemoribus & frigore ſine ferris cum matribus nutriti errant, quare frigoris patientiſſimi ſunt. Non ſunt magnæ molis, nec apti hominem graviter armatum ad bellum ferre, ſed levis armaturæ virum ocyſſime, quo voluerit, ferunt. Tantillæ quantitatis equos nuſquam robuſtiores adduces. In Scotia pro majore parte equorum genitalia exſcindunt, quia in æſtate graminibus in campis paſcuntur, & ſic in equis paucas impenſas faciunt; plus tamen itineris in die, vel magno tempore, faciet, quam equus non caſtratus, decem vel duodecim leucas, ſine paſtu, faciet: poſtea, tempore quo dominus paſcitur, ad herbas mittitur, & dum ſufficientem cibum dominus acceperit, equum paratum, qui eum deferat, inveniet. Ex iſta parte maris, quia paſcuis non abundant, tales equos habere nequeunt. Equos non caſtratos aliquos in ſtabulis potentes viri nutriunt, quia paululum ſunt cæteris animoſiores, non tamen ad equitandum aliis velociores aut promptiores. In partibus Scotiæ meridionalibus pauca ſunt nemora, quia pro igne habendo carbonibus, & petris ſeu peltis, & non lignis, (ut ſuperius diximus) utuntur: carbone petra eſt minus dura. Scotos nigris lapidibus pro igne Aeneas Sylvius dicit in cuna ferrea uti, carbones ſive terram ſulphuream nigros lapides vocans. Hadderam myricamve abundantiſſime in moris creſcentem, quæ paulo minus pro igne juniperis valet, habent: a vulgari Latinum, quia neceſſe eſt, fingo, quia hanc herbam apud Italiam, ut auguror, non invenies, ſed eam in nemore noſtræ

Dominæ

Dominæ prope Parrhiſium offendes, licet non tantæ altitudinis ſicut in Britannia. Noſtratium aliqui terram hanc herbam ferentem inutilem & ſterilem ſuſpicantur. Ego autem eandem admodum utilem & fertilem reor, pro igne herba deſiccata more juniperi eſt utiliſſima, & eam carbonibus multum præfero, ſed quia eam in abundantia habent, floccipendunt. Subter herbam, & prope eam, paſcua pecori accommodatiſſima reperies.

CAP. VII.

De Scotorum Moribus.

HACTENUS de ſolo Scotico, ejus fluminibus & animalibus, cum Inſulis extra Britanniam porrectis, mentionem fecimus, nunc de Scotorum moribus paulolum loquemur. Apud Anglorum annales legi Scotos traditores eſſe peſſimos, & hanc labem eis eſſe innatam. Hac via Pictorum regnum ferocemque gentem Scotos evertiſſe aſſerunt. E diverſo Anglos traditionum Principes Scoti appellant, quos fortitudine & ferro certare negant, ſed dolo & aſtutia omnia perficere. Ego autem nec Scotis vulgaribus in Anglorum, nec e diverſo Anglis in Scotorum vituperatione, fidem præſtare ſoleo. Oculati viri eſt ſuorum inordinatum amorem & hoſtium odium a ſe abolere, & poſtea ſententiam æqua lance trutinatam ferre: & temperamentum in ratione fundatum tenere, & ſecundum illud ſententiam moderari. Secundum Ariſtotelis ſententiam Politicorum vi. borealibus meridionales prudentia, & contra, meridionalibus ſeptentrionales virtute bellica præſtant. A borealibus ergo non aſtutia bellica aut dolus querendus eſt. Sed quoad aſſumpta de odio, hoc mente tenebis, pacem ſynceram nunquam duo regna vicina, de paritate certantia, fovent. Tacitam tecum per totam Europam, Africam, Aſiam, tres partes

Anglorum Scotorumque convicia mutua.

Purgat objecta Scotis.

orbis præcipuas, inductionem facito, & ſi res ita non ſe habeat, opinio plurimum me fallit. Modo inter Angliam & Scotiam pede ſicco itur, pro limitibus augendis utrinque laborare ſatagunt. Et licet in hominum multitudine, in terræ fertilitate, in opibus, in politia, Scotos Angli anteeant, Anglis tamen ſe poſſe reſiſtere, licet exterorum centum millia pugnatorum ſecum adducerent, Scoti, ſive vere, ſive erronee, ſuſpicantur. Et non frivole ita exiſtimant. Cum enim Aquitaniam, Andegaviam, Normanniam, Hiberniam, Valliamque Angli haberent, adhuc, ſine bellis in Scotia civilibus, nihil in ea profecerunt, & jam mille octingentos & quinquaginta annos in Britannia Scoti ſteterunt, hodierno die non minus potentes & ad bella propenſi quam unquam fuerint, vitam pro patriæ libertate exponere prompti: decorum putantes pro ea vitam morte commutare. Et cum inter varia regna Alpes, Pyrenæi montes, Rhenus, nec non maris brachia, ægre bellum dirimere poſſint, etiam inter gentes Britannis pacatiores, ſtupendum non erit, ſi inter regna varia in eadem Inſula, & pari gloria limitum fines augere ſtudentia, non eſt facilis pax. Propter pacem finaliter juſta bella fiunt, quam Britannis, Deus qui omnia moderatur, concedat quæſo, ut per matrimonium utrumque regnum Regum alter juſto titulo obtineat, quia aliam viam pacis firmam ægre video. Dicere auſim Anglum Scotumque Regibus male ſuis conſulere, ſi inter eos non ſemper matrimonia contrahant, quatenus de utroque regno unum Britanniæ regnum faciant. Verum hanc pacis unionem inimicus homo, & viri propriis commodis incumbentes, (utilitate publica neglecta) impediunt. At ſophiſta Scotus aut Anglus reſpondebit, frequenter matrimonia contraxerunt, & hac via pacem non habuerunt. Quibus reſpondeo indubitatum titulum hac via non attigerunt, quicquid noſtri de beata Margareta Angla fabulentur. Nunquam præſtantiores Reges quam ex Anglicis mulieribus Scoti habuerunt, patet de beatæ Margaretæ liberis, regibus invictiſſimis ſane, pariter & optimis. Idem in Jacobo ſecundo ex Angla genito contemplare, de Jacobo quinto ſeptenni Angli nepote adhuc

Per matrimonia concordia.

Margaretæ liberi.

adhuc indicare tenebroſa eſt aqua in nubibus aeris: ſed Deum rogatum facio, quatenus Patrem, Proavum, & Abavum, Jacobos, in probitate & moribus imitetur. Scotos invidia Sabellicus Hiſtoriographus non abjectus taxat, & quod invidia notari debent, aliter coloratur. De Scotis proverbio Galli utuntur, dicentes, *Ill eſt fier comme ung Eſcoſſoys*, quod eſt, *Hic animo eſt ſuperbo ad modum Scoti*. Et iſtud per Gallorum modum confirmare potes, occidentales Heſperios volucres pennatas Galli vocant. Et in De ſitu orbis Dionyſius, de Hiſpanis loquens, dicit, *Quod eſt genus hominum ſuperbiſſimum*. Modo de Hiſpanis, ut inferius dicemus, Scoti originem traxerunt, ſed patrios mores nepotes fere imitantur, teſte Philoſopho primo Politicorum, *In invidiam tumidus facile labitur*. Præ aliis ſingulariter eminere, inflatus appetit, & dum alios ſibi æquales aut paulo inferiores intuetur, in eos ſuccenſet, & in invidiam prorumpit. Non eo inficias, quin Scotorum aliqui ſint & inflati & tumidi, ſed, an reliqua gente illis vitiis magis laborent, nondum exploratum habeo; parvi momenti dicta aliata ſunt, Sabellicum memini ita ſcripſiſſe. Forte paucos Scotos Romæ pro beneficiis litigantes viderat, qui ſibi invicem (ſicut competitores facere ſolent) invidebant. Pro Caroli Septimi eo nomine Regis tempore Galli loquuntur: quia illa tempeſtate Scotis in bello contra Anglos Carolus plurimum uſus eſt. Et cum initio parum pecuniæ Carolus haberet, victum a plebe bellatores coacti ſunt capere: erga plebeos rudes erant, & plebeos tanquam ignobiles Scoti nobiles (ſicut in patria faciunt) contempſerunt: in qua plebe primo & poſtea a populo ſuperbi dicti ſunt. Illa tempeſtate apud Gallos de Scotis aliud proverbium pullulavit, ſcilicet, *Parvum equum primitus, et poſtea magnum Scotus introducit*. Hoc propterea ortum habuit, quod turmatim in campis Scoti milites progrediebantur, ſicut plerique Galli nunc faciunt, & ut facile in ruralium domus reciperentur, gradarios & parvos equos cum parvo milite præmiſerunt: quibus introductis, cum magnis equis majores viri cum majoribus copiis ſupervenerunt.

Scoti elato animo.

Hiſpani ſuperbi.

H Britannos

Britannos omnes ſatis alti animi auguror per univerſale ſignum, non univerſale logicum, ſed morale, quod aliquas exceptiones patitur: ſed quod Germanis, Heſperiis, vel Gallis elatioris ſint animi, non concedo. De noſtris adhuc aliam objectionem attingemus, Scotos humanis carnibus delectatos fuiſſe aſſerunt: et ad hoc Hieronymum pro clypeo introducunt dicentem, *Quid loquar de aliis nationibus, cum ipſe adoleſcentulus in Gallia viderim Scotos, gentem* Britannicam, *humanis veſci carnibus, & cum per ſylvas porcorum greges & armentorum pecudumque reperiant, paſtorum nates & fœminarum papillas ſolere abſcindere, & has ſolas ciborum delitias arbitrari.* Non potes dicere quod de Gothis vel Scotis Hibernicis, propter verbum *Britannicam*, loquatur. Huic dicto reſpondeo, Si ita omnes Scoti feciſſent, poſteritati labem non afferrent; a gentilibus & infidelibus fideles Europæi deſcenderunt, prædeceſſorum culpa poſteritatem ratione utentem haud denigrat. Inſuper, ſi ita pauci Scoti, de quibus divus Hieronymus loquitur, fecerunt, in ſua Inſula vel Scoti communiter non ita victitarunt; quod ex hoc liquere arbitror; Ad ccc. annos Hieronymum Beda ſecutus, quod Scotorum primam ſcaturiginem tangens, & Scotis vicinus erat, de hoc nihil dicit. Hibernicis & ferinis quibuſdam Scotis hæc Strabo attribuere viſus eſt. Inſuper, in De proprietatibus Bartholomeum Anglicum de Scotis loquentem dicere invenio, *Quod apud Scotos turpe eſt in lecto ad mortem decumbere; ſed in bello mori pulchrum putant.* Cui dico, hoc aſcribendum vitio non arbitror, pulchrumque mori ſuccurrit in armis, & hoc in bello juſto. Alio adhuc vitio Scotos plerique notant, & hoc Sabellicus tangit: Quod ſe nobiles Scoti vocent, & iſtud per Gallorum communem modum loquendi de Scotis fulcire facile poſſum. Dicunt enim, Is regis Scotorum cognatus germanus eſt. Certe ab hoc vitio Scotos excuſare nequeo, tam enim domi quam foris de nobilitate plurimum gaudent, & ſe (licet ignobiles fuerint) de nobilium ſanguine ortos voluptuoſe audiunt. Noſtris conterraneis, qui ſe nobiles putant, tali jocoſa ratione uti ſoleo.

Scoti humana carne veſci ſoliti.

Scoti ſe regis cognatos jactant.

ſoleo, uno tamen præſuppoſito, Nullus eſt nobilis, niſi cujus alter parens nobilis fuerat; & abſonum eſt aliquem ignobilem (cujus parentes nobiles fuerunt) vocare. Hac ſuppoſitione permiſſa, quæro, Utrum Adam erat nobilis, an non. Si primum, contra unam partem ſuppoſiti. Si ſecundum, omnes liberi ejus erant nobiles, & ſic omnes dabis nobiles, vel quemlibet ignobilem habebis. Præterea de primo nobili quæſtionem verto, quærendo, Qua via nobilitatem habuit? Non a parentibus, ut notum eſt, & ſi primum, nobilem ignobilis filium dixeris, ſuppoſitum negas. Cum ignobilibus opulentis, nobiles pauca habentes, matrimonium contrahunt. Hac via Scotorum nonnulli totam patriam nobilitant. Talia conjugia tam Scotia quam Anglia admittit. Sed his Scotis dicere ſoleo quod tunc inter eos, quoniam ignobilibus commiſcentur, nulla eſt ſyncera nobilitas. Dico ergo, nulla eſt prorſus vera nobilitas niſi virtus & ejus actus. Vulgaris nobilitas non eſt niſi ventoſus hominum loquendi modus. De propriis viventes ſine artificio, quacunque via opes habuerint, nobiles vocantur, et potiſſimum ſi in antiquitatem tranſeant, ſive juſte ſive injuſte opes acquiſitæ fuerint, & apud generationem diu permaneant poſſeſſores, mundane nobilitant: Ex his ſequitur quod ex paſtoribus Reges originem, & ex regibus paſtores traxerunt. Corollarii prior pars eſt nota, & adhuc ipſa declaratur. Si magnis opibus terras paſtor emat, ſua ſoboles nonnihil nobilitatis ſed parum acquirit. Nepos ditior effectus majorem nobilitatem induit, ſed cum temporis intervallo opes coaleſcunt, jam magnus princeps efficitur, & regiam prolem (quæ etiam eadem via aſcenſum habuit) ducit. Secundam partem ejuſdem declaro, cum unum a regno alter trudit: a regno ejectus militiam vel alia officia ſubire cogitur, & a ſupremo in infimum deſcenditur. Igitur, mendaciis Scotos gaudere Sabellicus affirmat. Sed hæc mendacia plus vigere in Scotis quam in aliis haud ſatis intelligo.

Nobiles in Scotia.

H 2 CAP.

CAP. VIII.

De Scotorum, tam agricolarum quam nobilium, & tam ſylveſtrium quam manſuetorum, rurſum moribus.

Nobiles Britanni humani

DE Scotorum vita & moribus nonnihil locuti ſumus, ſupereſt eandem materiam prorogare de humana nobilitate loquendo ut plures. Nobilibus in continenti Europæ viventibus, Britanni nobiles non ſunt minus humani. Quandam communitatem a vulgo ſeparatam habent. Exteriorem nitorem in Galliæ urbibus & civibus, majorem quam in Britannia invenio: minorem autem rure & agricolarum. In Britannia ad templum vel forum ſine armis vadit nemo, nec ultra vicum in quo moratur. In veſtibus & armis parvis nobilibus ſe comparant: et ſi ab eis ictum recipiant, ſine moræ tractu reddunt. In utroque Britannorum regno in ignobilibus & agricolis pondus belli conſiſtit. Terras locatitias a dominis agricolæ habent, quas per famulos & non ſeipſos colunt. Equum & arma habent, parati cum proximo potente viro (ſi eum diligunt) in cauſa juſta vel injuſta equitare: et cum eo (ſi caſus contingat) ad mortem ſtare. In hoc inſuper agricolæ delinquunt, ſuos liberos ad artificium haud ponunt. Calcifices, ſartores, & hujuſmodi opifices viles & imbelles judicant: ideoque liberos ad nobilium curias, vel ut rure more ſuo habitent, ponunt. Etiam urbanos imbelles exiſtimant, & revera urbanis in re militari ſunt longe ſuperiores, & duriores milites. In urbibus aliti comeſſationibus, potationibus, precioſis veſtibus, & quieti, aſſueti ſunt, nec arma ferre conſueti ſunt: propterea belli duritiei ſtatim ſuccumbunt. Contra, tenui potu & exercitatione continua nutriti agricolæ dureſcunt:

Agricolarum ab agris averſio.

ſcunt: licet agros non colant, circa famulos & familiam vigilanter incumbunt, & pro magna parte cum nobilibus vicinis equitant.

APUD nobiles duplex error contingit: alter quidem, ſi duo nôbiles pares parvo intervallo diſtant, crebro inter ſe litem & homicidia habent, nec eorum ſubditi mutuo ſine diſcordia obvii fiunt: ſicut cum Abraham & Loth locupletes facti ſunt, eorum paſtores haud convenerunt. Ab ineunte ætate domus oppoſitæ in eorum liberis odium generant; ita quod domus oppoſitæ odium ante Dei amorem concipiunt. Nobiliorum errata.

SECUNDO liberos ſuos principes viri in literis & moribus non educant: in reipublicæ non parvam perniciem. Debent enim viros peritos in hiſtoria, & in moribus probos, pro eorum liberis erudiendis inveſtigare, ut in juventute tenera bene habituentur, tunc cum adulti eſſent rationi parerent: juſtitiam, fortitudinem, & temperantiæ ſpecies quæ in quotidiano uſu ſunt, eligerent, & vitia tanquam ſpurcas turpitudines abhorrerent; et tunc principum vicinorum filii facile convenirent, nec ſeditionem in republica moverent, & non minus fortes in bello eſſent, quod de Romanis patuit, quorum clariſſimi exercituum duces literarum admodum periti erant: & idem apud Græcos, Carthaginenſes, & Perſas legimus. Præterea ſicut Scotorum uti diximus duplex eſt lingua, ita mores gemini ſunt. Scotorum genus duplex. Nam in nemoribus Septentrionalibus & montibus aliqui nati ſunt, hos altæ terræ, reliquos imæ terræ viros vocamus. Apud exteros priores Scoti ſylveſtres, poſteriores domeſtici vocantur, lingua Hibernica priores communiter utuntur, Anglicana poſteriores. Una Scotiæ medietas Hibernicè loquitur, & hos omnes cum Inſulanis in ſylveſtrium ſocietate deputamus. In veſte, cultu & moribus, reliquis puta domeſticis minus honeſti ſunt, non tamen minus ad bellum præcipites, ſed multo magis, tum quia magis boreales, tum quia in montibus nati & ſylvicolæ, pugnatiores ſuapte natura ſunt. Penes

I tamen

Scoti Sylveſtres.

tamen domitos eſt totius regni pondus & regimen, qui melius vel minus male quam alii politizant. Sylveſtrium una pars bobus, ovibus, & equis abundat, & hi, ne opes perdant, juſtitiæ & Regi melius parent. Alia pars venationi dedita otium diligit, & eorum Principes viros malos in otio ſequi appetunt, vitam ſine labore ab aliis capiunt, ſuo ferino capiti & inutili citius ad male agendum quam ad bene operandum parent, factiones inter ſe magnas habent, & crebrius bellum quam pacem. Horum impetum compeſcere Scotorum Reges plerunque vix potuerunt. A medio crure ad pedem caligas non habent, chlamyde pro veſte ſuperiore, & camiſia, croco tincta, amiciuntur. Arcum & ſagittas, latiſſimum enſem, cum parvo halberto, pugionem groſſum ex ſolo uno latere ſcindentem, ſed acutiſſimum ſub zona ſemper ferunt. Tempore belli loricam ex loris ferreis per totum corpus induunt, & in illa pugnant. In panno lineo multipliciter interſuto & cærato aut picato cum cervinæ pellis coopertura vulgus ſylveſtrium Scotorum corpus tectum habens in prælium proſilit. Sed in ſagis noſtri domeſtici plebei & Angli pugnant Pro muſicis inſtrumentis & muſico concentu, lyra ſylveſtres utuntur, cujus chordas ex ære, & non ex animalium inteſtinis, faciunt, in qua dulciſſime modulantur. Noſtros domeſticos aut domitos ſeu manſuetos, hoc eſt ſub rationis habena & clementer viventes, propter linguam non minus quam Anglos odio proſequuntur.

CAP.

CAP. IX.

De varia Scotorum origine & denominationis cauſa. Nam Scoti ex Hibernicis, Hibernici autem ex Hiſpanis ſunt orti, & Scoti a Scota muliere denominati.

HUCUSQUE de Britonum origine, & Scotorum Britannorum moribus, mentionem fecimus, ſupereſt de Scotorum origine mentionem facere. A Bruto tam Scotos quam Vallicos prodiiſſe aliqui Anglorum annales atteſtantur, dicentes quod tres filios Brutus habuit, nomen primo *Locrinus*, cui Angliam in regnum dedit. Secundo filio nomen *Albanac* erat, cui Inſulæ partem borealem (quæ ab eo dicta eſt Albania) dedit. Tertio *Cambro*, terram occidentalem Inſulæ contulit, a quo Cambria & poſtea Vallia dicta eſt. Hanc de Bruto fictionem ſuperius non recepimus, & quicquid ſit de ejus filiis, ſi aliquis talis erat, multiplici argumento certum eſt nos ab Hibernicis originem traxiſſe, hoc ex Beda Anglo, qui ſui regni progeniem attenuare nolebat, didicimus. Hoc idem loquela manifeſtat: adhuc Scotiæ ferme medietas Hibernicè loquitur, & a paucis retroactis diebus plures Hibernicè loquuti ſunt, & tamen inter Britanniam & Hiberniam tale mare quale inter Galliam & Angliam interfluit: Loquelam de Hibernia in Britanniam attulerunt. Hoc idem per noſtros annales liquet, quorum ſcriptores in hoc non erant negligentes. Dico ergo a quibuſcunque Hibernici originem duxere, ab eiſdem Scoti exordium capiunt, licet mediatè, ſicut ab avo nepos. Verum ab Hiſpanis Hibernici principium ſumpſere, ut apud chro-

Bruti filii.

Scoti ex Hibernicis.

Hibernici ex Hiſpanis & Scoti ex Hibernicis orti.

chronographos notum eſſe arbitror, de ***Brigantia Luſitaniæ*** urbe, & ab Hibero principe fluviorum *Hiſpaniæ* potatrice, multi ſimul ad novas ſedes inveniendas ſe conjunxerunt, & navigio in mare Oceanum (ſicut adhuc hac in tempeſtate faciunt) ſe poſuerunt: trium dierum ſpatio Inſulam quandam mediocriter inhabitatam invenerunt, quibus quia Incolæ reſiſtere non poterant, ſedes illic locarunt, & Inſulam Hiberniam (quia major pars Hiſpanorum ab Hibero Hiſpaniæ flumine venerunt, vel a quodam milite Hiſpano, Hibero nomine, prout aliis placet, cujus mater Scota vocabatur, nomen indiderunt. Ita quod aliqui Inſulam ab Hibero Hiberniam, alii vero a Scota Scotiam appellaverunt. Apud majores vulgarius Scotia appellabatur, temporis tamen ſucceſſu, ad Scotos Britannos ſeparandos, Hibernia non Scotia denominatur. Apud quoſdam annalium noſtrorum legimus quod Gathelum, nomine Nealus, quidam Græcorum rex filium habuit, quem pro male meritis e regno expulit, qui ad Ægyptum profectus eſt, & Pharaonis filiam, nomine Scotam, in conjugem accepit, ſed cum in mari rubro Hebræos ſequens Pharao ſubmerſus eſt, Gathelus & Scota cum ſuis ab Ægypto extorres facti ſunt, qui navigio temporis tractu ad Hiſpanias novas ſedes quæſituri deveniunt. In Luſitania quam Portugalliam dicunt Hiſpaniæ portionem quidam reſederunt, & Brigantiam munitam urbem conſtruxerunt. Alii vero penetrantes Hiſpaniæ interiora ad Hiberum flumen devenerunt, & illic ducentis annis cum ſua progenie permanſerunt, quorum aliqui novas deinde ſedes inquirere ſtuduerunt, & in Inſulam, quæ nunc Hibernia dicitur, devenerunt. Et ſi verum hæc hiſtoria contineat, ab Hiſpanis Hibernici Scoti originem duxerunt. De hac prima profectione de Græcia & Ægypto figmentum reor; & id propterea, Angli hoſtes ſe jactare didicerunt quod ex Trojanorum ſanguine orti erant; ex Græcis Trojæ domitoribus nobili regno Ægypto tunc adjuncta, Scoti primam ſcaturiginem ſe habuiſſe dixerunt. Sed videntes hiſtorias omnes & linguarum

Scota nomine mulier.

Nealus.

guarum

guarum affinitatem probantes, ex Hiſpanis Hibernicos procreatos, adjecerunt Græcos & Ægyptios ſua prima capita ducentos annos in occidentali Heſperia moram traxiſſe. Ex his aliqua certa cum aliquibus ambiguis miſcentur. Certum eſt enim ab Hiſpanis Hibernicos, & ab Hibernicis Scotos Britannos ortos eſſe, reliquam partem tanquam ambiguam (mihi vero inanem) miſſam facio. Præterea abſurdum neſcio quid noſtri Annales recitant, Simonem Brek & Hiſpanos qui in Hiberniam deſcenderunt, dicunt novam linguam fabricaſſe, & omnes in Inſula inventos occidiſſe. Secundum eſſet inhumanum & inutile Inſulam famulis, mulieribus, & parvulis ſpoliare. Magno navigio (ut Antoninus & Vincentius recitant) Hiſpani in Inſulam deſcenderunt, vel ferro vel pace Inſulam pro arbitrio occupant. Quid opus erat gentem imbellem interimere? Secundo, de linguæ fabricatione, ſine ratione eſt dictum. Si unius linguæ genti alterius linguæ gens commiſceatur, linguam de utraque participantem, loquendo ſolum, conflant, plus tamen cum lingua honeſtiori delectabiliorique participantem. De lingua Anglicana hoc liquet, quæ cum Saxonica multum participat. Sed propter Danos & Britones a Saxonica multum alterata eſt. Et a lingua Anglicana nos Scoti meridionales propter ſylvicolas Scotos differimus, ſicut de Picardis Gallicæ loquentibus ob Flandrenſium vicinitatem contingit. Et ita ubique evenire ſolet. Cum lingua Hiſpanica Hibernica magnam vicinitatem habet. Matutino tempore Hiſpanus ſalutando dicit, *Bona dies*, Hibernicus *Vennoka die* b pro v tam Hiſpani quam Vaſcones, ut Pariſii novimus, confundunt, niſi linguam mutaverint. In morte ſimiles cantus lugubres cum Hiſpanis habent, & mores non diſſimiles. Eſt enim Hibernia Inſula ad Britanniam ſubdupla, nec ita Septentrionalis, ad Occidentem Britanniæ ſita, undique mari circumfuſa, tantum a Britannia, ſicut Britannia a Gallia diſtans. Serpentem Inſula non gignit, immo ſi ex tellure Hibernica alio perlata prope ſerpentem fruſtum

Altera fabula.

Hiberniæ ſitus.

Serpentem necat terra Hibernica.

K poſueris,

poſueris, ſerpentem enecat. Equos quos *Haubinos* vocant, ſuaviſſime incedentes, gignit. *Aſturcones* antiquitus vocabantur, eo quod ex Aſturibus Hiſpaniæ venirent. Illos equos de Hiſpania ſecum attulerunt. Hos equos *Haubinos* ſeu *Hobinos* de Anglia Galli vocant, eo quod ab Anglis in Galliam veniunt. Eſt enim Hibernia Inſula Britannia non minus fertilis, pulchris fluminibus & piſcoſis, pratis & nemoribus abundans. Angli juſſibus pars meridionalior (quæ & urbanior) paret. Sub nullo Rege, ſed ſub propriis principibus, pars Borealis reſidet. Ex his tam de equis quam de ſerpentibus & tellure animalia venefica occidente, argumentum de cælo quieſcente ſumimus. Nam ab ipſa tellure primo hæc efficientia non oritur, nec ab influentia cæli moti: quia ſub eodem parallelo cum Britannia vel ejus parte Hiberniæ portio ſita eſt. Ergo a cæli immobilis influentia hanc efficaciam ſolum Hibernicum ſuſcipit.

Unde ea vis terræ illi.

CAP.

Digitized by Google

CAP. X.

De Pictorum Origine, Nomine & Moribus.

NUNC Scotos Hibernicos, in Hiberniam Inſulam miſſos, tranſeamus, & de Pictis, qui ſecundum regnum in Britannia poſt Britones obtinuerunt, &, ſecundum veram hiſtoriam, ante Scotos, paululum loquamur. Ut igitur venerabilis Beda ait *Prim. Lib.* Hiſtoriæ Eccleſiæ gentis Anglorum *Primo Capite*. Picti de Scythia (ut perhibent) longis navibus non multis Oceanum ingreſſi, flatu ventorum extra omnes fines Britanniæ ad Hiberniam pervenerunt, atque, inventa ibi Scotorum gente, ſibi quoque in partibus illius ſedes petiſſe, nec impetrare potuiſſe. Sed Pictis (inquiunt Scoti) poſſumus vobis conſilium dare quid agere valeatis. Novimus Inſulam aliam eſſe non procul a noſtra, contra ortum ſolis, quam ſæpe lucidis diebus procul aſpicere ſolemus, hanc adire ſi vultis, habitabilem vobis facere valebitis. Nam ſi qui reſtiterint, nobis auxiliariis omnia pro voto vobis ſuccedent, facientes ſecundum diverbium commune, *Qui tibi in ſua domo renuit hoſpitium, in domo vicina hoſpitium laudat, ut abs te liberetur*. Itaque petentes Britanniam Picti, habitare per ſeptentrionales Inſulæ partes cœperunt ad orientem. Nam Auſtrinam Britones occupaverunt. Cumque uxores Picti non haberent, petierunt a Scotis, qui eas hac ſolum conditione dare conſenſerunt, ut ubi res veniret in dubium magis de fœminea Regum proſapia quam de maſculina, Regem ſibi eligerent, quod uſque hodie apud Pictos conſtat eſſe ſervatum. Dicebantur hi Picti quia eleganti forma & præſtanti corpore erant, vel quia veſtibus coloris varii, tanquam depictis, vulgo utebantur.

Picti.

Adagium vulgatum.

Pictorum reginæ.

Nomen unde.

CAP. XI.

Quomodo in Britanniam Scoti primo devenerunt.

PICTIS (ut etiam diximus) ſuas filias Scoti Hibernici conjuges tradiderunt, quarum videndarum gratia cum ſæpiuſcule Pictos in Britannia viſitarent, aliquas ſedes vacuas, paſcuis accommodatiſſimas, a Pictis relictas contemplati ſunt: et ſimiliter multas parvas Inſulas inter Hiberniam & Britanniam: alias item Inſulas adhuc viderunt ad occidentalem Britanniæ plagam magis ſeptentrionales quam Hiberniam cum frequenter navigarent, idque hoc ſuis retulerunt. Hoc Scoti Hibernici intelligentes tertiam in Britanniam nationem ducunt, quia cum duce Reuda Scoti de Hibernia progreſſi ſunt, amicitia vel ferro in Britannia prope Pictos ſedes ceperunt. A quo duce dicit Beda uſque hodie *Dalreudini* vocantur. Nam lingua eorum *Dal*, partem ſignificat. Noſtri autem annales Ferguſium filium Ferchardi in Britanniam veniſſe ante Reudam aſſerunt, qui rubrum leonem in armis ſuis poſuit, & Scotorum primus erat qui in Britannia ſceptrum cepit, ſecundum carmina apud noſtrates vulgaria.

Reuda dux.

Ferguſius.

Albion *in terris rex primus germine Scotus,*
Ipſorum turmis rubri tulit arma leonis,
Ferguſius fulvo Ferchard rugientis in arvo.

De tempore quo Britanniam ingreſſus eſt idem Ferguſius his verſiculis deprehendes.

Ferguſius, primus dans jura & ſceptra Britannis,
Sub Chriſtum centum ter terque decem fuit annis.

Cathe-

Cathedram marmoream, in qua Scotorum Reges apud Sconam coronantur, de Hibernia Ferguſius ſecum attulit. Hunc quoque lapidem marmoreum, inſtar cathedræ compoſitum, Symonem Brek, cum de Hiſpania ad Hiberniam profectus eſt, inveniſſe referunt. Omen regni futuri id ratus eſt. Nec iſtud de Ferguſio venerabilis Bedæ dictis adverſatur. Regni debile fundamentum Ferguſius jecit, ſed regni fines Rether abnepos ſecundum noſtros Annales, vel Reuda, more Bedæ loquendo, jacta fundamenta auxit, aliquid a Pictorum limitibus, nonnihil a Britonibus adimens, ſuo regno adjecit. Britonum locum invaſit, quem ſua cæde inſignem nomine fecit, ſcilicet *Retherdale*, hoc eſt vallis ſive pars Rether, Anglice *Rethiſdaile*, hodierno die *Ryddiſdaile* vocatur, eo quod Scotorum Rex Rether illic occubuit. Perſimile de Aſſyriorum illo maximo imperio legimus, quod a Belo aliqui, alii vero Nino Nembrothide, initium accepiſſe dicunt. Nam imperii prima fundamenta parva in re, in valore magna, primo Belus jecit, quæ mirum in modum Nembrothides Ninus auxit. Hæc de Pictorum Scotorumque primo in Britanniam adventu dixiſſe ſufficiat.

Lapis marmoreus.

Rether.

L CAP.

Digitized by Google

C A P. XII.

De Romanorum adventu in Britanniam, & de geſtis ab eiſdem in Inſula.

Julius Cæſar. A Romanis, ea tempeſtate rerum dominis, inacceſſa & incognita erat Britannia; ſed Julius Cæſar anno ab urbe condita, 693. ante Incarnationem verbi anno ſexageſimo, ubi Galliam domuit, in Britanniam properavit; in quam acerrime receptus eſt. Magnum peditum numerum & equitatum omnem amiſit: & adverſa tempeſtate magnam navium partem. Nam non ſolum Britones ei reſtiterunt, ſed & Scotorum & Pictorum juventus illic erat, ut Caxtonus Anglus hiſtoricus recitat. Timebant enim omnes ne ſi cum Britonibus Romani pranderent, cum Scotis & Pictis cœnarent, ſecundum diverbium commune.

Tunc tua res agitur paries dum proximus ardet.

PROPTEREA licet inter ſe bella haberent tres Britanni Reges, ſcilicet Brito, Scotus, Pictus, tamen contra Cæſarem & Romanos potentiſſimos hoſtes unanimiter & globatim pugnaturi ad bellum prodierunt, & ut paucis multa complectar, Romanis cæſis profligatiſque reliquis, Cæſarem terga dare coëgerunt, qui ad Gallias reverſus & refocillatus ingentem navium claſſem (ſexcentas ut referunt) collegit, & in Britannos ſecundo properavit, a quibus acriter receptus eſt: & ejus equites omnino fuſi. Illic Labienus tribunus claræ auctoritatis Romanus occiſus eſt, ſed Romanos palantes & diſperſos Cæſar prudenter collegit: Britannoſque denuo invadit, & poſt belli

Cæſaris fuga.

Labieni cædes.

Cæſaris victoria.

belli varium eventum victor Cæſar evaſit, qua victoria potitus, Britonum magnam partem ſub Romanorum ditionem poſuit: & Britonum regem Caſſibellanum ad deditionem coëgit. Qui Romanorum nomine Cæſari quotannis ſpopondit 3000. librarum argenti ſolvenda. Dein partes Inſulæ Boreales Cæſar pertranſiens ad fretum Scoticum ſcilicet Forthan pervenit, & binas literas ad Scotos & Pictos miſit, oſtendens quonam pacto Gallos, Germanos, Britoneſque domuerat: conſulenſque eis in primis ut Romanos rerum dominos gentemque togatam audirent: & cum literas illas Scoti Pictique parvi facerent, ad eos alteras literas minatorias dat. Ad quem tale reſponſum protinus miſerunt, quod nec Romanorum blanditiis nec minis movebantur, ſperantes ſuperum ope, & armis ſuis loca acceſſu difficilia tueri poſſe, ſin minus vitam pro patriæ libertate amitterent, facerentque ne in ſe imperium ſine magno cruore Romani haberent. Interea Borealium regum reſponſa Cæſar expectans, ſubitum nuncium a Gallis capit, quod contra Romanos Galli rebellabant, quo audito ad Gallias greſſum maturare propoſuit, malens gentem ſubactam rebellem placare, quam novum hoſtem rebellione durante aggredi, ne omnia improbo labore parta amitteret. Sed ante ejus diſceſſum domum lapideam prope aquam de Caron, in ſuæ victoriæ ſignum extrui juſſit, Herculem imitatus, qui in parte occidentali Hiſpaniæ duas columnas in perennem memoriam reliquit. Domus lapidea.

Digitized by Google

C A P. XIII.

Quomodo in Britanniam Claudius Imperator intravit.

Claudius Cæ-ſar.

ANNO ab urbe condita 917. Claudius ab Auguſto Cæſare Imperator quartus Britanniam adivit: qui ſine ullo prælio & ſanguinis effuſione intra dies pauciſſimos plurimam Inſulæ partem, jam quodammodo rebellem, in deditionem recepit. Orchades autem Inſulas ad partem Britanniæ Borealem jacentes (de quibus ſuperius mentionem fecimus) Romano adjecit imperio. At ſexto ex quo profectus erat menſe Romam rediit, filioque ſuo Britannici nomen impoſuit. Hunc ad Britanniam tranſitum quarto imperii ſui anno complevit, qui a verbo incarnato xlvi. annus extitit. Sed hic mirum eſt quomodo Scotos Pictoſque intactos reliquerit: ad Orchades Inſulas per Oceanum tranſiens: ſed Cæſaris animum non habuit: propterea reges binos (qui Cæſari reſiſtere efficaciter ſtuduerunt) reliquit. Ex Beda & hiſtoriæ diſcurſu patet, quomodo poſtea ſubito Britones cum Romanis, Scoti Pictique invaſerunt: niſi quis dicat quod Romanis parere hi reges permiſerint: ſed e veſtigio in eorum diſceſſu rebellionem pararint: quod ſcriptum non invenio. Tempore Claudii Imperatoris inter Scotos & Pictos confœderatos, & Britones grave bellum initium habuit: quod centum quinquaginta quatuor annis ſine intermiſſione duravit. Secundum noſtros Annales ope Britonum Romani Scotos Pictoſque tributarios efficere moliebantur, qui ſuper hoc certiores effecti, Romanos & Britones acriter invadunt, nulli ſexui parcunt, & aliquot Brito-

Britannicus.

Digitized by Google

Britonum præclaras urbes ſolo æquant, videlicet Agued, quæ, per Heth Pictorum regem inſtaurata, poſtmodum Hethburgus vocata eſt, hodierno die apud omnes Edimburgus, Scotiæ regia: Carlel & Alinclud ſeu Alclid, quæ nunc, ut opinor, Dumbertane nuncupatur. Poſtea anno verbi Incarnati, CLVI. quo tempore Antonius Severus imperium cum Aurelio Commodo fratre ſuſcepit: qui xiv. ab Auguſto erat, quorum tempore Eleutherius vir ſanctus Romæ Papa erat, ſub quo Lucius Britannus Rex epiſtolam ad Papam miſit baptiſmum petens, cujus petitioni religioſe Pontifex annuit: & ſic, poſt fidem ſuſceptam, uſque in tempora Diocletiani, fidem integram in pace Britones ſervabant.

Hethburgus. Edimburgus.

Eleutherius Papa. Lucius primus rex Britannorum Chriſtianus.

C A P. XIV.

De iis quæ deinceps in Britannia geſta ſunt, de Muri conſtructione, Urſulæ cum ſodalibus apud Coloniam paſſione, Fidei Catholicæ receptione, &c.

ANNO ab incarnatione domini CLXXXIX. Severus Britanniam intravit, ut Britonibus contra Scotos & Pictos ſuppetias feret, & quendam murum inter eos facere plurimum expedire ratus eſt. Propterea murum ex lapidibus & ceſpitibus fecit, ut Cap. v. Pri. Lib. Hiſtoriæ Eccleſiæ gentis Anglorum Beda recitat. Inter Tynam & Eskam flumina hic murus protenſus erat. Illud eſt argumentum quod Romanis Scoti & Picti non paruerunt. Præterea anno domini CCXXV. Urſula & undecim millia virginum cum ea in Aremoricam duxiſſe

Murus erectus.

Urſula.

M debebant,

debebant, ut viros illic haberent, quia tempeſtate illa Francas mulieres Aremorici recuſarunt. Super Tameſiam flumen naves virgines ingreſſæ ſunt, impetu venti per Rhenum jactatæ ad Coloniam deveniunt: cum quibus Govanus terræ Rex, & Elga ejus frater cum ſuis clientibus rem habere volebant: quibus pro virili virgines reſiſtebant: propterea a tyrannis occiſæ ſunt. Hæc ſancta Urſula filia erat Dionoth Britanniæ Rectoris, & Scotorum Regis ex ſorore neptis. Poſt hæc grandem exercitum Govanus & ejus frater Elga colligunt, ut harum virginum patriam perderent. Britanniam ingreſſi, urbes, arces & potiſſimum Eccleſias (quia infideles erant) everterunt, & Chriſtianos paſſim in ore gladii percuſſerunt. Tunc
Albanus. ſanctus Albanus paſſus eſt. Tandem quidam Romanus
Gratianus. nomine Gratianus in Britanniam deveniens Govanum fugat, & Britonum coronam ſibi vendicavit: qui tandem ob demerita a Britonibus occiſus eſt. Quo occiſo, in Britanniam iterato Govanus rediit, & plus ſolito nocuit. Tunc Regem Aremoricorum (hoc eſt parvæ Britanniæ)
Aldreyus. Aldreyum nomine Britones adiverunt, ejus opem imploraturi, qui proprium fratrem Conſtantium in Britanniam mittit, qui Govanum occidit, & infideles omnes trucidat. Quo facto Conſtantius Rex Britonum effectus eſt, hoc eſt, illius plagæ terræ in Inſula quam primi Britones occuparunt. Hic iterato Britones Chriſtum publice colere cœperunt. Inſuper anno ſeptimo Severi imperatoris tempore Victoris primi Fidem Catholicam Scoti cœperunt. Hoc tempus apud Scotos verſiculi vulgares declarant, qui ſic dicunt.

Chriſti tranſactis tribus annis atque ducentis
Scotia catholicam cœpit inire fidem.

Eleutherio hic Victor ſucceſſit.

CAP.

C A P. XV.

De lite inter Pictos & Scotos.

ANNO ab orbe redempto CCLXXXVIII. propter quendam Moloſſum canem impigerrimum inter Scotos & Pictos lis orta eſt, quem a Scotis nonnulli Picti clanculum abſtulerant, & reſtituere nolebant. Primo ad verba, dehinc ad arma horrida inter gentes vicinas itum eſt. Ecce quomodo ex ſcintilla ignis, ingens rogus coaluit. Interea a Romanis quidam, Carentius nomine, Britonibus præficitur, qui ſua avaritia inexplebili terram totam turbabat. Hinc a Romano imperatore ad Britones mandatum eſt, quatenus Carentius de medio clanculum tolleretur. Quod ubi Carentius percepit, ad Scotos & Pictos mox vadit, & litem inter gentes pacavit, magna eis dans & majora promittens, quatenus ad expellendos Romanos ei auxiliares eſſent: cui non ægre annuunt. Quorum auxilio fretus Romanos a terra expellit, & Britonum ſceptrum ſibi vendicat. Sed cum rem geſtam in Britannia Romani audirent, quendam Romanorum ducem, Baſianum nomine, cum magno exercitu in Britanniam mittunt: qui cum Pictis intelligentiam habuit, & eorum ope Britones Carentio faventes compeſcuit. Pictis promiſit opem ferre, Scotoſque ſubigere, quos contra Scotos propter præcedentia bella exulceratos didicerat. A Carentio tamen & Scotis Baſianus victus & occiſus eſt, ope Pictorum non obſtante. Britones a diebus Julii Cæſaris Romanis tributarios a Romanorum ſervitute & tributo Carentius liberat: qui tandem a quodam ſuo milite confoſſus eſt. Poſt cujus interitum Maximus Britanniæ dux tempus a-

Bellum ob canem ceptum.

Carentius.

Baſianus.

Baſiani cædes.

Maximus.

M 2 deſſe

deſſe ratus eſt quo tota Inſula potiretur, ſed hoc fieri poſſe non putabat, ſi Pictos & Scotos unanimes ſibi adverſarios haberet, propterea ad Pictos tanquam putatos fortiores animum adjecit, & cum eis pacem iniit, quatenus Scotos invaderent, quibus expulſis, etiam facile arbitratus eſt ſe poſſe Pictos ejicere, & tandem tota Inſula potiri. Bellum ergo contra Scotos Picti moliuntur, flamma vicos corripiunt & vindice gladio omnia Scotorum perdunt: Eugenium Scotorum Regem cum filio trucidant. Quare Ethach nomine, cum ſuo filio Erth ſeu Erico Eugenii frater, ab Inſula diſcedere coactus eſt, & illud Virgilianum dicere,

Picti in Scotos.

Eugenii cædes.

Nos patriæ fines & dulcia linquimus arva.

Scotorum reliqui, quos gladius non conſumpſit, in Norvegiam, Hiberniam, & circumjacentes Inſulas profecti ſunt. Scotis ſic a regno expulſis, & Pictis in Scotorum bellis attritis, ingenti cum exercitu Maximus Pictos adoritur, & eos tributarios facit. Si victoriam jam partam proſecutus fuiſſet, Britannia tota Maximus ſolus potitus fuiſſet, ſed in eo verificabatur illius nobilis Carthaginienſis dictum de Hannibale, dicentis, *Quod vincere ſciebat Hannibal, ſed neſciebat potiri victoria.* Ita inter Pompeium & Cæſarem & pleroſque duces contigit. Per idem tempus quidam Abbas, Regulus nomine, ab angelo monitus, Beati Andreæ reliquias, utpote os, brachium, dextræ manus tres digitos, in Britanniam vexit, & in Pictorum terram divino ductu pervenit, quo tempore rex Harguſtus, filius Ferguſii, apud Pictos regnavit: qui Beato Regulo & fratribus, qui cum eo venerant, eccleſiam conſtruxit magnificam, & poſſeſſiones e quibus viverent, dedit. Et poſt hæc Hungus Pictorum Rex ob ſpecialem devotionem (quam ad beatum Andream habuit) propter quandam miraculoſam victoriam contra Britones ſuarum terrarum decimam partem Divo Andreæ contulit. Præterea anno 394. poſt partum virgineum

Regulus abbas.

Andreæ apoſtolo facta donaria.

gineum virus peſtiferum Pelagius Brito in Eccleſia ſeminavit, gratiam Dei negans. A pleriſque hoc de auxilio ſpeciali intelligitur. Sanctorum auctoritatibus magis conſentaneum eſt, Quod mortalium nemo actum moraliter bonum, ſine gratia Dei præveniente, ſine auxilio ſpeciali, elicere poteſt, ſecundum Sapientis verbum, *Non poſſum eſſe continens niſi Deus det*, hoc eſt, ſpeciali dono. Non eſt illic ſermo de Dei influentia generali; quia ad omnem actum tam bonum quam malum requiritur. Idem eſt de actu credendi, ſecundum quod veritas in Evangelio dicit. *Nemo venit ad me niſi Pater meus traxerit illum.* Illum Pater trahit cui ſpeciale auxilium credendi communicat. Et hæc de quintodecimo capite, & Scotis a Britannia ejectis, dixiſſe ſufficiat. In quibus primo libro finem imponimus.

Pelagius

Gratia Dei neceſſaria.

Digitized by Google

Digitized by Google

DE

Geſtis Scotorum.

LIBER II.

CAP. I.

Sequitur ſecundus Liber Hiſtoriæ Britannicæ. De Scotorum in Britanniam reditu, & cum Pictis confœderatione, & bellis mox per eos geſtis, ac muri extructione.

ANNO ab orbe redempto 396. tempore Honorii & Arcadii Imperatorum, in Britanniam Scoti diſperſi redeunt, poſtquam quadraginta tribus annis exularant; & hoc partim Pictorum invocatione, qui Britonum tributis attenuati, ſuas terras pro magna parte Pictorum ope receperunt, & fœdus novum, omni odio depoſito, Scoti cum Pictis renovarunt, verbi Salluſtiani memores: *Concordia parvæ res creſcunt, diſcordia maxima dilabuntur.* Præterea anno domini 403. Ferguſius filius Erth, filii Echadii, fratris Eugenii Regis in bello per Maximum

Scotorum in Britannia reditus.

Ferguſius ſecundus.

ximum proſtrati, juvenis animoſus, cum duobus fratribus Barno & Tenago, totum Scotiæ regnum ad mare Scoticum cœperunt. Inter hunc Ferguſium filium Erth & primum Ferguſium, filium Ferchardi, quindecim Scotorum erant Reges, et, ultra ſeptingentorum annorum tempus, ut ex hiſtoria notum habes, regnarunt. Iſte Ferguſius, filius Erth, & Picti, Britones antiquos hoſtes invadunt, qui, duabus gentibus reſiſtere non potentes, ad Romanos pro ſuppetiis miſerunt, qui ad Britonum preces Inſulam ingreſſi, murum erigere ſtuduerunt, multo magis ſeptentrionalem, quam erat prior murus a Romanis extructus, immo iſte ſecundus murus, ad octoginta millia paſſuum priore muro a Romanis extructo, borealior fuit. Hanc terram Maximus Britonum Dux ſuo regno adjecit. Ab Abercorvie initium hic murus accepit, & per latitudinem terræ ad Dakenclud per Glaſguenſem civitatem & Kirkpatrik ducebatur, ab incolis Gramyſdyk vocatus. Sed his non contenti Romani & Britones, contra Pictos & Scotos hoſtiliter procedunt, & in quodam magno bello Ferguſium Scotorum Regem cum multis Pictis perimerunt. Nunc tres Scotorum Reges occiſos vidimus. Primum a Britonibus, a quo Riddiſdal denominatur; ſecundum, ſcilicet Eugenium, a Britonibus & Pictis, & jam Ferguſium, filium Erth a Romanis & Britonibus, occiſum legimus. Poſt hoc bellum, ultra mare Scoticum Scotos & Pictos retrocedere coegerunt. Sed ſtatim, poſt Romanorum diſceſſum Eugenius, Ferguſii filius, cum Pictis Britones adoritur, quibus talem cladem intulere quod a Romanis opem implorare compulſi ſunt. De his Britonibus miror, tres pro uno & ſub eodem Rege erant, ſolum angulum terræ, vix Inſulæ tertiam partem Scoti & Picti ſine circumjacentibus Inſulis habebant. Ad quos Romani novum militem mittunt, cujus auxilio Britones freti in mari Scotico antiquum limitem poſuerunt.

Murus alter.

Maximus.

Ferguſii cædes.

Eugenius.

CAP.

C A P. II.

De Epiſcoporum ad Scotiam miſſione, & plurium in ea conſecratione, & de ipſorum ſanctitate, & geſtis mirificis.

ANNO domini CCCCXXIX. ſanctum Palladium Celeſtinus Papa Epiſcopum conſecrat, & ad Scotiam mittit. Nam per ſacerdotes & monachos ſine Epiſcopis Scoti in fide erudiebantur. Servanum Epiſcopum Palladius ordinat, & eum ad Orchades inſulas, ut genti evangelizaret, miſit. Ex iſto patet quod Epiſcopus in neceſſitate ab uno Epiſcopo conſecratur, & non eſt de Epiſcopi eſſentia quod à tribus ordinetur, Peccant tamen aliter ordinantes, ubi Epiſcoporum trinitas haberi poteſt. Jacobum minorem Hieroſolymorum antiſtitem Petrus, Joannes, & Jacobus Zebedeus inſtituunt: quorum imitatione à tribus Præſulibus antiſtites inſtituuntur: beatum Kentigernum Servanus baptizavit. Inſuper quinque annis poſt Palladium ad Scotiam Britannicam miſſum, divum Patricium, natione Britonem, antiſtitem idem Celeſtinus conſecrat, & ad Hibernos mittit: qui, ob vitæ ſanctimoniam & miracula, Hiberniam totam ad Chriſti fidem convertit: quadraginta annos in Hibernia Eccleſiam regens dierum plenus & ſanctimonia in domino obdormivit. Quo tempore Beatum Martinum divus Ninianus Tutonis viſitavit, de quo libro iii. cap. IV. Beda ſic inquit, Beatus Ninianus de Britonum genere Epiſcopus, reverendiſſimus & ſanctiſſimus, Romæ edoctus, condidit Candidam Caſam, hoc eſt, Eccleſiam de albis lapidibus Britonibus inſolitam: & propterea Candida Caſa dicta eſt. Eccleſiam in beati Martini honore conſtruxit, ubi ipſe Ninianus & alii ſancti requieſcunt, quem locum Britones tunc occupabant, quia ad Berniciorum provinciam pertinebat: quia Northam-

Palladius in Scotiam mittitur. Servanus Epiſcopus ab uno creatus.

Kentigernus.

Patricius.

Ninianus

Candida Caſa

O humbro-

Digitized by Google

humbrorum regnum ſic dividebatur, quod portio ſeptentrionalior Berniciorum dicebatur. Hoc tempore & etiam Bedæ Candida Caſa ad Northumbros ſpectabat, pro tempore ſuo & non futuro Beda ſcripſit. Hic intelligas quod meridionalibus Pictis & Britonibus beatus Ninianus verbum dei evangelizabat, & hoc ex ejus collecta colligitur, In qua ſic dicitur, Deus qui populos Pictorum & Britonum propter doctrinam ſancti Niniani Epiſcopi & Confeſſoris docuiſti, in qua de Scotis mentio fit nulla: ſed jam à multis annis,poſt Pictorum regnum everſum,locum & ſanctum corpus Scoti habent. Laudoniam & partes illas ultra fretum Scoticum & meliorem portionem & fertiliorem borealis partis crebro Picti poſſiderunt, tum quia ante Scotos in Inſulam deſcenderunt, tum quod numero & viribus (ut auguror) Scotis erant paulo ſuperiores, quod ex eo convincitur, quod terras à Britonibus receptas, licet Scoti cum eis confœderati eſſent, occuparunt: quod quandam prudentiam majorem vel ſuperioritatem denotat.

Pictorum præſtantia.

C A P. III.

De iis quæ res Britonum concernunt.

SUPERIUS de Conſtantio Aremoricorum Regis fratre mentionem fecimus. Tres liberos hic Conſtantius genuit, ſcilicet Conſtantium, Aurelium Ambroſium, & Utherum. A quodam Picto iſte Conſtantius ſublatus eſt. Conſtantium Pictus inviſum habens, quoddam arcanum ſe dicebat habere Conſtantio referandum in aure, & ſic regem incautum interemit. Ex hoc reges diſcant non ad ſe, niſi in ſuorum clientum preſentia, viros, quorum fides non eſt eis certiſſima, admittere. Iſtud per Judicum hiſtoriam vallari poteſt, in qua ſcriptum legimus, Eglon incautum Aioth è medio ademit. Conſtantius maximus natu

Conſtantii cedes fraudulenta.

Conſtantius ex Monacho rex.

natu filiorum Conſtantii in Vinceſtria habitum monachalem ſuſceperat, quem Votigerus comes de Weſtſex de cœnobio extraxit, ut regno præeſſet, quia nimis viridem ætatem adhuc alii habebant ad ſceptra regni moderanda. Improbe hic Vortigerus egerat monachum habitu exuendo, ſine quo reſpublica bene regi poterat. Sapientum viam plus approbo quæ tenet, cum monacho potiſſimum non exiſtente in ſacris, maximus pontifex diſpenſare poteſt, quatenus ad ſeculum pro ardua cauſa, quæ alia via terminari non poterat, redeat: quam tunc interveniſſe non video. Conſtantio ergo è cœnobio extracto, omnia Vortigeri nutu regebantur. Centum Pictos in ſui corporis cuſtodiam Vortigerus accerſivit, quos comiter tractavit, & magnis muneribus donavit, eis dans intelligere, ſi ad regni faſtigium evehi poſſet, ſe Pictos illos ſublimaturum. Propterea auſu temerario Conſtantium regem (ut Vortigero placerent) Picti trucidant: quos centum Vortigerus comprehendi jubet, & eos Londonias mittit, & illic gladio vindice capite obtruncati ſunt. Hæc egit ut ſuam innocentiam ſub dolo malo occultaret. Hoc deprehendentes, qui Conſtantii fratres in cuſtodia habebant, & ſignanter Londoniarum præſul Goſſelinus, eos ad parvæ Britanniæ regem mittunt: qui eos comiter ſuſcipit. Suorum militum necem Picti audientes, facinus tam fœdum, dolo malo commiſſum, ægerrime tulerunt, Scotos confœderatos in partes Britonum Boreales adducunt, ut atrocem injuriam ſuis illatam vindicarent, omnia populati ſunt. Romanorum murum ad hoſtes à Britonibus arcendos irarum pleni everterunt. Sub id tempus rumor apud Britones vagabatur, quod Aurelius Ambroſius & Uther, Conſtantii occiſi fratres, manu armata contra Vortigerum venirent. Ad Saxones, tunc paganos, Vortigerus pro multo milite mittit, quod cum copioſo exercitu duce Engiſto & fratre ejus, Horne nomine, in Britanniam deſcendunt, & hoſtes à ſuis finibus repreſſerunt: quibus repreſſis, Vortigerum regem Engiſtus rogatum facit, quatenus ei locum pro arce, & agros pro ſuis hominibus concederet: quod facile impetravit. Interea ad Saxones Engiſtus

Vortigeri donatio, & fraus in Pictos.

Saxones advocantur in Britanniam.

Ronovem. giſtus pro multo milite & mulieribus mittit, inter quas Ronovem, puella formoſa, Engiſti filia, in Britanniam deſcendit. centum naves milite & mulieribus onerant. Poſt hoc Vortigerum regem ad ſuam arcem videndam Engiſtus invitavit, & cum ad cubiculum rex veſpere properavit Ronovem Engiſti filia Regis cubiculum ingreſſa copam ſeu pateram auream, mero plenam, Regi propinavit, inquiens, Waſſaile, ſeu Wachtheil. Cujus linguam Rex non intelligens ex interprete didicit puellam velle dicere, quod ſalutem bibendo expectaret. Tandem puellæ paganæ amore captus, eam uxorem petiit, quod regi ea lege Engiſtus conceſſit, quatenus Kentiam totam ei pro ſuo populo concederet, quod Rex ſecreto conceſſit, quod erat ei exitiale malum, juvenculam paganam, moribus incognitam, ſine libramine, conjugem ducere, & terras magnas in regni jacturam concedere Gratia cujus regni illuſtres viri commoti ſunt, & Vortigerum mox regno exuunt, & ejus filio Vortimero, ex Chriſtiana muliere genito, diadema ponunt, qui mox ut Rex creatus fuit cum Scotis & Pictis Chriſtianis ſecreto pacem iniit, quorum ope Saxones cum Engiſto è regno trudit, & paulo poſt Vortimerum Ronovem, Engiſti filia, Vortimeri noverca, toxico è medio abſtulit. Hæc novercarum eſt peculiaris conſuetudo, mariti liberos dolo malo perdere. A noverca ergo filii potiſſimum opulenti tamquam à Cerbero cavere debent. Mox Vortigerum regno antea exutum Britones de novo Regem creant, ea lege ut Engiſtum in patriam minime reciperet. Verumenimvero Engiſto patri Ronovem aperuit quomodo Vortimerum ipſa toxico delevit, & quomodo iterato Vortigerus regnaret, ea propter patrem oratum facit, quatenus armato milite in Britanniam deſcenderet. Qui quindecim mille pugnatoribus Britanniam ingreſſus eſt, & cum contra eum Vortigerus cum Britonibus congredi voluiſſet, bellum Engiſtus recuſavit, inquiens quod pro Kentia olim ſibi conceſſa venit, & non cum Britonibus pugnaturus, ſed ut eis ſuppetias contra hoſtem daret: Britonibus ſupplicans, quatenus dierum aliquo cum eis conveniret, & ſecum ſolum quadringentos equites Engiſtus haberet, & Rex

Vortimerus.

Vortigerus.

Engiſti fraus.

Rex totidem prudentiſſimorum Britonum, & ita inter ſe convenerunt prope Sarum, hoc eſt Saliſberi, in quodam monte. Suis Engiſtus juſſerat, ut clanculum in caligis ſicam ferrent, & quando ipſe diceret, Nunc tempus eſt loquendi de amore & pace, tunc in Britones incautos & inermes ſubito ruerent. Engiſto ſui obtemperarunt, & in illo monte 1060 Britonum nobiles viros Saxones dolo interemerunt, & Vortigerum regem vivum capiunt, qui arces, urbes, & munitionem omnem in Saxonum manibus poſuit, ut incolumis evaderet, & ſe cum Britonibus ad Valliam traxit; in qua hodierno die ſunt veri Britones & lingua Britonica. Quo facto, clerum, templa, & omnia ad cultum divinum ordinata, Engiſtus Paganus conculcat & perdit, arctiſſime vetans, ne in poſterum aliquis Britanniam, ſed Engiſti terram vocaret. Et ſeptem præcipuis Saxonibus ſeptem regna inſtituit. In Kentia ſupremus rex ipſe manſit. Regnum Kentiæ in Oceano orientali initium habuit, & ad Tameſiam flumen protendebatur. Secundus rex erat Suuthſaxon: hoc eſt regnum Auſtralium Saxonum. Hoc regnum habuit limitem in Oriente regnum Kentiæ verſus, in parte meridionali mare Oceanum, & Inſulam Victham, in occidente Hampſchyr, in parte Septentrionali Suutheri. Tertium regnum erat olim orientalium Saxonum, in parte Orientali mare habens, in occidentali Londonias, in Auſtrali Tameſiam, & in parte Septentrionali Suuthfolk. Quartum regnum erat Orientalium Anglorum, quod Northfolk & Suuthfolk continebat, in parte vero Orientali mare, & in parte Septentrionali Cantibrigiam ſive Cambreſchyrum, cujus Cantibrigia eſt urbs præcipua, in parte vero Occidentali foſſatum ſancti Edmundi, & Herfordſchyrum: & in parte Auſtrali Eſchſex. Quintum regnum erat Occidentalium Saxonum, quod Auſtrales Saxones in Oriente habebat, in Septentrione Tameſiam, in Occidente & Auſtro mare oceanum. Sextum regnum Marchiorum erat cæterorum regnorum maximum, fluvius Der, prope Cheſtir, & Seuar prope Strouesbern, uſque ad Briſtom limes Occidentalis erat, pars Orientalis in mare Orientale terminabatur, pars vero

Kentiæ regnum. Regna vii. in Anglia.

Auſtralis Tameſiam & Londonias attingebat, partem ſeptentrionalem Humber fluvius claudebat. In aliquibus locis partis Occidentalis erat fluvius Demers, uſque ad angulum Verhal: Humber illic in mare Occidentali cadit a fluvio Demers, regnum Marchiorum dictum eſt. In tres partes Marchiorum regnum dividebatur, ſcilicet, in Weſtmercium, Eſtmercium & Medium: hoc eſt Orientale, Occidentale, & medium mercium. Septimum regnum erat Northamhumbrorum, quod in regno Merciorum originem in Oriente habuit, in Septentrione in Fortha interdum claudebatur, hoc eſt in freto Scotico, quod hodierno die adhuc nomen teſtatur, & patet per murum qui ab illo mari inchoabatur, & ad Kirkpatrik, Glaſgu, & Dumbertamen attingebat, quem aliqui Bilenum Britanniæ regem conſtruxiſſe aſſerunt, ut omnis quæſtionis de Britonum limitibus finem contra Scotos & Pictos poneret. Interdum hoc regnum dividebatur, & ejus pars Septentrionalior regnum Berviciorum vocabatur.

Humber flumen.

Murus.

C A P. IV.

De Merlino Vate.

VIDIMUS quomodo a Britonibus magnam partem regni Engiſtus ad Saxones traxit, a quorum patria Anglia denominata eſt. Hoc modo in eorum lingua dicebatur Engiſt Land, hoc eſt terra Engiſti. Poſtea propter brevi loquium & Britonum commixtionem, terra dicta eſt England, & proprie per e, & non per i ſyllabicari debet, licet communius pro i ſyllabicetur. Angliam terram Latini vocarunt: primi tamen ſi linguam vernaculam imitati fuiſſent, eam vocare debebant terram Engiſti: ſed quia tali vocabulo non uſi ſunt, ſed Angliam dixerunt terram ipſam, nunc vero Anglia hoc repreſentat. Nam *Penes*

England

Digitized by Google

Penes arbitrium ſtat vis & norma loquendi, ut dicit Horatius, & ſecundum Philoſophum in libris de Cælo, loquendum eſt ut plures, ſentiendum vero ut pauci: hoc eſt loquendum eſt, ut vulgus & multitudo, ſentiendum vero ut pauci; hoc eſt ſapientes, quod comparatione pauci fuur. Sentimus ergo quod terram Engiſti vocabulum Anglia repreſentat. Cum ergo meliorem partem regni inter ſe Saxones partiverint, ad partem difficilis acceſſus, quam Valliam dicunt, Vortigerus cum Britonibus acceſſit, & illic arcem in monte Breigh, fortiſſimam ad ſe contra Saxones defendendum extruere inchoavit; ſed opus perficere nequibat; quia quicquid de die conſtruxerat, noctu corruebat: ſub quo Vortigerus, non parum admiratus, Britonum ſapientes collegit, a quibus ſciſcitatur ſuæ arcis inſtabilitatem, qui, poſt conſilium habitum, Regi reſpondent, opus eſſe ſanguine alicujus geniti a muliere a viro incognita, ut ſanguis ille in arce ponerent, & tunc arcem ſecure extruere poſſet. Fortaſſe cauſam inſtabilitatis arcis reddere neſciebant, & propterea unum ab eis putatum impoſſibile adjiciunt, ne cauſam ignorare viderentur. Hoc tamen audito, per totam Valliam exploratores Rex mittit taliter genitum inquirere, & cum in urbem cui nomen eſt Carmadyne, quæ poſtea Carmalin vocata eſt, oratores deveniſſent, in itinere feſſi, prope urbis portam de equis deſcenderunt, aliquid levaminis & quietis accepturi, prope quos juvenes colludentes erant, & in fine ludi (ut plerumque fit) Merlino quidam juvenis indignatus dicebat, *Abi infamis ſine patre*; quo audito, circumſtantes legati rogant, quis eſſet Merlino pater, cui alii ſe prorſus neſcire aiunt, matrem tamen in divi Petri templo in eadem urbe inter moniales viventem noverunt. His intellectis urbis præfectum legati adeunt, mandatum Regis ei exponentes, matrem cum prole Merlino ad Regem præpoſiti juſſu ducunt, qui cum ad Vortigerum deveniſſent, matrem, ſecluſis arbitris de Merlini patre Rex interrogat, cui mater reſpondit, Quod hoc ipſam penitus fugiebat. Dicebat enim, quod oſtiis omnibus clauſis, ad eam quidam formoſus vir (ut ipſa rata eſt) ingreſſus eſt, & ſecum.

Anglia.

Merlini ortus.

cum ſæpiuſcule rem habere conſueverat. Iſtud trifariam intelligi poteſt. Primo modo, mulierem puduit Ambroſii Merlini patrem referare, fortaſſis religioſus, conſanguineus vel aliquis vilis vir erat, & ipſa mulierum more ad commentitium ibat. Secundo modo dæmon ſuccubus ſemen prolificum ab aliquo viro accipere poterat, & cameram clauſam ſecrete aperire, vel per rimam aut feneſtrás cum ſemine intrare, & viri corpore aſſumpto mulierem cognoſcere, & ſemen prolificum in eam jacere, & ſic ipſa conciperet, non ſine ſemine viri, quia illud ſemen erat primo alicujus viri. Tertia imaginatio oſtium ſine clave aperire novit Demon: Nam ſi poteſt equum vel corpus movere, a fortiori parvum ferrum a ſera, quo oſtium clauditur, movere poterat, & virum, qui mulieris amore captus erat, ſecreto introducere. Quædam gloſſa Geneſeos vi. ſuper illud, **Cognoverunt filii Dei filias hominum** ſecundum imaginationem, non improbabilem, reputaret. Sed contra eam objicitur, longam virgam habentes ſemen prolificum (ut Ariſtoteles in Problematibus) non emittunt, & hoc, quia longa via & magno tempore antequam ſemen in matricem recipiatur ipſum inutile redditur; ergo a fortiori hoc erit in Demone incubo & ſuccubo. Secundo ex hac via ſequitur, Quod virgo poteſt parere in ſenſu compoſito, quod Chriſtiferæ Virgini ſolum peculiare eſt. Fortaſſe primum argumentum eſt ponderandum, ad quod pro nunc nihil dico, niſi quod forte Dæmon incubus ſeminis vim & calorem conſervari potuit. Secundum non concludit. Nego quod taliter pariens virgo dicatur, cum ipſa viri ſemen ſuſcepit, ſive ipſa conſentiente, ſive renitente, etiam ſive dicatur virgo, ſive non; ſine ſemine viri Maria Virgo genuit. Iſta autem non ſine virili ſemine, nec Gloſſa Geneſeos vi. propoſitum oſtendit; quia per filios Dei filii Seth, & per filias hominum filiæ Cain intelliguntur. Primam ergo vel tertiam viam probabiliorem accipio. Secundam de veritate ſuſpectam relinquens, nec illud Merlini ſine patre ortum probare poteſt. Cujuſcunque cum viri erat illud ſemen a Dæmone incubo vel ſuccubo acceptum (ſi ita erat) is pater fuit Merlini, & ſic eo inficias, quod

De patre Merlini triplex ſententia.

Argumenta contra incubos patres.

Digitized by Google

quod Merlinus patrem non habebat. De Dei potentia abſoluta haud loquor: quia vim activam ſeminis paterni Deus ſupplere poteſt. Per Maximam Theologicam, quicquid Deus cum cauſæ ſecundæ ope facere poteſt, hoc ipſum ſe ſolo efficere poteſt. Oppoſito enim dato, tunc Deus cum cauſa ſecunda potentior quam ſe ſolo eſſet, quod dicere nefas eſt. Sapientes Valliæ (quos in hoc ſtultos reputo, quia ſe cauſæ ignaros non dixerunt, mortalium autem quemlibet plura fugiunt, quam ab eo recognoſcantur) Merlinus arguebat, & cauſam ruinæ Regi indicat, Regis operarios ſub arce terram altius fodere jubens, hoc enim facientes ſub terra magnum lacum inveniunt, & a ſapientibus quid in lacus fundo eſſet, quæſivit, quibus ſe id ignorare fatentibus, aquam exhaurire, & per rivulos educere facit, quia duas cavernas eſſe in fundo Merlinus aſſerebat, in quibus duo Dracones erant, qui poſtea inventi ſunt dormientes, uti Merlinus dixerat, quorum alter erat albus, alter vero ruber, & mox excitati atrox prælium ineunt. Rubrum vero ad lacus extremitatem albus fugabat, & ruber expulſus in album impetum faciens ipſum retroire coegit. Ipſis ergo in hunc modum pugnantibus, a Merlino Rex percunctatus eſt, quid ejuſmodi dracones portendebant, cui Merlinus, Saxones draco albus, & Britones ruber ſignificat, qui a ſua ſede cum magno ſanguine expellantur, & quoad illa quæ Regem attinebant, dicebat, quod Conſtantii fratres ante xv. dies venirent, Regem deſtructuri; propterea arcis ſtructuram relinqueret. Iſtorum multa Merlino Dæmon detegere poterat, utpote de draconibus pugnantibus & lacu, ſed de illis futuris contingentibus, utpote quod Britonum gentem Saxones vincerent, vel Regem Vortigerum Conſtantii fratres interimerent, certitudinaliter prædicere Dæmon nequivit, poteſt tamen prognoſticare & multo limpidius quam homo prædicere: ſed pure contingentia certitudinaliter prædicere nequit.

Maxima Theologica.

Dracones in fundo inventi

Merlino unde divinandi virtus.

Digitized by Google

C A P. V.

De Aurelio Ambroſio & ejus regno.

Aurelius Ambroſius.

INterea non poſt multos dies ad Totneſum magno cum exercitu Aurelius Ambroſius & ejus frater Uther appelluntur, quibus Britones obviam alacriter eunt, ſuppetias laturi, ut eum Regem creent, & ſine reſiſtentia Londonias petiit, & illic regni ſceptrum accepit, quod Vortigerus intelligens ad quamdam Valliæ arcem, Gerneth nomine, aufugit, quam Aurelius Ambroſius incendit, & Vortigerum cum ſuis flamma vorax conſumſit. Quo facto, ſtatim ad Conſtantium Scotorum Regem, & ad Pictos oratores Aurelius Ambroſius mittit, quatenus ſibi ſuppetias ferrent ad Engiſtum & Paganos ab inſula ejiciendos. Se cum Saxonibus Picti confœderatos dicebant; propterea, quod auxilium ferre recuſabant, milites tamen auxiliares cum quodam illuſtri duce ad Aurelium Conſtantius Scotus mittit, & durante bello Conſtantius ſine liberis mortuus eſt, cujus nepos Congallus ex fratre Dungardo pacem a Conſtantio inchoatam cum Britonibus confirmavit, & ſic bellum continuum inter quatuor populos duravit: Nam contra Saxones & Pictos, Britones, Scotique pugnarunt. Unde Beda, inter Saxones & Pictos, quos eadem & una neceſſitas adverſari contraxerat, bellum geritur junctis viribus adverſum Britones & Scotos. Anno xvi. hujus Congalli regni Sanctus Gabrianus Scotus cum fratribus & ſororibus vitam auſteram circa Remos in Gallia ducunt, & illic requieſcunt. Ab Aurelio Ambroſio & Scotis Engiſtus ſuperatus eſt, qui parvo exercitu collecto, ad Pictos ire feſtinabat, ut exercitum grandiorem inſtauraret; ſed a Britonibus & Scotis interceptus eſt, & ferme cum omnibus ſuis extinctus. Verum ad Eboracum Otha Engiſti filius aufugit; at urbem tueri non potens, miſericordiam ſupplex orat: quam conſecutus eſt, & cum hoc

Conſtantii mors. Congallus.

Gabrianus

Engiſti clades.

Otha ſeu Otho.

ei

ei & ſuis Galvediæ terra data eſt, in qua beatus Ninianus inhumatus eſt. Sed finaliter veneno Aurelius Ambroſius interiit; ſiquidem in habitu monachali quidam Saxo Paganus ſe monachum finxit, ut cautius regem veneno tolleret. Eſtque in Monialium Cœnobio de Steuhend inhumatus, quod in memoriam Britonum ab Engiſto occiſorum Aurelius extruxerat. In ejus morte lucidiſſima ſtella, quam cometam vocant, viſa eſt, quæ principum mortem portendit, ut in Meteororum libro Ariſtoteles dicit. Sed quicquid philoſophi dicant, naturalem cauſam ſuper hoc, non capio, quare citius regum quam ſubditorum mortem portendat; & tamen id legimus, & in diebus noſtris vidimus in multorum regum morte cometas, etiam ſuper terras regum morientium elevatos. Divino ergo nutui cometarum ſignificationem & pure ſpontaneam relinquo. Verum per cometas creberrime principum mortes Deus detegit, quatenus ad pœnitentiam, vitiis relictis, Principes accelerent. Aliquorum tamen cometarum cauſæ ſunt puræ naturales, & tamen aliquid per eos libere aperire non eſt abſonum. Deus enim ab æterno diſtincte omne futurum contingens vidit, & aliquorum effectuum ſigna dedit, & illorum ſignorum cauſas naturales talium ſignorum productivas, ſicut de Iride ex lib. Meteororum, & Geneſi cognoſcere poſſumus. Prope hunc cometam draco erat, qui radios Orientem verſus emiſit. Hunc cometam Uther, Merlinus, & alii multi contemplati ſunt, cujus ſignificationem occultam Merlinus Uthero aperuit. Per cometam Aurelium Ambroſium, a quo multum diſtabat, mortuum cognoverat. Per radium ad Orientem tendentem dicebat, quod filium Uther haberet, qui Gallias & multa regna in Oriente caperet, qui Britones omnes in gloria longe anteiret. Aurelio ergo Ambroſio mortuo, Uther regnat, & in ſigni memoriam duos dracones depingi juſſit, quorum alterum in bello ſemper ante ſe ferebat, alterum vero in Winceſtria reliquit, & propterea a Britonibus Uther Pendragon dictus eſt. Cum Gourano Dongardi filio Scoto, more majorum, pacem iniit. Iſte autem Gouranus nepotis ſui ex fratre inſidiis interiit.

Aurelii interitus.

Cometa viſus quid prætendat.

Draco ad cometen viſus.

Gouranus

Utheri Pendragonis geſta.

interiit. Mox contra Utherum Pendragonem Otha & Oſſa Engiſti filii inſurrexerunt, & prælio commiſſo utrumque vicit, quos Londoniis incarceravit. Poſt hæc, contra comitem Cornubiæ Rex Uther indignatus arcem ejus obſidebat, qui cum comitis uxore concumbere cupiens, in comitis effigiem Merlini incantatione transformatus eſt, & ſic cum muliere ſceleris inſcia coibat, & ex ea Arthurum poſtea Regem genuit. In hoc Merlinus peccavit Regi cooperando, ut cum aliena conjuge rem haberet, nec ullo modo a culpa excuſari poteſt. Multa de futuris coram Vortigero Rege Merlinum prædixiſſe canunt, ſed ambigua, ſic ſcilicet, quod ante rei eventum ejus prophetiæ, haud cognoſcuntur, quocirca eſt tenebroſa aqua in nubibus aeris de illius prophetiis augurari. Ego plus fidei prophetiis viri adhibuiſſem, ſi futura pure contingentia certitudinaliter prædixiſſet. Tenebroſus eſt ille modus procedendi. Secus eſt de Joanne Evangeliſta in Apocalypſi, cujus librum, tanquam divinitus inſpiratum Eccleſia, quæ in hoc errare nequit, ſuſcepit; Merlinum ſolum legi permittit. De his prophetiis pauca dicam, ſed interdum ubi Anglorum annales de iis loquuntur, raptim obiter occurrentia meminero.

Arthuri ortus.

Merlini ſcelus. Prophetiæ.

C A P. VI.

De Arthuro Rege.

Arthuri obitus, & regni adeptio.

CIRCA Regis Arthuri vitam magnam varietatem invenio. Nam anno Domini 542. obiit, ſed de ejus principio res eſt magis anceps, quia enim ſpurius erat, queſtio eſt, quomodo in regnum aſſumptus ſit: cum Anna Aurelii ſoror liberos in vero matrimonio procreatos habuerit, ſcilicet Valvanum, illuſtrem illum virum in armis apud Britannos clariſſimum, & Modredum ſeniorem ex Loth

Loth, Londoniarum domino genitos, qui etiam Thameten, Sancti Kentigerni matrem, genuit; unde, ſucceſſionis jure, regnum Britonum Modredo debebatur. Sed hic Britones aiunt, Modredus & Valvanus impuberes erant, & inſtante neceſſitate, & hoſtium impugnatione, ad rem Britonum regendam inepti erant. Quocirca, Arthuro ſpurio regni habenas Britones contulerunt. Ego autem non nego, quin, in caſu, regnum de gente in gentem populus liber transferre poteſt; ſed id cum magno libramine, & penſiculatim fieri debet: Et ſatius dixiſſent, Quod Modredo in viridi ætate coadjutor dari debuit. Qualitercunque tamen fieri debuit, Britonum rex Arthurus declaratus eſt, in viridi etiam ætate; ſed præclariſſima erat indole, pulchro & formoſo corpore, & generoſiſſimo animo, rei militaris & gloriæ appetentiſſimus. Saxones ab Inſula ejecit, Scotos, Pictoſque (ſi Britonum annalibus ſit danda fides) domuit, & ſibi inſervire coegit. Edinburgi Scotiæ regia erat Arthuri ſedes, adhuc nomen locus ille prope Edinburgum habet; & in arce Strivilingo moram traxiſſe fertur; ſed ea tempeſtate partes illas Scoti non habuerunt. Cum hoc Arthuro ad bellum Scotorum rex (ut referunt) proceſſit; ergo Arthuro erat ſubjectus, vel magna amicitia & neceſſitudine junctus. Scotos omnes delere ſemel propoſuit, & id feciſſet, ſi ad eum ſupplices Scoti non veniſſent. Ita Galfredus Monemutenſis recitat. Et non modo totam Britanniam ſuo imperio adjecit, ſed & Hiberniam, Northvegiam, Inſulas, & Cherſoneſos omnes Occidentis, circa Britanniam ſitas: & non ſolum illas, ſed & Gallos & Germanos vicinos domuit, & ſuis viris illuſtribus, magna dominia contulit. Loth conſanguineo regnum Northvegiæ & Laudoniam omnem (de qua oriundus ſum) dono dedit. Propterea in Arthuri geſtis Loth Laudonienſis comiter dicitur. Ex omne parte viri illuſtres, & rei militaris cupidi, ad eum convenerunt; quos omnes comiter & liberaliter ſuſcepit, & eis munera munificentiſſime contulit. In Cornubia rotundam tabulam, in qua principes ſui viri ſedebant, tenuit, ne inter eos ſimultas vel indignatio ex prioritate oriretur. Pul-

Regni tranſlatio quomodo licite fiat.

Arthuri indoles.

Scotos delere conſtituit.

Arthuri geſta. Laudonia patria Majoris.

Tabula rotunda.

Arma. cherrimis armis tempore belli uſus eſt, utpote lorica tanto rege digna, auream galeam draconis ſimulacro inſignitam, in capite gerebat. Humeris quoque ſuis ingentem clypeum in quo Divæ Virginis ſimulacrum depictum erat, ferebat. Caliburno gladio optimo accinctus, & lanceam trabeam, Ron nomine, ferebat. Inter novem Probos eum Britanni recitant. Pro cujus intelligentia ſcito aliquos, & ſignanter Britannos, novem probos viros poſuiſſe, quos videlicet ex omnium confeſſione tales (licet erroneæ) arbitrantur; tres Paganos, & de Hebræorum genere tres, & totidem Chriſticolarum recitant, Trojanum Hectorem, Alexandrum Macedonem, & Julium Cæſarem, Paganos ponunt: Davidem, Joſue, & Judam Macchabeum, Hebræos: Arthurum, Carolum Magnum, & Godofridum Bolonienſem, Chriſtianos. Licet autem in re militari iſtorum quidam humanam gloriam conſecuti ſunt; multis tamen eorum alii in militia clariores extitere. Quam enim probitatem in Cæſare invenies, in hoc, quod rempublicam Ariſtocraticam, ab orbe condito clariſſimam, evertit, & ſibi ſoli tyrannice uſurpavit. Et licet Alexandro Macedoni Pœnus Hannibal, dux clariſſimus, primas gloriæ partes dedit; ego tamen hoc approbare nequeo, quod dominandi libidine aliorum regna, nihil ad ſe pertinentia, ad ſe trahere nitebatur. Hac novenaria virorum probitate alii, & melius, non utuntur; ſed quicquid ſit, in armis Arthurus clarus erat. Apud Britonum hiſtorias legi, quod Anguiſchel Scotorum Rex, magno milite cum Arthuro extra mare pugnaturus, contra Romanorum Imperatorem ivit, & cum Arthuro ad Britanniam rediit, qui in primo congreſſu cum Gavano contra Modredum occiſus eſt, cujus corpus in Scotiam deferre glorioſe fecit Arthurus. Dum contra Romanos Arthurus pugnat, certior factus eſt, quod Modredus cum Gaunora Regina rem haberet, & Britanniæ ſe Regem declararet, quod Arthurus ſentiens, ad Britanniam reverſus eſt, cui obvius Modredus ingenti cum exercitu occurrit; habebat enim varios Britones, Saxones, Pictos, Scotoſque, & eos qui Arthurum minime dilexerunt: Licet enim Arthurum ob probitatem

Novem Probi.

Anguiſchel.

Digitized by Google

bitatem Scotorum Rex diligeret, apud Scotos tamen fuit inviſus, vel quia ſtipendiis Modredo inſervire volebant. In effectu ter inter Arthurum & Modredum pugnatum eſt; & tam Arthurus quam Modredus perempti ſunt; ſed Arthurus letaliter vulneratus, dixit ſe in quandam Inſulam, ut curaretur, iturum, & poſtea regnaturus rediret. Et propterea, Arthurum reverſurum non parvo poſt tempore Britanni expectabant. Unde in fabulam ductum eſt, quando aliquis qui nunquam veniet, expectatur, hunc expectas, ſicut Arthurum Britanni. Cæca populi affectio erga ſuum Regem, quem mortuum, tenui ratione ductus, ſupervivere credit. Idem de Carolo Burgundo, & de Jacobo noſtro quarto, nuper factitatum audivimus. Ex hoc argumentum habes, quod ſtygium Jovem, Herculem, & tales viros apud vulgus ſtupendos eorum, vulgus facile immortales putabat, quibus ſapientes oppoſitum cognoſcentes contraire nolebant, ne atroci pœna plecterentur. Sed quicquid ſit, in Glaſinburi Arthurus ſepultus eſt, cum carmine ab opinione vulgi non diſſonante, quod eſt hoc.

Adagium de Arthuri reditu.

Caroli Burgundi & Jacobi Scoti reditus.

Hic jacet Arthurus rex magnus, rexque futurus.

Epitaphium Arthuri.

Arthurum Britones nimis efferentes, ejus vitam in parte ſuſpectam reddunt. Arthuri vota illa quæ de lecto periculoſo recitantur, & multa alia quæ de Arthuro, Valvano, & his quæ illa tempeſtate in Britannia contigiſſe dicunt, figmenta arbitror, ſi arte dæmonica facta non fuerint. Et propterea aliqui, ut Bergomenſis in Chronicorum ſupplemento, Arthurum ipſum magum fuiſſe exiſtimant; ſed huic de tam claro rege haud aſſentior.

R 2 CAP.

C A P. VII.

De Archadio, Aidano, Eugenioque, Scotiæ regibus, & viris ſanctitate inſignibus ſub illis ortis.

Archadius. Columba. Kentigernus. Glaſguenſe.

EUGENIUS ſive Archadius, patruo occiſo, Scotorum regnum ſuſcepit, & xxiii. annis regnavit; cujus tempore, de Hibernia Sanctus Columba venit, & Brudeum Pictorum regem, in fide plene inſtruxit, multaque Cœnobia in Scotia erexit. Columbæ contemporaneus, & ſingularis amicus beatus Kentigernus erat, qui plurimis miraculis claruit, & in Glaſgu quieſcit, in cujus honore, templum Glaſguenſe fundatum eſt, nulli templo in Scotia in ornatu, aut in Canonicorum multitudine, & præbendis pinguibus, ſecundum. Non multis diebus elapſis, tantæ gravitatis & prudentiæ Capitulum Glaſguenſe extitit, ut in lite ambigua Occidentales viri illuſtres litem omnem in Capituli diſcretione poſuerint. Sub id tempus, Sanctus Baldredus extitit; cujus corpus integrum, in tribus templis non longe diſtantibus, locatum eſſe dicitur, ſcilicet Aldhamen, Tynigamen, & Præſton, quorum duo primi vici a Glegorno mille paſſibus diſtant; tertius una leuca. Sanctus Baldredus in his tribus locis docuit populum verbo & exemplo. In ſua morte omnes tres vici, ad arma ruunt, certaturi quis vicus ejus corpus haberet. Inventum eſt idem corpus numero in variis locis domus, & ſic quilibet illorum vicorum corpore Sancti Baldredi hodierno die gaudet. Scio non deeſſe Theologos, negantes illud Deo poſſibile, quod idem corpus circunſcriptive poni poſſit in variis locis, quorum modum inopinabilem reor, ut alias in quartum Sententiarum latius diſſeruimus. Aidanus Scotorum Rex, ſic de morte ſancti Columbæ doluit, quod parum ſupervixit. Cui Eugenius in regno

Baldredus in tribus ſepultus locis.

Corpus an in diverſis locis eſſe poſſit.

Aidanus. Eugenius.

regno ſucceſſit. Hujus temporibus Sanctus Dronſtanus, Regis avunculus, monaſticam vitam ducens, miraculis claruit. Et Sanctus Gillenus Scotus in Gallia miraculis & vitæ ſanctimonia claruit. In eadem Francia, noſter Sanctus Columbanus miraculis conſpicuus habebatur. Et Sanctus Fiacrius, regia proles, in eremo vitam auſteram in diœceſi Meldenſi peregit. Neminem enim in terram promiſſionis niſi per mare rubrum, deſertum, vel tranſitum Jordanem, pertingere poſſe cognovit, per mare rubrum in naſcentis Eccleſiæ exordio martyres ſupernam Hieroſolymam adiverunt, & per regenerationis lavacrum, hoc eſt tranſito Jordane, parvuli ad repromiſſionis terram pertingunt. Et cum annos adultos beatus Fiacrius attigerat, ſolus Jordanis tranſitus ad Paradiſum non ſufficiebat, nec martyres jam tyranni quæſicrunt, quocirca tertiam viam, ſcilicet deſertum, pœnitentiæ auſteræ ſibi delegit; quatenus ſolidiſſime paradiſum cœleſtem attingeret, quem ob miraculorum frequentiam, & vitæ ſanctimoniam celebrem, ex omnibus Franciæ oris annue viſitant.

Dronſtanus. Gillenus. Columbanus. Fiacrius. Cœli viæ.

C A P. VIII.

De Gormundi in Hiberniam primum, deinde in Britanniam acceſſu & ſævitia, Saxonumque per Gormundum in ea dominatione.

CIRCA hæc tempora, Gormundus Afer, illuſtris vir in armis, Paganus, tamen novas ſedes acquirere laborans, cum magno exercitu in Hiberniam deſcendit, cujus magnam partem ad deditionem coegit. Quod Saxones in Britannia exiſtentes, Britonibus inferiores intelligentes, ad Gormundum Afrum nuncium mittunt, quatenus in Britanniam veniat, quem pro ſupremo domino

Gormundi ſævitia. Saxonum perfidia.

reciperent. Quo audito, Britanniam ingrediens, templa, & omnia quæ ad religionem Chriſtianam pertinebant, Saxonum ope deturpavit, & ſic inter Britones Paganiſmum, & infidelium ritum, reſuſcitavit. Sed in Britanniam Gormundus haud multo tempore moratus eſt, apparatum ejus Africum omnem in Gallias ducit, ut cum gloria per terram ad propria remearet, & Saxonibus qui ei in bello contra Britones obſequioſi erant, Britonum terras dereliquit, & ſic partem eam Britanniæ, quam Angliam dicunt Saxones, Pagani tenuere; cum eis tamen credibile eſt, quod aliqui Britones commixti manſerunt. Ex iſto liquet, quod apud Britones in Britannia Chriſtiana religio florebat, & pluries ab infidelibus peſſundabatur.

Paganiſmi inſtauratio.

Saxones regnum ineunt.

C A P. IX.

De Anglorum forma & ſpecie, cæterarumque gentium in forma & ſtatura diſcrimine, deque Auguſtino ad eorum converſionem miſſo, & de prædicatione ejus.

QUOSDAM florentis ætatis Anglos Romæ, Gregorius primus intuitus, & quinam eſſent percunctatus, cum certior factus eſſet, quod Angli & Gentiles eſſent, dixit, Vere angeli corpore ſunt, ut eorum vultus indicant, ut angeli mente & fide fiant, elaborandum eſt. Experimur enim prope Æquatorem, & prope Solis viam, homines nigros, quos Ethiopes & Indos dicimus, naſci, quia in corporibus humidis mater nigredinis caliditas exiſtit. In majore intercapedine a via ſolis, ut in Diamero & Diaſcene, & Dialexandria, viros naſci ſubnigros, quos albos Mauros dicimus: Conſequenter Polum Arcticum attin-

Angli aſpectu angelico.

Formarum diſcrimina.

attingendo minus nigri homines procreantur; quare Hiſpanis Galli, & Gallis Britanni, & Germani Britannis, & Gotthi Germanis, ut plurimum albiores ſunt, quia in regionibus frigidioribus degunt. A complexione tamen individuali aliquos ſeptentrionales, non multum albos & formoſos habebis. Ultra tamen circulum Arcticum, & ſub Polo Arctico, aliquos difformibus vultibus naſci aiunt, hoc a cœli influentia, & non a frigore ortum habet. In aliquibus Africæ locis, homines caninis capitibus naſci produnt; hoc a cœli influentia, & non aliunde vim habet. Idem eſt judicium ab Æquatore ad Polum Antarcticum procedendo, quoad albos & nigros homines, ſi intemperantia colores ſuos in ſenecta Boreales mutaverint, hoc ex eorum malo regimine, & non ex ſyderum aſpectu provenit. Modo Angli Boreales ſunt, & vino juvenes non utuntur, quare ſtupendum non eſt, quod eleganti forma, & formoſa, & potiſſimum in viridi ætate fuerint. Ad Anglos Auguſtinum Monachum, virum ſane optimum, anno a partu Virgineo 585. Gregorius mittit. Cum is Auguſtinus in Kentia deſcendiſſet, Adelbertum nomine, Kentiæ Regem, de Engiſti genere, adit, facultatem ab ipſo petens in ſuo regno evangelizare. Cui vir, ad bonum facile flexibilis, facultatem dedit, & neceſſaria pro ſe & ſuis conſociis miniſtravit. In brevi temporis curriculo, ſic Auguſtinus laboravit, ut Regem ipſum, & omnem Kentiæ populum pene, ad fidem converterit. Ad Rocheſtriam tranſiens, verbum Dei evangelizare cœpit; ſed contra virum Dei piſcium caudas vulgus irriſorie projecit, quare numen ſupplex Auguſtinus implorat, quatenus illius loci parvuli caudati, in peccati pœnam, naſcerentur, & quatenus moniti addiſcant, non temnere Divos. Et propterea, ut Anglorum annales recitant, parvuli caudati naſcebantur. Ab influentia igitur cœli, has caudas minime habent. Nec in hac tempeſtate homines caudatos illic naſci arbitror, ſed ad tempus ut fidem doctori gens incredula daret, hæc pœna inflicta eſt. Scotis & Gallis

Auguſtinus Monachus in Angliam miſſus.

Caudati qui & quare nati.

Epiſcopi. oppoſitum aſſerentibus, haud aſſentior. Duos ſociorum, qui ſecum a Roma venerunt, Auguſtinus Epiſcopos inſtituit, ſcilicet Juſtinum, cui Rocheſtriæ Epiſcopatum tradidit, & Mellitum Londoniarum Præſulem conſecrat. Pro Paſchatis celebratione ad Scotos hi duo Epiſcopi ſcripſerunt.

C A P. X.

De Oſwaldi converſione, & Epiſcopi ad eum miſſi auſteritate, & Aidani Epiſcopi prudentia, & Britonum ad fidem converſione.

Oſwaldus. CUM verbum Dei meridionales Angli devote ſuſcepiſſent, Oſwaldus Rex Berviciorum, ad majores natu Scotorum mittit, quatenus ad eum aliquem gravem virum, in religione Chriſtiana peritum, & Antiſtitem mitterent; cujus doctrina & vita, populus ei ſubjectus in religione Chriſtiana imbueretur; fuerat enim iſte Oſwaldus a ſuo regno non pauco tempore apud Scotos extorris; cui, poſt fidelium longam converſationem intellectam, fides Catholica placuit. Cujus nuncius apud Scotos, ut par erat, gratiſſimus fuit: Quocirca, Epiſcopum ad eum miſerunt, qui in principio nimia auſteritate uſus, parum apud Anglos profuit: Quare ad ſuos reverſus, gentem ad bonum inflexibilem dixit. Et cum inter religioſiſſimos patres hæc dixerit, Aidanus nomine, vir ſane optimus, & cum hoc oculatiſſimus, objicit, inquiens, Forte Pauli doctrinam non ſecutus es, lac primo dando, & poſtea rudiorem eſcam. Debueras enim gentem ſenſim ad fidem & mores trahere, & quædam levia fundamenta projacere, & poſtea excelſum ædificium ſuperædificare, Vetus enim eſt proverbium, *Debile principium melior fortuna ſequetur.*

Aidani prudentia.

tur. Et cum Aidanus ita ſcite loqueretur, cujus vita, licet non ab omnibus cognita, erat ſancta, ſed ſub modio latuerat, eum Epiſcopum inſtituunt, & ad Anglos cum religioſis Monachis mittunt. Super hoc, malo Bedam Anglum quam noſtros annales ciere: Dicit enim venerabilis Beda, lib. iii. Eccleſiæ gentis Anglorum, cap. iii. verba quæ ſequuntur. “ Aidanum ſummæ manſuetudinis & pietatis, ac moderaminis virum, habentem zelum Dei, quamvis non plene ſecundum ſcientiam; namque diem Paſchalem Dominicum, more ſuæ gentis, a xiv lunæ, uſque ad xx. obſervare ſolebat: Hoc enim ordine, Septentrionalis Scotorum Provincia, & omnis natio Pictorum, illo adhuc tempore, Paſcha Dominicum celebrabat, æſtimantes ſe in hac obſervantia ſancti, & laude digni, patris Anatholii ſcripta ſecutos, quod quidem an verum ſit, penitus quiſque facillime agnoſcet. Veniente igitur ad ſe Epiſcopo, Rex locum ſedis Epiſcopalis in Inſula Lindisfarnenſi, ubi ipſe petebat, tribuit; ubi pulcherrimo ſæpe ſpectaculo contigit, ut, evangelizante Antiſtite, quia Anglorum linguam perfecte non noverat, ipſe Rex ſuis ducibus atque miniſtris interpres verbi exiſteret cœleſtis; quia nimirum, tam longo exilii ſui tempore, linguam Scotorum jam plene didicerat. Exinde cœpere plures per dies de Scotorum regione venire in Britanniam, atque illis Anglorum provinciis, quibus regnavit Oſwaldus, magna devotione verbum Dei prædicare, & credentibus gratiam Baptiſmi, quicunque ſacerdotali erant gradu præditi, miniſtrare. Conſtruebantur ergo Eccleſiæ per loca; confluebant ad audiendum verbum Dei populi gaudentes; donabantur munere regio poſſeſſiones & territoria ad conſtruenda Monaſteria; imbuebantur præceptoribus Scotis parvuli Anglorum, una cum majoribus ſtudiis, & obſervatione diſciplinæ regularis: Nam Monachi erant maximi, qui ad prædicandum venerant. Monachus ipſe Epiſcopus Aidanus, utpote de Inſula quæ vocabatur Hu deſtinatus, cujus Monaſterium in cunctis pene ſeptentrionalium Scotorum, & omnium Pictorum, Monaſteriis non parvo tempore arcem tenebat, regendiſque eorum populis præerat; quæ, videlicet Inſula,

Aidanus fit Epiſcopus.

ad jus quidem Britanniæ pertinet, non magno ab eo freto diſcreta, ſed donatione Pictorum, qui illas Britanniæ plagas incolunt, jamdudum Monachis Scotis tradita, eo, quod illis prædicantibus, fidem Chriſti perceperunt." Ecce verba Bedæ ad literam, ex hac ejus recitatione Oſwaldum magnum zelum ad Dei gloriam liquet habuiſſe, Ecclesiam in ejus nomine Laudoniæ fundatam, ſcilicet, Quhittinghame ad duas leucas a Glegorno diſtantem novi. Laudoniam totam in diebus Bedæ Oſwaldus habebat. Et hoc patet, quia dicit Inſulam Hu, Arranea borealiorem, ad Britannos ſpectare debere. Ulterius patet, quod in Bedæ diebus Scotorum pauci, vel ſaltem Oſwaldi diebus, Anglice loquebantur. At dices, Inſularis Aidanus erat, propterea non ſequitur, licet conſequentialiter non inferatur; tamen illatum verum cenſeo.

Laudonia.

C A P. XI.

De Oſwaldi & Aidani vita.

ILLUSTRIUM virorum in devotione prolixius vitas, quam pugnatorum, deſcribo, ut hiſtoriam audiens refocilletur, & ſpirituali pinguedine coaleſcat. Dicit enim Beda in III. libri 5. cap. hæc quæ ſequuntur. " Non aliter Aidanus, quam vivebat, docebat. Nihil enim hujus mundi quærere vel amare curabat. Cuncta quæ ſibi a regibus vel divitibus ſeculi donabantur, mox pauperibus qui occurrerunt erogare gaudebat, diſcurrere per cuncta & urbana & ruſtica loca, non equorum dorſo, ſed pedum inceſſu vectus, niſi major forte neceſſitas compuliſſet, ſolebat. Ubicunque aliquos, vel divites, vel pauperes, incedens aſpexiſſet, confeſtim ad eos divertens, ut vel ad fidei ſuſcipiendæ Sacramentum, ſi infideles eſſent, invitaret; vel, ſi fideles, in ipſa fide comfortaret; atque ad eleemoſynas

Aidani vita.

moſynas bonorumque operum executionem, & verbis excitaret & factis, hoc erat quotidianum opus illius. In Capite Sexto ejuſdem libri recitat Beda, quomodo Rex Oſwaldus, poſt pecuniam pauperibus erogatam, lancem argenteam coram ſe in menſa poſitam, minutatim fregit, & partes comminutas pauperibus dedit: quo viſo, Pontifex Aidanus, qui aſſiſtebat, tali facto pietatis delectatus, Regis dexteram apprehendens, ait, Nunquam inveterefcat hæc manus; quod & ita juxta votum benedictionis ejus provenit. Cum a Paganis Oſwaldus Rex eſſet occiſus, brachium & dextera manus incorrupte in diebus Bedæ manſerunt." Multa miracula & Regis, & Epiſcopi Aidani, recitat Beda, lib. iii. qui non multum ab illo tempore diſtabat. Recitat ſimiliter in quintodecimi capitis calce poſt Aidani miracula, " Cujus ordinem miraculi, non quilibet dubius relator, ſed fideliſſimus mihi noſtræ Eccleſiæ Presbyter Cynimond vocabulo narravit, quod ſe hoc ab ipſo Utha Presbytero, in quo, & per quem, completum eſt, audiſſe perhibebat. Et in fine xvii capitis concludens, Quæ, ut breviter multa comprehendam ab eis qui illum novere didicimus, nec ex omnibus qui in Evangelicis, ſive Apoſtolicis, ſive Propheticis literis, facienda cognoverat, quicquid prætermittere, ſed cuncta pro ſuis viribus opibuſque, explere curabat. Hæc in præfato Antiſtite multum complector & amo, quia nimirum hæc Deo placuiſſe non ambigo. Quia autem Paſcha non ſuo tempore obſervabat, vel Canonicum ejus tempus ignorans, vel ne, ſuæ gentis auctoritate antiquata, agnitum ſequeretur devictus, non approbo nec laudo; in quo, tamen hoc approbo, quod in celebratione ſua Paſchæ, non aliud cordi tenebat, venerabatur, & prædicabat, quam quod nos, id eſt redemptionem generis humani per Paſſionem, Reſurrectionem, Aſcenſionem in Cœlos, Mediatoris Dei & hominum Jeſu Chriſti." Hæc ad literam Beda. Cujus dictis, aliquas propoſitiones addo, Merebatur, & bene egit Aidanus celebrando, ſicut celebravit. Probatio. Ad actum moraliter bonum non requiritur quod a vera prudentia reguletur actus; ſed ſat eſt, quod ab errore invincibili reguletur:

Oſwaldi vita.

Oſwaldi manus.

Paſchalis non juſta obſervatio.

Aidanus non peccavit celebrando alieno tempore Paſcha.

Digitized by Google

guletur: & ſic erat in iſto patre; erat jus Pontificium humanum in oppoſitum, quod non tenebatur ſcire, ſcripturis ſacris & devotioni ſe accommodabat, & majorum veſtigia in hoc ſequutus eſt. In humanis legibus poſitivis unuſquiſque in ſuo ſenſu abundat. Septem annos Epiſcopatum rexit iſte in Anglia. Cui Finanus Scotus, de eadem religione Monachus qua Aidanus, ſucceſſit, prioris veſtigia in fide & moribus illibate ſecutus: Decem annos ſolum in Epiſcopatu ſupervixit. Cui Colmanus, ejuſdem religionis & loci de Inſula Hu, ſucceſſit, tempore cujus, magna quæſtio de Paſchæ obſervatione orta eſt in Anglia, coram principibus & Clero. Colmanus, Aidanum, Finanum, & ſanctum Columbam, & Anatholium pro ſe introduxit. E converſo inſtabat Cleri major pars, inter quos, præcipuus erat Romanus nomine, natione Scotus, ut cap. xxv. Beda aſſerit in Gallia vel in Italia edoctus. Quæſtio hæc ſolum erat de jure humano ſervando, & debebat Colmanus multitudini & Britonum conſuetudini, ſiqua talis erat, cedere, quia ſervanda eſt loci conſuetudo, ſecundum illud vulgare. *Si fueris Romæ, Romano vivito more*, &c. Et hoc, in lege humana, de qua loquor. Legem humanam conſuetudo interpretatur, & eidem derogat, & nonnunquam humanam legem abrogat. Non alia ratione in diebus Sabbatinis inter feſta Natalis & Purificationis, Galli carnibus veſcuntur, & in novem Apoſtolorum, profeſtis non jejunant; & in pleriſque Hiſpaniæ locis, in quibuſcunque Sabbatis, extra quadrageſimam, animalium extremitatibus & inteſtinis veſcuntur, & tamen de his in aliis regnis jus commune humanum eſt in oppoſitum. Ex his liquet, quod venerabilis Beda talem caſum non debebat grandem facere, poſtquam de jure humano conſuetudinario loci contendebatur, & quia Scotorum modum vivendi in partes Angliæ Boreales, jam Aidanus cum poſteriore introduxerat, Colmanus oppoſitum non tenebatur aſſumere, licet Romanorum erat conſuetudo, & majoris partis multitudinis, ſicut in ſimili de Gallis & Hiſpanis declaravimus. Quicquid tamen ſit, apud Anglos, Colmanus longiorem moram trahere noluit; ſed oſſium reli-

Finanus.

Colmanus.

Columba.

Romanus.

reliquias Sancti Aidani ſupplex ab Anglis expoſtulavit, qui, ejus precibus, aliquam oſſium partem contulerunt; reliquam partem in Epiſcopatu, quem rexerat in Anglia, retinuerunt. Colmano Tuda Britannus ſucceſſit, apud Scotos Auſtrinos eruditus, & coronam, juxta morem Scotorum, ferebat. Colmanum Angli & Scoti religioſi viri ad Scotiam ſecuti ſunt, quos ad quandam Scotiæ Inſulam, cui nomen eſt Comhisbunde, hoc eſt Inſula vituli albi, ſecum duxit; & quia Scotorum & Anglorum mores in multis differebant, Hiberniam adivit, & quendam locum pro Anglis religioſis impetravit; qui ſub eo in ſancta religione edocti, locum illum de parvo in ſublime erexerunt, in quod, ſoli Angli Bedæ diebus recipiebantur. Tanta religioſorum in ea tempeſtate, ut Beda aſſerit, fama fuit, ut religioſum ſine benedictione verbali, vel manus nutu præterierit nullus. Tuda.

C A P. XII.

De Malduini obitu, & Eugenii Quarti, & Quinti regno, de beato Cuthberto, venerabili Beda, & Melroſenſi Cœnobio.

CIRCA hæc tempora, Malduino Scotorum rege defuncto, Eugenius Quartus, ejus nepos, ſucceſſit. Cujus tempore, Sanctus Cuthbertus regis Hiberniæ filius, qui primo ſub ſancto Columba, poſtea in Melros, Monachus diſcipulus ſancti Baſilii, Abbatis ordinatus eſt Epiſcopus poſt ſanctum Colmanum in Anglia. In Cœnobia a beato Cuthberto inſtituta, nulla fœmina intrare audet; cujus rationem Beda aſſignat, quia Monaſterium de Guldinghamen in quo erant, v. Monachi habitantes, a Monialibus ſeparatim familiaritatem contrahentes, in pecca- Cuthbertus.

U tum

tum carnis inciderunt; quare totum Monaſterium incendio extinctum eſt. Hoc hodierno die in Monaſterio Mekoſenſi, (quod a diebus Bedæ mirabiliter auctum eſt) obſervatur. Devotioni locus eſt aptiſſimus ſuper Twedam Flumen, ab omni domo in nemore ſeparatur, regulam Beati Bernardi ſervans. Ante mortem, ſonum mirabilem in templo vel in clauſtro, ſe audire dicunt, qui alicujus religioſi mortis eſt nuncius; propterea ad confeſſionem omnes ſono audito, ſe præparant; communem plebis opinionem, & non fidei materiam recito. Poſt hæc, in Scotia Eugenius Quintus regnat, & poſt eum Amberkeleth, qui, contra Pictos pugnans, ſagitta interiit. Circa hæc tempora Beda floruit, de parte Boreali Angliæ natus, licet corpus ejus aliqui apud Genoam eſſe referant. Apud Anglorum annales legi virum illum nunquam Inſulam egreſſum fuiſſe, ſed ſepultum eſſe apud Duram, prope ſuæ originis locum. Ante mortem luminibus, ſive morbo, ſive ætate, privatus eſt, omni multitudini occurrenti prædicare aſſuetus, & ſuam benedictionem auditorio in fine dare; quare malus ejus famulus, crebro ſermone perteſus, virum Dei inter lapides ut concionaretur, induxit bellum, aſſerens auditorium. Et cum in fine benedictionem, more conſueto, daret, vox audita eſt dicens, Amen, Venerabilis Beda. In Divinis & humanis admodum eruditus erat, & magno zelo, quod plus approbo; & propterea ſanctorum catalogo eſt aſcriptus. Anno Domini 734. ætatis vero ſuæ lxxii. in Domino obdormivit. In fine libri Eccleſiæ gentis Anglorum ſic dicit. Anno Incarnationis 731. Picti & Scoti ſuis limitibus non contenti, invadunt Anglos, qui annus erat 285. adventus Anglorum in Britanniam.

Mekoſenſe Cœnobium

Sonitus mirandus.

Eugenius Quintus.
Amberkelethus.
Beda.

C A P.

C A P. XIII.

De regno Achaii, & Gulielmi fratris ejus præſtantia, & Religione; de Francorum cum Scotis perpetua pace, deque univerſitatis Pariſianæ inſtitutoribus.

CIRCA hæc tempora, apud Scotos Achaius regnat. Cujus Frater Guillemus ſub Carolo magno ſemper militavit, & unus de numero duodenario illuſtrium pugnatorum ejus, qui a noſtratibus vulgaliter Scotiſgilmor vocatur. Hic, rei militari ſemper intentus, matrimonium non contraxit. Ordinis Sancti Benedicti xv. Cœnobia in Alcmania erexit, & eadem ſuis impenſis dotavit, inſtituens, Quod in eiſdem Scoti ſemper proficerentur, quorum duo ſunt Coloniæ, reliqua vero in aliis Germaniæ locis. Hoc in tempore, inter Francos & Scotos pax inita eſt, quæ, a diebus illis, immobilis & inviolata permanſit; ita quod in Europa haud invenies inter duo regna ſinceriorem ſolidioremque pacem. Ad hunc Scotorum Regem Carolus magnus pro eruditis viris miſit; qui Joannem Scotum, Clementem, & Alcuinum ad Franciam mittit, qui Gallicas oras ingredientes, ſcientiam venalem, quam profiterentur ſe habere, dixerunt. Prima fronte mirandum eſt, Quomodo in orbis angulo ante univerſitatem omnem viri tanta ſcientia pollerent; ſed, omnibus æqua lance trutinatis, ſtupendum minime eſt. Plerique qui Britanniæ fines non egreſſi ſunt, ut Beda ait, Græce Latineque locuti ſunt; magna religioſorum cohors erat a fluctibus ſeculi, ſicut veros religioſos decet, penitus ſemoti, qui orationi & lectioni ſolum incumbebant. Et licet nexibus Scholaſtici & Sorbonicis non abundarent; tamen in ſcripturarum

Achaius Gulielmus Scotus.

Pax inter Francos & Scotos.

Docti e Scotia miſſi Pariſios.

rarum ſacrarum lectione eruditiſſimi erant, & hanc ſcripturæ ſcientiam profeſſi ſunt, & in eam commentarios non ſpernendos Beda & Alcuinus ſcripſerunt, & idem Aidanus & Colmanus facere poterant, ſed quia, præſulatum geſſerunt multum vitæ activæ, ad quam vocati erant, ſeſe accommodabant.

CAP. XIV.

De Congalli morte, Dungalli regno, & Pictorum cum Scotis controverſia, & bello etiam contra Alphinum, quem tandem trucidaverunt, deque aliorum geſtis.

Dungallus.

ANNO ab orbe redempto 802, vitam in mortem Congallus Scotorum Rex commutavit, cui Dungalus, tempore Ludovici imperatoris, ſucceſſit; qui ſolum ſeptem annis regnavit. Hujus regis tempore, poſt 50 annorum pacem cum Pictis obſervatam, nova belli ſeminaria prodierunt, & id rationis erat. Nam dum Britanniam Picti primo ingreſſi ſunt, conjuges ex Scotis Hibernicis, a quibus Scoti Britanni pullularunt, hac lege acceperunt; Quod in caſu ancipiti ad mulierem, & non ad virum, regnum ſpectaret, &, ex conſequenti illius legis vi, inſtare tempus Scoti dixere, quod jus regni Pictorum ad Scotos attinebat. Circa hoc jus Picti tergiverſabantur, & ſive via juris, ſive facti, id factum ſit, belli periculoſi futuri ſeminarium jactum eſt. Poſt Dungallum Alphinus inter Scotos regnat, qui bellum, a prædeceſſore inchoatum, in Pictos continuavit, vix unquam a bello relaxans ſpiritum. Anno ejus 3. in feſto Paſchatis inter eum & Pictos grande prælium commiſſum eſt; in quo, plerique Scotorum illuſtres

Pictorum controverſia cum Scotis.

Alphinus

ſtres viri cecidere: Victoria tamen Scoti potiti ſunt. Poſt hoc, anno xii, Kalendas Auguſti, acri bello Pictos Alphinus adoritur, in quo Scotorum plurimi interierunt, & a Pictis Alphinus captivus abductus eſt, & ſine miſericordia ulla capite obtruncatus. Alphino occiſo, ſumma rerum apud Scotos Kennedus ejus filius habuit, in re militari cum patre non parum exercitatus, & ultra animi fortitudinem, & corporis robur, prudentia militari (ſine qua incaſſum pugnatur) pollebat. Sui regni primores viros ad conſilium vocat, & quia ſuos in Pictos non facile movendos ob varias clades acceptas arbitratus eſt, eis oratione in qua plurimum valuit bellum ſuadere niſus eſt. Et ſic orſus putatur. " Viri Scoti, ſi vos ad bellum ineundum propenſos non viderem, hodierno die prolixiore & meditata oratione uterer. Quintuplici cauſa, nos juſtum bellum habere, viri principes vos non fugere reor; primo, propter Moloſſi canis furtum, & non reſtitutionem. Deinde, quia ex majorum noſtrorum conventione & fœdere, ad Pictorum regnùm jus habemus. Tertio, quod nobis ſpretis, Paganis Saxonibus ſe conjunxerunt. Quarto, quod majores noſtros olim de hac Inſula ejecerunt; nec facile fiet, ut duo regna vicina, in eadem terræ portione quæ nuda terra dividit, mutua in pace convivant; igitur, aut eos ab Inſula ejici oportet, aut nos dierum aliquo ab his ſedibus exulare. Quinto, quia chariſſimum genitorem meum, virum regno dignum, de vobis optime meritum, inhumane trucidarunt, in quo jura tam divina quam humana violarunt, captivum virum ſic capite truncantes. Ejus mortis dedecus (ſi pœnam ferro non expoſtulaveritis) per ſecula futura in vos tanquam in capitis membra redundabit. Si viri eſtis majoribus & progenitoribus veſtris digni, hoc horrendum ſcelus inultum non relinquetis. Et nihil eſt quare Pictos formidetis; quia, licet in ultimo prælio victores fuerint, victoria tamen non incruenta, ſed cum magna clade potiti ſunt. Pictorum reguum quod in manibus eſt (dummodo vos viriles oſtendatis) vobis ſecundum benemerita partiar, pro me ſolum ſuperioritatem & gloriam expeto. Virorum fortium eſt, aut pulchre vive-

Alphinus captus trucidatur.

Kennedus.

Concio Kennedi.

re, aut belle mori. Non autem belle vivetis ſi chari genitoris mei, veſtri Regis necem impunem ſinatis." Et paucis concludendo, eos per avitos animos, per ſui amorem & reverentiam, & per ſuperos oratos facit, quatenus ſecum in prælium contra inimiciſſimos Pictos prodirent; ſed his omnibus ſuaſionibus ad bellum Principes inexorabiles inclinare nequibat. Antea ſiquidem Pictorum vires experti, & ſæpius ab eis victi, quam eos vicerint, malebant ad tempus reſpirare, quam prælium formidandum temere aggredi: Nolebant enim de liberis, de conjugibus, de vita, de regno aleam jacere. Rex autem irarum plenus, & in Pictos exulcerato animo, quendam dolum, ut Principes ad bellum flecteret, aſtute excogitavit, eos omnes ad cœnam, & ut ſecum pernoctarent, invitabat. Et dum in ſuis cubiculis majores regni dormiebant, quendam ſibi conſanguineum & familiarem ad ſe vocat, quem ſquamis piſcium quæ de nocte lucent, indui facit, & arundinem capeſſere per quam loqueretur, optimatibus ex parte Dei præcipiens, ut ſuo Regi in bello contra Pictos parerent, victoriam eis licet cruentam promiſit, & Pictorum patriam pro præmio. Poſtride ſummo mane, de Angelo qui noctu apparuerat, primates colloquuntur, & ad aures regias ſermo percrebuit, qui ſe incredulum ab initio (ut commentum occuleret) finxit: demum poſt multa, dum eos unanimes, & ad bellum proclivos videt, grandem Scotorum exercitum contraxit, & Pictorum fines late populatur, ferro & igne omnia perdens, firmiter proponens Scotorum regnum peſſundare, aut Pictorum gentem omnino e medio tollere. Hoc Druſco Pictorum Rex ſentiens, ex Pictis copioſum militem coegit plurimum contra Scotos indignatus, & cum in pulchro campo Scotorum aciei appropinquabat, ut ſuos ad bellum formidandum animaret, talem orationem habuiſſe putatur. "Vos non latere arbitror cordatiſſimi Picti, quomodo ille Scotus Kennedus noſtram patriam & regnum evertere firmiter propoſuit, quod ab iis quos ſibi ſecretiſſimos putat accepi. Hoc aſtutis regibus & oculatis commune eſt, hoſtis arcana explorare; ſuos autem Principes invitos ad bellum trahit; propterea in neceſſi-

Kennedi ſtratagema.

Druſco Pictorum Rex.

Druſconis concio.

neceſſitudine eum relinquent, pro patris cæde excandeſcit & perturbatur: verum ut noſcitis, *Impedit ira animum, ne poſſit cernere verum.* Propterea, ſine ordine & maturitate nos invadit, nec noſtræ terræ locos difficiles novit. Contra, nos quieti, terræ noſtræ loca novimus, pro noſtra terra tuenda pugnabimus, nec in Kennedo vincendo (dum modo vos viros oſtendatis) difficultas eſt ulla. Avitos ejus majores noſtri nobis non meliores ab Inſula ejecerunt, patrem ejus ipſo multo ferociorem captivum cepimus, & captum occidimus. Anglos propitios habemus, qui hanc gentem ſemper bella molientem exoſam habet. In veſtris dexteris hodierno die, o Magnanimi Picti, Scotorum ſtat finalis interitus, qui hunc juvenem temerarium vivum ceperit, ut majore pœna quam pater puniatur, magno præmio donabitur. Hanc gentem inſtabilem bello & non paci ſemper intentam, paci & non bello conſulere docebimus." His dictis, mox ſignis utrinque datis, bellum ſubito ingrediuntur, & alacres hinc tubicines, hinc litui ſuis flatibus horriſonis, Martem incendunt, fit atrox hinc inde prælium, & non parva mora anceps. Nunc Scoti victores, nunc victi ſecundum hoſtium impetum videbantur; demum, poſt longum belli pulverem, ad Scotos victoria inclinavit. Druſconem Pictorum Regem Scoti abducunt captivum, quem ad Scotos bono cum comitatu Kennedus mittit; nec a bello inchoato ſpiritum relaxat, memor illius proverbii, *Multi vincere didicerunt, ſed victoriam in manibus partam haud proſequuntur.* Pictorum vicos populatur, nulli ſexui aut ætati religionive parcit, ſed omnes in ore gladii percutit. Cum Kennedi magnam ferocitatem Pictorum optimates percipiunt, ſe unanimiter contra Kenedum congregant; & ille qui Druſconi ſuccedere debuit, tali oratione breviter ſuos eſt affatus. "Videtis nunc, Magnanimi Picti, Scotorum ne dicam inhumanitatem ſed feritatem, qua nos omnes extinguere ſatagunt, & Pictorum famam & gentem abolere. Nunc nos ad Martem multa animare debent; ſed illud præcipue, quod ex Scytharum propagine ſumus: Semper autem Scythæ fuerunt hominum genus inſuperabile bello, pugnemus pro

Prælium atrox.

Druſco capitur.

Altera Picti concio.

patria, pro penatibus, pro templis, aris, libertate, pro vita & pro honore, & cum Dei præſidio, & veſtra virtute, ſpero, viri fortiſſimi, factum iri, ut Scotorum injurias vindicemus." Quo dicto, in hoſtes ruere juſſit, & illic ſecundo acriter & animoſe pugnatum eſt. Eo in prælio Scotorum multi, ſed Pictorum multo plures fuſi ſunt, & in fugam reliqui converſi. Tertio Pictorum relicta phalanx deſperata Scotos adoritur, & dux qui præerat aciei, ſuos ad pugnam animavit, inquiens, *Una ſalus victis nullam ſperare ſalutem.* Si terga demus, nos Scoti tanquam meticuloſos perſequentur, & occident. Viriliter ergo reſiſtamus; & tanquam, viri fortes, aut hoſtem vincamus, aut belle in campo moriamur. " Quibus dictis, Scotos adoriuntur, ſed a Kennedo virorum fortiſſimo ſuperantur. Nec ad Scotiam Kennedus rediit, quouſque Pictos omnes aut ferro aut igne perdidit, aut extorres a ſua ſede effecit. Scriptum invenio, quod ſepties a deſperatis Pictis eodem die invaſus eſt, & toties eos fudit, perdius & pernox in prælio, & hoſtem fugando ſtetit. Poſtea ad Sconam rediens, Druſconem Pictorum Regem capite obtruncat, & ſic Pictorum regnum, quod ulta 800. annos in Britannia duraverat, Kennedus extinxit, & ſuo imperio adjecit. Viri inhumanitatem erga Dei famulos, mulieres & impuberes vehementer deteſtor; non enim ita in imbelles, etiam Pagani bene inſtituti, debacchare ſolent. Et ſic Kennedus in Boreali Britannia Monarchiam primo ſuſcepit, ad 50 annos poſt mortem Bedæ."

Prælium ſecundum.

Prælium tertium.

Septies pugnatum uno die.

Druſco plectitur capite. Pictorum excidium.

CIRCA annum Domini 839. tempore imperatoris Ludovici, poſt Pictos ejectos 16 annos Kenedus regnavit. Cui Scotorum carmina alludunt.

Primus in Albanis fertur regnaſſe Kennedus,
Filius Alphini prælia multa gerens.
Expulſis Pictis regnavit is octo bis annis.

IN

In re militari Scotos omnes majores ſuos Kennedus obtenebravit. Poſtea de Pictorum regno ferme nulla eſt mentio, & ſive juſte, ſive injuſte eorum terras Scoti ceperunt, eas in fine juſte tenuerunt. Quod enim in nullius poteſtate eſt, id occupanti conceditur. Apud noſtros annales Pictorum regum catalogum invenio, quem inutiliter hic insererem, propterea pertranſeo. Aliqua tamen eorum dicere libebit, pro Scotorum limitibus intelligendis, dicit Beda. Ad Britanniam Sanctus Columba venit, Brudeo potentiſſimo Rege apud Pictos regnante. Brudeo Garnard filius Dompnach ſucceſſit, qui Eccleſiam collegiatam de Abirvethya extruxit, poſtquam Sanctam Brigidam Beatus Patricius in locum introduxit. Hic Rex Beatæ Virgini, & Beatæ Brigidæ cum novem Virginibus, quæ cum ea venerant, poſſeſſiones obtulit, quas præpoſitus & canonici habent. In illa tempeſtate, Abirvethye Epiſcopalis ſedes fuit, & Pictorum regia. Aliqui eam ante Dunkeldenſem Eccleſiam 26 annis & novem menſibus conſtructam referunt, aliqui 244 annis; ſed ne incertum pro certo ponam, illic dubitative procedo. Partem Inſulæ fertiliorem Picti habebant, planitiem, & loca maritima, atque montoſa ſterilioraque, Scoti poſſidebant. Sanctum Andream in magno honore Picti habuerunt, & potiſſimum cum Athelſtanum Anglum Hungus Pictus prope Helſtaufurd fudit. Illic crux Divi Andreæ Hungo Pictorum Regi in neceſſitate conſtituto apparuit. Una leuca locus ille ab Hadintona diſtat.

Columbæ acceſſus tempus. Brigidæ poſſeſſio.

Pictorum in Scotia regia.

Crucis Sancti Andreæ apparitio.

Digitized by Google

DE Geſtis Scotorum. LIBER III.

CAP. I.

De Osberthi Northumbriæ Regis incontinentia & cæde; deque Ellæ interemptione, & reliqua Danorum ſævitia; necnon de multis Angliæ Regibus.

NON longe ante hos dies ejectionis Pictorum, Northumbriæ Rex erat Oſbricht nomine, vir intemperans, cum cujuſdam nobilis, Guerne nomine, conjuge, ipſa reluctante, rem habuit; fœditatem rei caſta mulier pertæſa, rem omnem marito detexit; quæ mox ad Danos, de quorum ſanguine originem traxit, ſe contulit, ut eorum ope piaculum inultum non relinqueret; cui Danorum Rex duos Germanos fratres Hungum & Hubbam cum magno milite in Northumbriam mittit, qui Oſbricht Northumbro- Osbertus. Dani Oſbertum cedunt.

Digitized by Google

rum Regem peremerunt. Poſt hoc Eboracum, civitatem munitiſſimam, armis capiunt, contra quos Rex Ella exercitum duxit, urbem bello circumcingens; quod Dani percipientes, urbem egreſſi ſunt, & in quadam planitie, prope civitatem, cum Ella prælium inierunt, & eum inibi peremerunt, a quo denominationem locus cepit. Anglice *Ellis-Croft* vocatur. Ella perempto, Northumbriam omnem occupant, & poſtea Notinghame, dein ad Nichol & Lindeſen, & ad Hollandiam profecti ſunt; & hinc iter ferro & igne ad Tethfordiam aperiunt. Illic Edmundum, Northfoltiæ, & Suuthfoltiæ Regem, virum cœlo dignum, quem Hubba & Hungus a fide avertere niſi ſunt, & cum non poſſent, eum interemerunt. Hunc ſanctum Edmundum noſtra Alemaniæ natio patronum habet, quia, non multis retroactis diebus, natio Anglicana dicebatur, & hoc ſigilli inſcriptio, tempore quo de natione eram, oſtendebat, quod poſt hoc fuſum eſt, & natio Germanorum inſcripta; & non ſine cauſa; quia pauci admodum Anglorum, Pariſii reſpectu, Germanorum in artibus gradum capiunt. In Suuthfoltia in Sanct. Edmundusburri ſepelitur: hoc eſt villa, ſepulcrum Sancti Edmundi, appellatur. Illic fertur eſſe maxima campanarum totius Angliæ. In Anglia campanarum optime reſonantium ingens eſt copia; quia campanarum materia Anglia abundat. Et ſicut in muſica cæteros mortales antecellere dicuntur; ita in campanarum dulci & artificioſa modulatione. Nullum vicum 40 domorum ſine quinque campanis ſuaviſſime ſonantibus invenies, & in qualibet alicujus magnitudinis villa ſemper de tertia in tertiam chimam dulciſſimam audies. Dum ſtudens Cantabrigiæ eram, in magnis feſtis plurimam noctem inſomnem duxi, ut campanarum melodiam audirem. Super flumen Univerſitas ſtat; propterea ex aquæ redundantia ſonus eſt ſuavior. Campanis Cœnobii de Oſnaya nullæ in Anglia meliores putantur. Cum dulcem ſonum expoſcant, cum campanarum communi materia argenti copiam miſcent. Similem ritum cum Anglis in dulcibus campanis Valenſchenenſes, & Flandri tenere dicuntur. Sed paulo poſt, Danorum multi cum Hungo &

Ella perimitur.

Edmundus Sanctus.

Natio Alemanica Pariſii.

Campanæ in Anglia.

Digitized by Google

& Hubba ab Aluredo Suuthfoltiæ rege trucidati ſunt. Per id tempus, Dani, qui cum Gormundo Aphro in Gallias iverunt, ad Angliam revertuntur, & Danis in Northumbria ſe conjungunt, unde Dani facti ſunt fortes ; qui mox juncti contra Edwardum Aluredi filium bella movent. Poſt Edwardum hunc, Adelſtonus filius ejus regnavit, qui Danorum plurimos peremit, & multos extra Inſulam fugavit. Iſtum Adelſtonum (ſi recte imaginor) Rex Pictorum Hungus, de quo, in capite præcedenti, locutus ſum, apud Elſtonenfurd in Laudonia occidit. Locus denominari debet Adelſtanfurd, ab illo rege Angliæ illic deſiderato. Poſtea, aliquibus regibus obſcuris Angliæ ſilentio tranſcurſis, Sanctus Edwardus, Edgari filius, regnavit ; qui a noverca, Angliæ regina, ut ejus filius Eldredus regnaret, proditorie peremptus eſt, anno Chriſti 980. & regni ſui anno 12. in Glaſſinbury cum multis prædeceſſoribus ſuis ſepultus eſt. Poſt Eldredum Angliæ Regem, Suynus Danimarchiæ Angliæ habenas moderandas ſuſcepit. Iſte Suynus, cujus nomen Anglice ſuem & porcum ſignificat, 15 annis pacifice in Anglia regnavit, & Eboraci ſepultus eſt. Poſt Suynum, Knothus, ſeu Canuthus Danus, in Anglia regnat ; cum quo in parte regni Edmundus Ironſidus, filius Eldredi, regnavit. Hunc Edmundum Edrichus de Straton proditorie e medio ſuſtulit. Regem hic traditor ad prandium invitavit, & imaginem fecit, in qua, arcus tenſus cum ſagitta parata erat, & cum Rex propius imaginem contemplaturus acceſſit, occulte a viro ſagitta in Regem emiſſa eſt, & Regem interemit. Ecce, quomodo mille excogitatis viis Reges & Principes propter opes ſuas & poteſtates, interimuntur.

Danorum incrementa Adelſtonus.

Edwardus.

Eldredus.

Suynus.

Canuthus.

Edmundus.

Edrichus.

Digitized by Google

CAP. II.

De Donaldi Scoti regno, & reliquorum Pictorum expulſione; de Conſtantini Ethi, ſeu Aetii, Gregorii, Donaldi, Conſtantini & Eugenii, Regum Scotiæ, geſtis.

Donaldus.

DEFUNCTO Kennedo, qui Pictos fere deleverat, Donaldus ejus frater regnat, in cujus tempore, Anglis ſuffultæ Pictorum reliquiæ contra Donaldum pugnaturæ veniunt, quos omnes interemit. In illa tempeſtate in Scotia, regum filios juvenes in reges non acceperunt; ſed regum fratres, ſi liberis potentiores erant, & ad regendum aptiores. Donaldo Conſtantinus, ſeu Conſtans, ſucceſſit; in cujus tempore, Danis adjuti Picti relicti adhuc Scotiam ingreſſi ſunt; contra quos, Conſtantinus aliquot Pictos qui ſub Scotis ſteterant, ſecum ad bellum adduxit; quorum proditione Conſtantinus interiit, in loco cui nomen eſt bellum nigri ſpecus. Poſt Conſtantinum, Ethus magni Kennedi filius regnat, Ahaſale aut Ajace Oileio velocior. Corporis agilitate omnes cum quibus verſabatur longe præibat. Contra Ethum Gregorius Dongalli filius inſurrexit, jus ad regnum prætendens, & prælio apud Stratum commiſſo, Ethus interiit; de quibus hæc carmina apud Annales veteres invenio.

Regnabant patrui in Scotia.

Conſtantinus.

Ethus.

Gregorius.

Conſtantis frater regnaverat alipes Ethus.
Qui Greg. Dongalli ſaucius enſe perit.

Gregorius.

ETHO ergo perempto, Gregorius anno Domini 875. apud Sconam ſolenniter coronatus eſt. Libertates Eccleſiaſticas, quæ, ante eum, diminutæ erant, ampliavit. Simultates & inimicitias inter ſui regni principes viros mulcebat.

cebat. Poſt hæc, Hiberniam Inſulam, quam jure ſucceſſionis ad ſe attinere dicebat, adivit; quam non multo tempore ſubegit, & Angliæ partem Borealem, partim humanitate & prudentia, partim viribus accepit; deinde in pace diem clauſit extremam, & in Inſula Iona ſepultus: Omnia contra Pictos prudentia & Marte quæ Kennedus egit, forte Gregorius perficere poterat. Et licet in Marte cum Kennedo eum non æquiparem, in humanitate tamen Kennedo præfero; quia erga miſeros & imbelles clementia inſigni, ut Regem decet, uſus eſt. Hujus Gregorii tempore, Joannes Scotus, ſecundum Helinandum, in literis, pollebat, perſpicaci ingenio & magna facundia vir, qui, Caroli Calvi rogatu, Dionyſii Areopagitæ Hierarchiam de Græco in Latinum vertit, qui poſtea in Angliam deſcendit, & apud Malmesbcrenſe Monaſterium a pueris quos docuit graphiis quibus ſcriptitabant (ut fertur) perforatus eſt & enectus. Cujus ſepulcrum, ad magni altaris ſiniſtrum latus ſitum, hoc Epitaphio notatur.

Hiberniæ ſubactio.

Ethi & Gregorii comparatio.

Joannes Scotus.

Clauditur hoc tumulo Sanctus Sapienſque Joannes,
Qui ditatus erat jam vivens dogmate miro.

SIMILE factum legimus de Sancto Felici, ſubulis ſutoriis enecto.

POST Gregorium, Donaldus Kennedi Magni nepos Conſtantini Regis filius, apud Scotos regnat; qui labore improbo, terras quas Gregorius acquiſivit, tueri niſus eſt, quia, *Non minor eſt virtus, quam quærere parta tueri*: Nunc Hiberniam, nunc terras in Anglia captas viſitat, & ſubjectis legem ponit. Huic Donaldo Dani multa obtulerunt, quatenus cum eis in Anglos bellum moveret, quibus Donaldus non acquievit, indecorum cenſens Chriſticolas & fideles viros gratia Paganorum, vel poſſeſſionis injuſte poſſidendæ inquietare. In hoc virum laudo, & paulo poſt, Gregorium laudandum cenſeo. Ejus anno decimo Alphridus Rex Weſtſaxonum moritur, cui Edwardus filius ſucceſſit. Poſt Donaldum, Conſtantinus filius Ethi, anno

Donaldus.

Alphridus Saxo.

Conſtantinus Scotus

Digitized by Google

Domini 903. regnat. Plura bella contra Edwardum Anglum & filium ejus nothum Edelſtanum hic Conſtantinus geſſit. Eugenio filio Donaldi Combriæ dominium dedit. Unde iſte Conſtantinus grandi cum exercitu Angliam ingreditur, & in prælio victus Combriæ terras quas a diebus Gregorii. 54. annis Scoti tenuerant, turpiter amiſit. Poſtea ad Scotiam rediens, 4 annos regni ſceptrum rexit, & demum in Sancto Andrea religioſus effectus eſt, & illic quinquennio uſque ad mortem ſtetit.

CAP. III.

De Knothi Regis Angliæ liberis. De Edwardi indole, miraculis & caſtitate, deque Haroldi Regis Angliæ a Normanno circumventione.

REGNANTI apud Anglos Knotho ſeu Canutho, qui de Danorum gente erat, duo erant liberi, ſcilicet Haraldus & Hardiknothus, Hardiknothus corpore erat agillimo, & propterea pedes magis quam eques incedere gaudebat. Haraldus regnabat proprio arbitrio magis quam ratione uſus. Propterea regno erat inutilis, & ſolum duobus annis imperat. Cui Hardiknothus ejus frater ſucceſſit, & cum primum regnare cœpit, corpus defuncti fratris Haraldi exhumare facit, & ipſum in Tameſiam Londoniarum flumen projecit, quod de nocte piſcatores inventum in Sancti Clementis delubro ſepeliverunt. Hoc Hardiknothus fecit, propterea quod matrem & avunculum Haraldus Rex extorres fecit, quos exules Hardiknothus revocat. Poſt Hardiknothi obitum, Angliæ Principes convenerunt, ut nullum de Danorum gene-

Haraldus.

re

re ad regnum admitterent, quia Danis tunc reſiſtere poterant, quia ſolum filiam, & non marem, Hardiknothus reliquerat. Pro Edwardo, qui tunc apud Normannos exulabat, Angliæ primores mittunt: qui regni diadema ſuſcipiens, in ea vitæ integritate & ſinceritate, in qua puer fuerat, perſeveravit. Optima erat indole hic Edwardus, & ab ineunte ætate, & teneris annis, ſancte & religioſe educatus, quod ad vitæ ſanctimoniam & celebritatem non parum conducit. Unde Ariſtoteles II. Ethicorum dicit, *Non parum refert, immo multum, aut potius totum, juvenes ſic, vel ſic in juventa aſſueſieri.* Et, ad hoc muniendum, præceptoris ſui Platonis auctoritatem adducit, per dolium novum teſtamve novam analogiam accipito. Secundum illud Horatii, *Quo ſemel eſt imbuta recens ſervabit odorem Teſta diu*------ Ab ineunte ætate male initiati, indomiti, & male morigerati, mendaces & blaſphemi evadunt. Non ſic iſte Edwardus, de quo loquimur, initiatus erat: nam Deum revereri, & timore filiali eum timere didicit. Joannem Evangeliſtam magno amore, quatenus ad Deum pro eo intercederet, proſecutus eſt. Cum quodam die a Weſtmonaſterio Londonias veniret, amore Dei, & Joannis Evangeliſtæ, quidam peregrinus ab eo eleemoſynam petit, cui Rex clanculum annulum aureum, precioſa gemma inſignitum, projecit, quem quibuſdam peregrinis Anglis Joannes Evangeliſta poſtea retulit, præcipiens, ut eum Regi darent, & mortis horam ei, quam dicebat, indicarent. Dum corpus Chriſti in ſacrificio Altaris levarent, Danorum Regem in viſione vidit in mari ſubmerſum, qui in Angliam veniens Edwardum perturbare propoſuit, aſtantibuſque ſubmerſionem reſeravit: Et ita inventum eſt. Godwini filiam Edwardus hic in matrimonium accepit: quam nunquam matrimonialiter cognoſcere tentavit, ſed, ſicut Chryſanthus & Daria, ſanctam virginitatem ad vitæ exitum coluerunt. In Weſtmonaſterio hic Edwardus ſepultus eſt, anno ab orbe redempto 1065. Cui Haroldus Godevini comitis filius ſucceſſit. Hic Haroldus ad Flandriam navigans, contrario vento agitatus, in Gulielmi Normannorum Ducis manus incidit, qui eum jure-

Edwardus.

Puerorum educatio.

Edwardi indoles.

Miraculum de annulo dono dato.

De Dano viſo.

Edwardi virginitas.

Haroldus.

Digitized by Google

Normanni fa- jurando aſtrinxit, ut ſuam filiam in uxorem acciperet, & Angliam ad ipſius, hoc eſt Gulielmi commodum ſervaret, eaque conditione ad Angliam libere redire permiſſus eſt.
cinus.

CAP. IV.

De Scotiæ Regibus, & eorum Geſtis.

REBUS Anglicis paululum relictis, res Scoticas intermiſſas ſuo ordine proſequamur. Malcolmus Donaldi filius, anno domini 943. apud Scotos regnavit. Cui Edmundus Angliæ Rex, Eldredi frater, Combriam dedit: pro qua homagium & fidelitatem Anglo præſtitit. Satius enim eſſe judicabat hoc efficere, quam in quotidiano bello vivere. A Scotis Moravienſibus dolo hic Malcolmus extinctus eſt. Cui Indulphus Conſtantini filius ſucceſſit, qui a Danis patriam infeſtantibus occiſus eſt. Præterea, anno domini 961. Duffus Malcolmi filius apud Scotos regnat, Vir pacificus, ſed tempore ejus partes boreales latrones perturbarunt, quos dum comprehendere perrexit, in cubiculo occiſus eſt: eum ſui clientes negligentes deſeruerant. Duffo Culmus Indulphi filius in regno ſucceſſit, vir lubricus, vitam Sardanapali inſequens virgines ſtuprabat, quandam puellam formoſam Principis viri rapuit, ea propter vir ille illuſtris, Rohardus nomine, ipſum interemit, ſuper cujus morte pauci admodum triſtati ſunt. Ex hoc Reges diſcant Principum filias uxoreſve (quod majus eſt) non rapere, quia ſi Principes cordati & animoſi fuerint, regio capiti inſidiabuntur. Culmo Kennedus ſecundus ſucceſſit: qui per fœminam doloſe occiſus eſt. Hæc mulier Comitiſſa Anguſiæ fuit: quæ Regem ad prandium invitavit, ſtatuamque ſagittas

Malcolmus.

Indulphus.

Duffus.

Culmus.

Kennedus ſecundus.

ſagittas evomentem habuit, & unius ictu Rex interiit, ſicut ſuperius capite primo hujus libri diximus. Præterea, anno domini 994. poſt Kennedi mortem, Conſtantinus Calvus, Culmi filius, ſuis complicibus collectis, & ſpreta procerum multitudine, ſibiipſi coronam impoſuit. Hoc magnæ diviſionis apud Scotos erat initium: Gratia cujus vix unquam reſpublica Scotica magis nutabat. Hunc Conſtantinum Calvum una factio ſequuta eſt, reliqua vero Malcolmum, & ejus patruum Nothum, nomine Kennedum, virum in re militari ſtrenuiſſimum. Accidit ut uno die ambo duces in Laudonia occurrerent, juxta amnem Aumundum, 6000 paſſibus ab Edimburgo diſtantem. Illic ambo duces perempti ſunt: ſed partem ſuperiorem Kennedum habuiſſe referunt. Conſtantino perempto, ejus partes Grynenus ſequutus ſibi ſceptrum regni vendicat. Tunc certamen erat inter Malcolmum filium Kennedi pro jure regni. Et pro lite longa dirimenda duellum cum paucis militibus ubi ingreſſi ſunt, Malcolmus victor evaſit, nec regni diadema ſuſcepit, quouſque primores omnes conſenſerunt quod Rex maneret, quod, anno Domini 1004. factum legitur. Hic Macolmus xxx. annis regnavit, filiam unigenitam habuit hæredem, quam nuptui tradidit Eryvino Abathano de Dul, hoc eſt Seneſcallo regis in inſulis, qui regios proventus collegit. Anno hujus regis Malcolmi xiii, regnavit in Anglia Edmundus Irnſyd, de quo paulo ſuperius mentionem fecimus: demum hic Malcolmus juxta Glammas, a traditoribus quibuſdam, qui partes Gryneni ſequebantur, occiſus eſt. Fuit autem iſte Malcolmus tantæ prodigalitatis, ut nihil terrarum in regno ſibi reliquerit, ſed omnes terras regias principibus & aulicis ſuis impertiverit, in quo plurimum deliquit, & regiam ſedem, quantum in eo erat, maculavit; nam licet illiberalitas, prodigalitate fœdius, in rege præſertim, ſit vitium, ut Ariſtoteles iv. Ethicorum primo ait, *Tamen in utroque eſt labes, & rariſſime prodigalitas ſimplex, ſine avaritia juncta, invenitur.* Cum enim homo quibus non decet ſua irrogat, ab aliis a quibus non decet extorquere aliena habet opus. Tanta igitur penuria preſſus eſt, ut querimoniam

Conſtantinus Calvus.

Malcolmus Kennedus.

Grynenus Malcolmus.

Eryvinus.

Vectigalium ad Fiſcum applicatio.

rimoniam regni primoribus coactus ſit facere, Optimates cum Nobilibus in hanc ſententiam convenerunt, ut poſt ſuam ipſorum mortem ſuos hæredes Rex aleret, & omnes eorum proventus ad viceſimum primum ætatis annum reciperet, quod annue Scotorum regibus multum valet. Contingit enim Regem de uno viginti nobilium millia vel amplius recipere, ſecundum quod filius eſt junior vel ſenior, & dominium eſt pinguius, & adhuc in fine ejus matrimonium habet, pro quo pecuniam non modicam colligere poteſt; & de Mulieribus hæredibus, ſuis famulis honeſtis providere poteſt: in hoc Malcolmus Rex probiſſime egit. Noluit quod plebs vectigalibus premeretur, eſto quod pecuniarum eſſet indigus, ſed regni optimates cum nobilibus oratos fecit, quatenus ſine plebis gravamine ſibi & futuris Regibus honeſte providerent, quod non imprudenter fecerunt; quia ſibi terras a Rege conceſſas perpetuo tenuerunt, & modum invenerunt honeſtum ſine ejus jactura, quatenus Rex magnam colligeret pecuniam. Hæc lex dominii non eſt inutilis, quia viceſimo primo anno expleto, ad ſuas terras ingrediuntur, & imprudentibus juvenibus per hanc viam negata eſt via poſſeſſionis alienandæ in juventute.

Sepulto Malcolmo cum Patribus ſuis in inſula Iona, in qua Predeceſſorum ejus plurimi ſepulti erant, incepit regnare Duncanus nepos ex filia Beatrice, qui ſex annis regnavit. Anno ſecundo hujus, Knothus Danus Anglorum Rex obiit, cui filius Haraldus ſucceſſit. Eodem anno dux Normanniæ Robertus viam univerſæ carnis ingreſſus eſt, in cujus locum ſuffectus eſt Gulielmus, dictus Baſtardus, puer ſeptennis, ope Henrici Francorum Regis adjutus, qui puerum in tutela habuit. De hoc Gulielmo & ejus annis, propterea loquor, quia cum Britannis multum commercii habuit, ut poſtea dicetur. Hic Malcolmus, a factione oppoſita adhuc, latenter peremptus eſt, per quendam nomine Machabedam, apud Lorhgowanem letaliter vulneratus eſt, & Elgin delatus occubuit, qui in Iona cum Patribus ſepultus eſt. Imprudentes erant Reges iſti, qui viam

Duncanus.

Danorum Reges.

Normanniæ Reges.

Malcolmi cædes.

viam unionis & amicitiæ cum factione oppoſita non invenerunt, vel eam, pro reipublicæ utilitate & pace non extorrem, a patriis finibus expulerunt; vel ſi pars oppoſita latenter diſſimulabat, & erat Regi incognita, ſine magno milite proficiſci non debebat; quia propter regnum occupandum multa mala committuntur, ſecundum verbum habitum ſemper in ore Cæſaris. *Si violandum eſt jus, propter imperium violandum eſt*; *in cæteris pietatem cole.* Regna bellum parant. Raro inveniuntur homines titulum etiam minus apparentem habentes ad regna, quin, opportunitate data, omnia fortunæ committant. Hic Machabeus, ſive Machabeda, Machabeda. (ut alii loquuntur) Malcolmo proditorie extincto, ſceptrum regni ſibiipſi tyrannice impoſuit, & Malcolmi defuncti filios perſecutus eſt, quatenus eos perderet. Erant enim Malcolmo duo liberi, ſcilicet, Malcolmus Canmor, Malcolmi filii. hoc eſt Malcolmus cum grandi capite, & Donaldus Bane ex conſanguinea Suardi comitis Northumbriæ prognati: cujus duo fratres per duos annos in patria manſerunt, victoriam ſperantes. Cum igitur diutius contendere non audebant, Donaldus inſulas, Malcolmus Combriam adibat.

CAP. V.

De Scotiæ Regibus Malcolmo Canmor, & Machabeda, deque Edwardi Sancti, regis Angliæ, obitu, & Edgari cum prole in Scythiam profugio, divæque Margaretæ, ejus filiæ, matrimonio & liberis.

Malcolmus Canmor.

HIc Malcolmus Canmor, verum jus in regno Scotorum habens, xiv annos manſit in Anglia, quem amici & æmuli ad patrias lares revocarunt. Æmuli quidem, ut eum perderent; & amici, ut ipſe fortunam regni habendi tentaret. Anno Machabedæ primo, Haroldo ſucceſſit frater ejus Hardiknothus, Danici generis ultimus rex in Anglia. Iſte Machabeda fautores Malcolmi Canmor variis ſuppliciis affecit, quoſdam bonis fortunæ ſpoliavit; quoſdam vero in tetros carceres truſit; aliquos vero bonis privatos extorres a regno ejecit; nonnullos autem capite obtruncavit, & inter reliquos Makduffum de Fyſa Thanum, unum præcipuum regni, quem ſuſpectum habebat, verbis injurioſis affecit, inquiens, Quod ſubito collum ejus in bovis jugo terram arantis poneret. Mackduffus hilarem vultum & innocentiam ſimulans Regis iram evaſit, & clanculum a Curia ſe ſubtrahens in Angliam navigio delatus eſt, cujus omnia bona Machabeda fiſco applicuit, & ipſum hoſtem publicum, & a regno extorrem imperpetuum, publico tubæ ſonitu, proclamavit: Verum plurimum reliquis principibus diſplicuit, quod Rex ſua propria auctoritate, conſilio Procerum non vocato, ſic principem virum proſcriberet. Unde cum Makduffus ad præſentiam Malcolmi Canmor deveniſſet, & ſuadere incepiſſet, ut ad patrios fines rediret, aſſerens tam nobiles quam

Hardiknothus Machabeda.

Makduffus.

quam vulgus ejus adventui applauſuros; is Makduffi fidem experiri volens, ob tria dicebat ſe regno inutilem: primum, quod luxurioſus erat, & per conſequens principum filiabus, & fortaſſe (quod eſt multo deterius) conjugibus abuteretur. Secundum, quod avarus eſſet, & omnia cuperet. Ad quæ duo Makduffus, in Scotiæ inquit regno ſeptentrionali & frigido, formoſiſſimam habebis conjugem, quæ ſola tibi ſufficiet. Nullus eſt in Anglia aut Scotia Princeps, qui non libenter ſuam filiam tibi conjugem tradet. Pro avaritia, potes omnibus bonis regni, prout voles, uti, amore & pace quicquid petieris, populus tibi non negabit. Ad hæc tertium Malcolmus objecit, inquiens, ſum mendax, doloſus & inſtabilis. Cui tale reſponſum Makduffus dediſſe fertur, Abito ergo fæx generis noſtri, abito hominum monſtrum, regno quolibet indignum. Cum fidelitatem & honeſtatem Makduffi Malcolmus perciperet, veram cauſam, quare illa objecerit, amico patefecit, & eum juſſit eſſe bono animo, promittens, quod ſi ſibi Deus ſceptra regni concederet, prout in divina clementia ſperabat, ei omnia ejus bona ablata duplicaret. Noluit tamen ab Anglia diſcedere, in qua jam xv. annis extorris agebat, quin Anglorum Regem Edwardum adiret, & cum ejus benigna venia a regno abiret: quem humaniſſime Edwardus (quia erga omnes humaniſſimus erat) ſuſcepit, & ei ſuppetias, tam in auro, quam in milite, dedit. Interim in Scotia turbationes & murmura fiunt contra Machabedam, & primo adventui Malcolmi & Makduffi Principes & vulgus congratulabantur, & alacriter Regi occurrerunt; quod Machabeda tyrannus ſentiens, ad partes Scotiæ boreales aufugit, quem Malcolmus protinus ſecutus eſt, & parvo prælio commiſſo, apud Kynquhanan Machabeda, viribus longe inferior, occiditur. Interea tamen, morte Machabedæ audita, ſequaces ejus conſobrinum ejus, nomine Lutach, agnomine fatuum, Sconam ducunt, & ei coronam imponunt, exiſtimantes Optimatum aliquam partem, & vulgus eum debere ſequi, : ſed cum nulli ejus partes ſequuti eſſent, aufugerunt; quod Malcolmus intelligens eum quærendum mittit,

Machabeda profugit.

Cædes.

Lutachus fatuus.

Cæditur. mittit, & inventum apud Strabogum occidunt. Tunc ei adhærentes latibula hinc inde quærunt. Hac factione perverſa ſepulta, Malcolmus Sconam ductus eſt, in qua, anno Domini 1057. regalibus regni inſignitus eſt. Rege in pace regnante, & omnibus ubique in regno pacatis, Makduffum tria a Malcolmo Rege, pro ſua benevolentia Regi

Makduffi poſtulata. oſtenſa, petiiſſe ferunt. Primum, ut ſui ſucceſſores, ſcilicet Thani Fyfenſes, Regem coronandum in ſede locarent. Secundum, quandocunque Regis vexillum in hoſtes expanderetur, Vangardiam, hoc eſt, primam belli aciem, Thanus Fyfenſis duceret. Tertium, quod omnes poſteri de ſua cognatione pro nobilis caſuali nece xxiv. marchis, & vernaculi pro xii. remiſſionem haberent. Dicere conſueverunt homicidæ ſe abſolvendos, dummodo hanc ſummam darent ad Kinboc privilegio legis Makduff.

Redarguuntur. Imprudens in petitione Makduffus erat. Indignationem aliorum principum duo prima facile poterant ei parere. Tertium vero, viſa populi ad homicidium proclivitate, injuſtiſſimum, & ſub umbra inopinati homicidii inveteratum odium facillime alere poterat. Sed quicquid ſit, Rex in tanto excuſandus venit, licet fortaſſis non a toto; Makduffo de ſe optime merito nil negare auſus eſt vel voluit. Poſt hæc, Rex edoctus eſt de quodam equite aurato, quem vulgo militem vocant, qui cum aliquibus viris Belial in ſuum caput conſpiraſſet, ex induſtria militem tanquam fa-

Malcolmi Regis facinus audax. miliarem, dum venatum iret, accerſivit, & dum in campis poſt feras vagarentur, certo propoſito militem ſecum ſeparatum magna ab omnibus intercapedine abduxit. Tunc ab equo deſiliens Rex militi præcepit, quatenus viriliter duellum ſecum nullo ſpectante intraret, & non proditorie nec incautum Regem invaderet: quod miles audiens, ad Regis genua ſupplex in terram ſe proſtravit, veniam humiliter implorans, & complices ſceleris incepti reſeravit omnes. Cui Rex veniam impertivit. Hoc Regis fa-

Improbatur. ctum non approbo, ſed vehementer incuſo & deteſtor: Stat quod miles meticuloſus erat, certamen ſingulare ingredi non audens, & ſi temerarius animoſuſque fuiſſet, & ſi nihil mali in Regem unquam concepiſſet, bellum ſingulare

lare ei oblatum ne ignaviæ argueretur non recuſaſſet. Sed exitus certaminis eſt incertus. Pauca perdere habuit miles niſi ſe & ſuum parvum dominium. Ruina Regis fuiſſet in reipublicæ maximam perniciem. Præterea, plurimum Rex deliquit, licet enim miles reus eſſet mortis, Rex tamen ante conceptionem talis pugnæ, & poſt conceptionem culpæ illius erat innocens, ad hoc ut a milite ſi ſors ferret occideretur: modo ſeipſum innocentem periculo necis exhibuit, & quantum in eo erat militi occaſionem homicidii dedit. Præterea, quod his magis ponderandum erat, aleam magni ſchiſmatis futuri in toto regno jecit, in quo magna tam nocentium quam innocentium ſanguinis ſolet eſſe effuſio. Adde, quod Rex, cum ſit perſona publica, non poteſt ſe bello exponere ſine populi conſenſu vero vel interpretativo; conſenſu inquam rationi conſentaneo. Hoc tempore Edwardus Rex Angliæ obiit, anno 1066, ut noſtri annales perhibent. Angliæ vero hiſtoriæ, quibus magis in hac parte credendum eſt, uno anno minus. Iſte erat ſanctus Edwardus Confeſſor, de quo ſuperius mentionem feci. Et Edgarus Ethling Anglorum Rex propter ſui regni infortunia navem conſcendit, matre, ſorore, & familia multa impoſita, in patriam qua natus eſt redire volens: contrario vento agitatus oris Scoticis appulſus eſt in quendam locum qui idcirco ſinus Sanctæ Margaretæ ab incolis appellatur. At Rex Malcolmus, eos Anglos intelligens, ad naves deſcendit; Anglica enim ut ſua lingua utebatur, quæ in illa tempeſtate apud Scotos erat rara. Nimirum, xiv. annos & amplius pueritiæ ſuæ in Anglia exul egerat, in qua ætate optime lingua extranea capitur. Poſt multa colloquia & humanitatis officia, Angliæ Regis filia, Margareta nomine, ob animæ & corporis dotes ſic Malcolmo placuit, ut eam conjugem duxerit: ex qua ſex filios procreavit, ſcilicet Edwardum, Edmundum, Etheldredum, Edgarum, Alexandrum & Davidem, & duas filias, ſcilicet Mathildam, poſtea Angliæ Reginam, & Mariam, poſtea Bononiæ comitem ſeu comitiſſam. Tempore hujus Regis erat Marianus Scotus, hiſtoriographus & computiſta inſignis & gravis theologus. Hiſtoriam ab orbe condito

Edwardi obitus.

Edgarus.

Sanctæ Margaretæ Anglicanæ ſoboles.

Marianus.

ad ſua tempora ſcripſit; de computo librum unum, de evangeliſtarum concordantia librum unum. Coloniæ apud Sanctum Martinum factus eſt monachus, poſtea ad Fuldam tranſlatus, xii. annis illic manſit. Poſtea juſſu abbatis Fuldenſis, & epiſcopi Moguntinenſis manſit Moguntiæ; xvii. annis apud Sanctum Martinum, & illic mortuus, non ſine ſanctitatis opinione, anno Domini 1086, anno ætatis ſuæ lviii. Inſuper tempore hujus Malcolmi Regis Guillelmus Baſtardus Angliam cepit; ad quem, Malcolmo parum relicto, ſermo convertatur.

Gulielmus Normanniæ Nothus.

C A P. VI.

De Anglorum Geſtis; & primo de Guillelmi Normandiæ Nothi in Angliam deſcenſu, & Haroldi Regis ab eo interemptione. De Scotorum libertate; Guillelmi prole & morte.

Gulielmus Normannus. Haroldus.

ANNO Domini 1066, Guillelmus dux Normandiæ in Angliam deſcendit; cui Haroldus Angliæ Rex pauco ſtipatus milite, quia Anglis inviſus erat, occurrit. Anglorum annales hic ſequor. Unum trium Guillelmus ab Haroldo petit, ut vel filiam in conjugem duceret, vel Angliam ab eo teneret, vel belli fortunam experiretur. Tertium Haroldus elegit, in quo bello occubuit: & poſtea Rex Anglorum Guillelmus creatus eſt Londoniis in feſto nativitatis Chriſti proxime ſequenti. Paulo poſt in Normandiam profectus eſt, & in anno ſecundo regni ſui ad Angliam rediit cum Mauda conjuge ſua, quam in feſto Pentecoſtes

Digitized by Google

tecoſtes coronavit reginam. Poſtea contra Scotos profectus. Sed Malcolmus Scotus & Guillelmus ea lege convenerunt, ut Caxtonus aſſerit, quod Scotiam Malcolmus teneret de Rege Angliæ, & ejus homagium Guillelmus ſuſcepit. Quod liquet eſſe falſum apud omnes Latine ſcriptores Britannicos: ſed iſtud erat circa Comitatum Cumbriæ in Anglia ſitum, quem Scotorum Reges ex Anglia tenuerunt, & ſemper ſuis primogenitis dederunt, qui Anglorum Regibus ratione illius Comitatus homagium fecerunt. Licet ita Malcolmus cum Guillelmo convenerat, crebro tamen Northumbriam ultra flumen Theſam devaſtavit. Reges pacem ſervant quando volunt. Et pluribus apud Gatiſheid occiſis, partes omnes illas accepit, demptis arcibus & munitionibus. Rex Angliæ Guillelmus fratrem ſuum Bajocenſem epiſcopum, quem Cantiæ comitem conſtituit, contra Scotos miſit cum ingenti Anglorum & Normannorum copia; quos Malcolmus fudit, & ad Humbrum flumen perſecutus eſt. Poſtea dux Guillelmus filium ſuum Robertum contra Scotos miſit, ut eis bellum inferret; quos non aggreſſus eſt, nec aliud egit niſi novum caſtrum ſupra Tinam condidit, quatinus Scotis reſiſteret. Inauditum eſt unquam & apud Scotos prorſus inopinabile, quod Scotus in ſuo regno pacificus Anglum vel quemcunque alium in temporalibus ſuperiorem recognoſceret. Et iſtud ex præteritis colligi poteſt, cum Romanis & Britonibus ſemper reſtiterint in inſula, & ſæpius eos invaſerint, teſte eorum hiſtoriographo & conterraneo Beda. Modo Rex Malcolmus poſt adeptam coronam in ſuo regno bella civilia habuit nunquam, ſed a primoribus & plebe in magna veneratione habebatur. Et eſt omnino ſimile, ac ſi Hiſpaniarum Regem vel regnum Francus diceret ſibi eſſe ſubjectum, eo quod eſt ei ſubjectus quoad Flandriæ comitatum, qui de domo Franciæ prodiit. Fateor tamen quod Malcolmus Rex erat Anglo quoad Cumbriam ſubjectus, ſive hoc inferat iſtud conſequens ſive non; ergo Malcolmus Rex Anglo fuit ſubjectus ſimpliciter, nihil refert. Tamen regnum Scotiæ nunquam Angliæ fuit ſubjectum, nec Anglo

Malcolmi cum Guielmo fœdus.

Scoti nulli unquam vectigales nec beneficiarii.

Digitized by Google

Scotus ratione regni Scotiæ, ſicut Carolus Flandriæ Comes non eſt ſubjectus Franco ratione regni Hiſpaniæ.

Gulielmi proles.

Iste Guillelmus ex Mauda uxore genuit hos liberos, Robertum Curtoys, Willelmum Rous, Henricum Beauclerk, & aliquot pulchras filias. Et cum ad mortem tenderet, Roberto Curtoys Normandiam, Guillelmo Angliam, Henrico aurum & magnam ſupellectilem reliquit; & cum xx. annis in Anglia regnaſſet fato ceſſit, & Cadomi in Normandia ſepultus eſt. In Scotorum annalibus legiſſe recolo hunc Guillelmum templa parochialia in Anglia numeraſſe, & xvii. ſupra 45000 inveniſſe. In Anglia (ut ſuperius diximus) parochiale delubrum quilibet vicus, etiamſi duntaxat xx. ſit ignium, habet. Non ſic autem eſt in Scotia, & in hoc Anglorum politiam eccleſiaſticam, ſicut in multis aliis, Scotorum politiæ eccleſiaſticæ præferendam judico.

Mors & ſepulchrum.

Angliæ Parochiæ.

C A P. VII.

De Guillelmi Rufi in Anglia regno & inſolentia, impietate, ac nece digna.

Gulielmus Rufus.

Anglorum habenas moderandas de patre mortuo Willelmus Rufus ſeu Rous ſuſcepit, quas non oculate, ut regem decuit, rexit. Loca divum & religiones parvifecit: beatum Anſelmum Cantuariæ archiepiſcopum virum ſane probum, quia eum arguit, extorrem ab Anglia ejecit, qui Romam adivit, & illic libros ejus, opera non contemnenda, ut auguror, pro magna parte fecit. In tantam nequitiam & amentiam hic Rex incidit, ut, multis religioſis domibus demolitis, nemus grande & pulchrum exſtruxerit, in quo ferarum omnis generis ingentem multitudinem

nem collegit: magnam aulam in Weſtmonaſterio, in qua ſumma regni juſtitia exercetur, a fundamentis erexit. Paulo poſt ad nemus præfatum venandi gratia ivit; & dum per nemus ipſe incederet, ſagittam contra quandam aviculam quidam ſagittarius ejus aulicus direxit, quæ a nodoſo ramo repercuſſa Regem interemit: Reges poſteros docens, ne, pro ſuo arbitrio & oblectamento capiendo, loca pia & religioſa contaminent, quia per quæ quis peccat per ea & torquetur. De loco ſacro nemus & locum prophanum fecit: ſed publicum & grande piaculum grandem pœnam ſequi neceſſe eſt.

CAP. VIII.

De reliquis Malcolmi Regis Scotorum geſtis, deque uxoris ejus ſanctitate, & ejus per uxorem religione pia.

TRIGESIMO primo anno regni Malcolmi Canmor, Guillelmus baſtardus mortem obiit. Cujus uxor Margareta tota religioſa Regem cordatum & alti animi virum totum religioſum effecit: virum ſanctum hæc ſancta mulier fecit. Nec mirum, quia *Cum ſancto ſanctus eris*, ut pſaltes regius canit. Quinque ſacrificia ſucceſſive celebrata ſuper genua hæc mulier quotidie, & Rex duo vel tria, audire ſolebant. 300 inopes dictim alebant, quibus propriis manibus cibum potumque dederunt: ſex pauperum pedes quolibet die adventus & quadrageſimæ Rex, & multo plures Regina, lavare conſueverat. Eccleſiam Dunelmenſem, quam Duram Britanni dicunt, erexit: partes illas tunc poſſidebat. Primos templi lapides Turgotus loci epiſcopus benemeritus, conventus, prior & rex poſuerunt.

Malcolmi & Margaretæ conjugum ſanctitas.

runt. Templum de Dunfermenlyng multum ditavit. Verum cum arcem de Alnwik Malcolmus obſideret, in cuſpide lanceæ arcis claves quidam belliger attulit, & Regem incautum interemit. Ex hoc poſteris exemplum datur, hoſtem niſi in militum multorum præſentia non admittere. Ex his etiam patet quod licet aliqua loca in Northumbria ad xxiv. leucas Malcolmus haberet, tamen munitiones varias inter illa loca poſſeſſa & Scotiam Angli poſſidebant. Hoc patet de Novo Caſtro xxii. leucis ab Alnvico ſeu Alnwike, & decem leucis a Bervico, diſtante.

Malcolmi cædes.

CAP. IX.

De Scotorum Regibus, Donaldo, Duncano, Edgaro, & eorum liberis ac geſtis.

MALCOLMO Canmor ſic incaute interempto, Scotorum regnum Donaldus Bane, Norvegiæ Regis auxilio fretus, invadit. At contra Donaldum Bane patruum Duncanus Malcolmi nothus inſurrexit, & patruum in fugam convertens ſibi ipſi diadema impoſuit. Hic manifeſte videmus, quod nulla ſanguinis propinquitas a regno capiendo impedit. Egregia indole liberos Malcolmus Canmor reliquerat, & tamen eorum regnum patruus, delirus ſenex & nothus, qui raro bene agere ſolet, perturbat. Anno cum ſemis hic furcifer nothus regnavit. Patrui ſui Donaldi & comitis de Mernis, Malpet nomine, dolo interiit, quo interempto Donaldus iterato regnat. Hoc animadvertens Edgarus Anglus, ab Anglia extorris, ſanctæ Margaretæ frater, nepotes ſuos, Scotiæ veros hæredes, in Angliam miſit,

Donaldus Bane.

Duncanus.

quorum

quorum nonnulli mortui ſunt; nec certitudinaliter legimus qualiter dies clauſerunt extremos: ſed tres ſuperſtites manſerunt, quorum maximus natu Edgarus erat, qui, duce Edgaro avunculo, contra Donaldum Bane ſurrexit, qui regimen a Donaldo patruo abſtulit: & quia ſanctus Cuthbertus ei apparens in principio belli victoriam promiſit, terras de Coldinghame & Bervicum eccleſiæ de Duram dedit. Hic Edgarus Mathildam, quam noſtri Maudam vocant, Henrico Regi Anglorum conjugem dedit, & Mariam juniorem ſororem Euſtaſio comiti Bononiæ. Hic Edgarus, ubi novem annis pacifice regnaverat, in Dunfermelyng prope patrem apud altum altare conditus eſt tumulo. Edgarus. Mathildis Mauda.

CAP. X.

De Alexandro Audaci, Scotorum Rege.

EDGARO autem mortuo, habenas ſuſcepit anno Domini 1107 Alexander, cognomine Fers, qui ideo ſic dictus eſt quod patruus ejus comes de Gowri dedit ei dono in baptiſmo terras de Lyf & Invergowry. Quidam ſatellites de Mernys & Murvia ſeu Moravia eum nocte dolo trucidare conati ſunt, quem clanculum cubicularius per latrinam emiſit. Et quia ita ope Dei evaſerat, apud Sconam monaſterium opulentum canonicorum regularium fundavit, cui in dotem dominium de Lyf & Invergowry dedit, & ſtatim inimicos ad partes boreales fugientes perſecutus eſt. Ad flumen rapidiſſimum de Spei pervenit: ex oppoſito latrones hoſtes erant. Propterea Regi conſultum eſt fluminis vadum non attentare. Inimicis viſis, Rex irarum plenus cubiculario vexillum ferendum contulit, quem trajicientem e toto exercitu Rex ſecundus inſequitur. In Alexander Fers.

Alexandri audacia.

hoc Regem reprehendo, quia non fuit fortitudinis ſed temeritatis actus, ſe tanto hoſtium diſcrimini exponere. Veri Regis defectu non multo antea politia quaſſabatur: ergo illius reminiſci Rex debebat. Et exercitum non probo, qui Regem in magna quantitate non præceſſit, ſed cubiculario Alexandro Caron vexillum ſemper ante Reges ferendum cum dominio competenti conceſſit. Et quia in arte gladiatoria hic cubicularius peritus erat, & Angli manum in quodam duello ſubtili ictu amputavit, Skyrmengeoure vocabatur, hoc eſt gladiator ſeu dimicator: & ita hodierno die Dundeæ coneſtabulis, qui ab eo deſcendit, vocatur. Cæſis hoſtibus, ad partes regni meridionales rediit, templum Sancti Andreæ de Kilrimonth ditavit, curſum apri beato Andreæ contulit, Dunfermenlyng in opibus auxit, Sconam fundavit, & monaſterium canonicorum regularium in inſula Emonia juxta Innyrkethin, quæ nunc Sancti Columbæ inſula vocatur, erexit. xvii. annos regnavit, & apud patrem in Dunfermenlyng honorifice ſepultus eſt, cujus in animi fortitudine & in juſtitiæ zelo verus erat imitator.

CAP.

Digitized by Google

CAP. XI.

De Davide Scotorum Rege præſtantiſſimo, in quo ſunt mira omnium virtutum exempla; & de Henrico filio ejus, & ex eo nepotibus; deque Richardo de S. Victore.

EDGARO & Alexandro ſine liberis defunctis, David eorum frater ſuccedit anno 124 ſupra milleſimum; qui ambobus fratribus præſtantior, xxix. annos & duos menſes regnavit. Tumidorum domitor & malleus, erga ſubjectos clemens & propitius: illud Virgilianum adimplere ſuetus, parcere ſubjectis & debellare ſuperbos. Ingenue hic fatebor ingenioli mei vires tranſcendit hujus vitam adamuſſim enucleare; ſecundum tamen temporis anguſtiam aliqua de eo raptim ſcribam. Cum Stephano Anglorum Rege duo grandia bella geſſit, alterum apud Alertounem, in quo ipſe victor evaſit. Northumbriam & Combriam populatur omnem, & pro captivorum redemptione Combriam & Northumbriam recuperavit. Idem eodem anno Angliam reintravit, & alterum bellum inter eum & Anglos non incruentum commiſſum eſt, ſcilicet de Standardum, in quo Scoti victi ſunt: tandemque inter Stephanum Anglum & Davidem Scotum ea lege compoſita eſt pax, ut Northumbria apud Stephanum & Combria apud Davidem maneret. Hæc tamen pax inter eos modico tempore duravit, quia novum exercitum contra Angliam paravit David, ut Anglos invaderet: ſed Turſtanus archiepiſcopus Eboracenſis ad arcem Marchemundum, hoc eſt Roxburgum, veniens, a Davide inducias ad tempus impetravit.

David Rex inclytus.

Stephanus Anglus.

Pax inita.

Digitized by Google

Quibus finitis, Northumbriam miſere afflixit, eo quod Rex Stephanus eam dare noluit, ſicut promiſit Henrico ejuſdem Regis Davidis filio, quem genuit ex Mathilde. Rex igitur Stephanus anno 138 ſupra milleſimum cum magno exercitu ad Roxburgum venit, ubi cito pavore territus ſine Scotorum damno ad ſuos rediit. Deinde anno ſequenti Rex Stephanus ad Duram venit, & illic xv. diebus moram traxit, & David in Novo Caſtro, & illic de pace tractarunt; & illic Regina Angliæ, Mathildis, neptis Regis Davidis ex ſorore Maria, ad Davidem venit, pro pacis unione avunculum flagitans. In hunc modum pacem inierunt, ut, videlicet, Henricus Davidis filius homagium Anglo faceret pro comitatu de Huntingtonio & Northumbriæ comitatum libere poſſideret. Erat enim mater iſtius Henrici Mathildis filia & hæres Valdeofi comitis Huntingdoniæ, filii & hæredis Siwardi comitis Northumbriæ. Reverſoque Rege Davide, Carliolum adivit, ubi arcem fortiſſimam conſtruxit, & urbis muros plurimum exaltavit. Ad quem acceſſit neptis ejus, Mathildis imperatricis filius, & Rex Angliæ futurus, a matre miſſus, & ibidem ab eo militari cingulo eſt inſignitus. Hoc anno Albericus Legatus, Hoſtienſis epiſcopus, ad Regem Davidem Carlioli reſidentem venit. Cæterum Henricus, Regis Davidis unicus filius, duxit Adam filiam comitis de Varrenna, de qua tres liberos genuit, ſcilicet Malcolmum Regem Scotiæ futurum, Davidem poſtea comitem Hundingtonii & Gariachi, & Guillelmum poſtea etiam Regem Scotiæ; & tres filias, Margaretam, quam conjugio duci Britanniæ tradidit, & Adam comiti Holandiæ; tertiæ nomen erat Mathildis, quæ in juventute mortua eſt. Inſuper, anno Domini 1152, Henricus, Davidis unigenitus, regni & ſanctitatis hæres, apud Calconem diem clauſit extremum, & illic ſepultus eſt. Hoc cœnobium David pater ejus erexit, & munificentiſſime ditavit. Hic David cœnobia in variis locis fundavit, quorum aliqua ſunt opulentiſſima, ſcilicet Calco, Jedwart, Melros, Newbotil, Holinculſtramen, Dundrannane, Sanctam crucem Edinburgi, Cambuskynnoth, Kinlos, Moniales apud Bervicum, Moniales apud Carliolum,

Pax ſtabilita.

Mathildis.

Albericus legatus.

Ada.

Henricus & ejus ſoboles.

Henrici obitus.

Davidis in monaſteria effuſiones.

Carliolum, Canonicos Præmonſtratenſes apud Novum Caſtrum. Illic etiam monaſterium Benedictinorum erexit, Jacobus primus, cum ad ejus ſepulturam deveniſſet, dixiſſe fertur, *Maneas illic, Rex pientiſſime, ſed reipublicæ Scoticæ & Regibus inutilis:* volens dicere, quod nimis de proventibus regiis diminuebat, pro opulentiſſimis cœnobiis extruendis. Et ejuſdem ſententiæ ſum ego ipſe; nam ultra ſexies viginti millia francicorum de terris perpetuis regiis illis cœnobiis impertivit; & ſine multo majori pecunia illa cœnobia extruere nequibat. Hic aliqua dicere libet. Si cœnobia a ſuis prædeceſſoribus extructa conſideraſſet, & quod Regi pauca admodum vectigalia Scoti pendere aſſueti ſunt, & religioſorum modum vivendi proſpexiſſet, non ſic regios proventus attenuaſſet, magnificando cœnobia, & ipſa nimis opulenta faciendo. Opes illa primitiva devotio peperit, ſed matrem laſciva filia ſuffocavit. Verum in hujuſmodi operibus non perperam, immo pie Rex egit. Ad actum enim moraliter bonum non requiritur, quod a vera prudentia reguletur: ſat eſt, quod ab ignorantia invincibili vel ab errore non imputabili dirigatur. Fervorem illum primitivum in religione viderunt; & quia opes in pios uſus boni abbates tunc diſtribuerunt, ita in poſterum futurum principes arbitrati ſunt. Sed jam tot labentibus annis paſtores ſemetipſos paſcentes, devotione neglecta, vidimus, quod opera ipſa cum magno prudentiæ libramine ſtabilita non erant. Ecce quæ ex magnis opibus in religione contingunt. Cœnobia in commendas principum filii male morigerati a Regibus ob blanditias familiares quærunt, & cœnobia, tanquam ſigna ad malos ſagittarios, opes ponunt, qui hos amplos proventus, non ut proſint, ſed ut præſint & marſupia referciant, appetunt: ad modum lucifugarum, per rimas templa in tenebris, ut oleum exſugant, ingrediuntur, & ſub malo capite membra perperam vivunt, ſecundum vetus deverbium, Quando caput languet, cætera membra dolent. Abbas jam opulentus curiam indiſciplinatam, religioſis malum exemplar, alit, & frequenter, clauſtro relicto, curiam petit, illius prudentis dicti haud memor, *Sicut piſcis*

Jacobi primi ſcomma.

De cœnobiis parcius ditandis.

Actui moraliter bono quid ſufficiat.

Monachos vagos taxat.

extra aquam non vivit, ſic nec religioſus extra clauſtrum: & quando eſt in clauſtro corporaliter, tunc mentaliter & quoad vitam eſt extra clauſtrum. Cum peſſundatis agricolis cœnobio ſubjectis, cœnobii proventibus pro ſua crumena auctis, credit, licet erronee, ſe probe egiſſe. Religioſorum officium & intentio eſſe debet, ut in clauſtro ſine ſecularium ſocietate vivant; ad Ægyptum, quam reliquerunt, non redeant; bonorum fortunæ non ſint memores. Judicent abbatem cum procuratore officia magis aliena a vera religione habere, ſicut, inter apoſtolos, officium Judæ de ſervandis loculis perniciofius erat. Solos viros integerrimos hæc officia decent. Frugaliter & tenuiter in cibo & in potu, pro corporis inſultibus domandis victitent. Iſte eſt religionis verus finis, ad quem opum mediocritas plus quam abundantia conducit: ita quod pro abbate opes ultra unum vel duos famulos alendos non habeantur. Temperantia, fortitudine, juſtitia, miſericordia & religione David pollebat. In cibo temperatus, in potu parciſſimus, a luxu omni ſumme alienus. Cum enim in florida ætate Regina obierit, viginti tres annos viduitatem inviolabilem tenuit; nec ad ſecundas nuptias ducendas induci poterat: nec verbo nec geſtu, ultra matrimonium, caſtitatem in aliquo offendere viſus eſt. In fortitudine principes ſui regni indomitos omnes compeſcuit. Anglo hoſti potenti, qui ultra Angliam plurima habuit, animoſe non ſolum reſtitit, ſed & occupata abſtulit, & ſua auxit. Juſtitiam tam pauperi quam diviti æqua lance diſtribuit. In ejus vita legimus, dum quodam die venatum ire proponeret, & unum pedem in ſcanſili ſeu ſtapeda levatum haberet, quidam agricola juſtitiam quærens ſupervenit: at Rex in palatium revertitur, hominis cauſam auditurus. Et ita erga multos pauperes facere conſueverat, quorum cauſæ ſub judicibus non facile expediebantur: opulentos fere ad judices miſit, agricolarum lites ſerioſe & humane audivit, ſic quod aliqui eorum imprudentes in civilitate ruſtica ſtomachoſe contra eum objiciebat; ſed prudens vir non motus eis, tanquam ſocius æqualis compatiens propterea

Religioſorum intentio.

Davidis vitæ honeſtas.

Juſtitiæ memorabile exemplum.

terea nunquam excanduit. Victo, dum cauſam piam haberet, de ſuo dare conſueverat. Hinc eum crebrius adibant. Et cum, propter hanc humanitatem in plebeios, omnium horarum eſſet vir, quia omne artificium callere videbatur, cum principibus & potentibus majeſtatem regiam obſervabat, ita quod ab omnibus timeretur & amaretur; licet plus amari quam timeri geſtiebat. Dum ob filii ſui Henrici mortem illuſtres viros triſtes cerneret, eos ad convivium invitat, lætitiam vultu ſimulans, cauſas triſtitiæ mitigativas cumulatiſſime in medium propoſuit. Mortem imminentem ante annum, ſive naturaliter ſive cœlitus, ut potius putatur, agnovit; & toto anno ante obitum eleemoſynas conſuetas duplicabat, quas manibus propriis erogabat. Quolibet autem die dominico ſacroſanctum Chriſti corpus accepit. Malcolmum nepotem per omnia loca regni ante ſui diſſolutionem circumduci fecit, ſicut de Solomone David feciſſe legimus; & eum comiti Fifenſi, in quo multum ſperabat, commendavit. Guillelmum nepotem ante ad Novum Caſtrum duxit, cui terras quas in Northumbria habuit dedit: quod tanquam minus oculate factum ſuſpicor: ſucceſſu temporis fraternitas & omnis parentela inter Regem & Guillelmum extincta fuiſſet. Primogenito & hæredi terram limitaneam, & Guillelmo dominium in regni umbilico, conferre debuit. Et cum in morbum quo obiit incidit, viaticum, ut celebrius de via ad terminum proficiſceretur, petiit: quod, quia in propria domo capere noluit, nec propriis pedibus ad templum incedere poterat, in religioſorum aulicorumque manibus delatus templum adiit, & re divina audita, & euchariſtia devote accepta, mortem in cardine ſentiens, extremam unctionem petiit, quam in nuda humo, more beati Martini, accepit: & cum Regis devotionem religioſi perceperunt, feſtinanter & raptim eum inungere ſtuduerunt; quod ſentiens, ut ad longum & tractim omnia perficerent, juſſit, & ut poterat ad ſingula reſpondebat. Et omnibus completis, brachiis ad modum crucis in pectore plicatis, manibus ad ſidera expanſis, in Domino obdormivit, non ſine celebri ſanctimoniæ fama. Viri ſanctimoniam

Patientiæ.

Providentiæ.

Largitatis.

Pietatis.

Prudentiæ.

Imprudentiæ.

Religioſi tranſitus.

Digitized by Google

Miracula non omnium probant ſanctitatem.

ctimoniam miracula ægre arguunt, quoniam in vita miracula nulla Joannes Baptiſta (quo inter mulierum natos ſanctior non eſt inventus) feciſſe legitur. Ob populi incredulitatem & alias varias cauſas, miracula contingunt.

David cæteris præfertur.

Ferguſium Ferchardi, & Ferguſium Erth, Kennedum primum, Gregorium, patrem & fratres hic David in virtute & gloria præceſſit: De Ferguſiis ambages eſt nulla, quia reliquos omnes præfatos eis præfero. Et licet Davide Kennedus ferocior eſſet, & patris injuria laceſſitus cum Pictis diro Marte pugnarit, quos viriliter vicit & fudit; in vera fortitudine eum Davidi præponere nequeo, & cum hoc temperantia, juſtitia, miſericordia & ſancta religione, redimitus erat.

Epiſcopatus novem inſtituit.

Quatuor epiſcopatus in regno inveniens, novem alios inſtituit: portus marinos fabricare fecit. Inter principes illuſtreſque viros regnabat: minutioris plebis pater: in templo & in re divina religioſus, immo (quod mirabile eſt dictu) in ejus curia religioſorum clauſtrum inveniſſes:

Religioſa curia ejus.

vitiis coinquinatos a ſuo conſortio, ſicut fucos bonæ apes ab alveario expellunt, ejecit. Ad virtutes bene natos verbo & exemplo traxit, & eos in ſchola morum coaleſcere coegit. Cum bono Rege curiam bonam, & cum malo malam terrarum ubique invenies.

Rex ſuorum norma eſt.

Et illius rationem aſſignare haud eſt difficile: Ad motum primi mobilis motu raptûs ſphæras inferiores moventur: Regibus curialiſtæ complacere ſtudent, & operum ejus ſe ſimios oſtendunt, & quæ ei cordi vident imitantur.

Richardus de S. Victore.

Circa hujus Davidis tempora Richardus de Sancto Victore, natione Scotus, divi Auguſtini religioſus vixit, theologorum ſui temporis nulli ſecundus: tam enim in ſcholaſtica theologia, quæ palæſtra literaria & exercitatione acquiritur, quam ea quam utcunque quis ſolus haurire poteſt, emicuit; lucubrationes plurimas lectione digniſſimas in publicum emiſit. In quodam ſermone de Chriſtifera virgine, omnium expreſſe primus eam originalis noxæ expertem tenuit. In divi Victoris clauſtro ad Parrhiſios inhumatus eſt, & hoc epitaphio monumentum inſignitum.

Moribus,

Moribus, ingenio, doctrina clarus, & arte,
Pulvereo hic tegeris, docte Richarde, ſitu.
Quem tellus genuit fœlici Scotica partu:
Te fovet in gremio Gallica terra ſuo.
Nil tibi Parca ferox nocuit, quæ ſtamina parvo
Tempore tracta, gravi rupit acerba manu:
Plurima namque tui ſuperant monumenta laboris,
Quæ tibi perpetuum ſunt paritura decus.
Segnior ut lento ſceleratas mors petit ædes,
Sic propero nimis it ſub pia tecta gradu.

Epitaphium ejus.

CAP. XIII.

De Henrico Beauclerc Anglorum Rege; & de rebus Normanniæ ejus tempore.

POST Guillelmi Rouſ. hoc eſt Rubri, ſine hæredibus mortem, ei frater Henricus Beauclerc in Anglia ſucceſſit. Mathildam, quam vulgares Maudam appellant, Edgari & Davidis ſororem, conjugem Henricus duxit. Hujus tempore beatus Anſelmus in Angliam rediit, quem Henricus humane ſuſcepit. Interea inter Robertum Curtoys Normanniæ ducem & Henricum fratrem ejus Anglum diſſidium ortum eſt; propterea in Angliam magno cum milite Robertus deſcendit: ſed inter eos procerum conſilio res ita pacata eſt, ut Roberto Henricus quotannis mille ſterlingorum libras impenderet (tria nobilia libra hæc valet) & diutius vivens alteri ſuccederet. Tunc Normanniam, de qua venerat, Robertus petiit; & paulo poſt ad fratrem paucis comitatus venit, & ei hanc penſionem ex-

Henricus Beauclerc.

Anſelmus epiſcopus. Robertus Normannus.

Numiſmata aurea Angliæ.

iguam remiſit. Demum in Normanniam Henricus ivit: at Normannis Robertus inviſus factus, propterea Normanniam Henrico fratri tradidit, qui Robertum fratrem ſecum Londonias duxit. Non multo poſt tempore, filiam nubilem Mathildam, matris nomine gaudentem, habuit ex ſorore Davidis Scotorum Regis genitam: hanc filiam Henrico Imperatori matrimonio Anglus tradit. Et non multis revolutis diebus, Guillelmus & Richardus Regis filii, de Normannia venientes in Angliam, in die beatæ Katharinæ ſubmerſi ſunt. Henrico Imperatore mortuo, Mathildis Imperatrix in Angliam redit; cui Angliæ principes fidelitatem promittunt, & omnium primus Cantuariæ Archipræſul, & ſecundo loco, ut Caxtonus aſſerit, David Scotorum Rex, & poſtea reliqui principes. Si de Scotorum regno intelligat, hoc eo inficias tanquam improbabile. Apud Scotos ſemper conſtans eſt opinio, quod, in temporalibus, eorum regnum ſemper ab omni ſubjectione erat immune. Pro terris quas in Anglia habuit, ingenue fateor, quod in Mathildis manus jurarat, & ideo lubentius, quod ex Davidis germana Mathildis genita fuerit. Apud Scotorum annales compertum haud habeo, quod unquam Londonias pro hoc officio David petierat. Partes tamen Angliæ centrales, ut Mathildi nepti ſuppetias ferret, cum copioſo & armato milite, ut Anglorum annales fatentur, petiit, & ab Angliæ meditullio ad Scotiam in bona pace rediit. Hanc Mathildem poſtea in uxorem Galfredus Andigaviæ comes duxit, ex qua filium Henricum genuit, qui vulgariter Henricus Imperatoris filius vocabatur. Paulo poſt Anglorum Rex in Normannia vitam in mortem commutavit, cujus cor in noſtræ dominæ Rothomagenſi templo primario ſepultum eſt, & corpus in monaſterio de Redinge quod ipſe extruxerat. Triginta autem annos cum quatuor menſibus regnavit.

Scotia nulli vectigalis.

Henrici Angli mors.

CAP.

Digitized by Google

CAP. XIV.

De Stephano Anglorum Rege, ejuſque regno & morte.

POST Henrici diſſolutionem, Stephanus Boloniæ comes Anglorum diademate inſignitus eſt. Fuit enim is ex ſorore Henrici nuperrime defuncti nepos. Et Guillelmus Cantuarienſis epiſcopus, qui primus in fidem Mathildis juraverat, Stephanum Regem inunxit, & Rogerus epiſcopus Salisberienſis illas partes fovit. Sane inſtabiles & improbos hos ſacerdotes cenſeo, qui Regis ex ſorore nepotem ejus propriæ filiæ, in cujus etiam fidem juraverant, præferebant. Hoc ſine particulari commodo non attentaſſent, quocirca jurisjurandi præſtiti inutiles violatores erant. Debebant enim principibus laicis recte conſulere de vera & indubitata hærede ad regnum accipienda, & non viis obliquis, pro ſui aut ſuorum promotione, injuſtum Regem creare.

Stephanus Anglus.

Epiſcoporum improbitas.

PRIMO anno regni ſui partes Angliæ boreales Stephanus petiit, ut a Davide Scotorum Rege pro terris in Anglia detentis fidelitatem peteret (erat enim hic Stephanus Davidi ex ſorore nepos) quod David, tanquam vir probus, recuſavit; tum quia fidelitatem Mathildi nepti prius præſtiterat, tum quia jus regni ad Stephanum nullo modo attinere ſciebat.

QUARTO anno Regis Stephani Mathildis in Angliam reverſa eſt, & in civitatem Nicol ſive Nicolai devenit, quam protinus obſidione Stephanus vallavit; ſed Imperatrix, ſine ſua ſineque clientum jactura, de urbe delapſa eſt: poſt

Mathildis in Angliam adventus.

quorum diſceſſum Stephanus urbe potitur. Interea, Radulphus Ceſtriæ comes, & Robertus Gloceſtriæ comes, dominus Hugo Bygot, & dominus Robertus Morlay, copioſum exercitum contra Stephanum coegerunt, & Stephanum captivum in arcem Briſtow induxerunt. Poſt hæc Mathildem Imperatricem in regnum inthronizarunt: ſed Kentiæ populus & Guillelmus Preth, cum ſuis ſequacibus, Stephani incarcerati partes ſequuti ſunt, cum quibus Scotorum Rex, ut Caxtonus aſſerit, junctus eſt, qui Reginæ partes attriverunt, & principes factionis ejus viros captivos ceperunt, gratia quorum liberandorum Stephanus a carceris ergaſtulo liber effectus eſt. De Winceſtria ad Oxoniam Regina clanculum vadit, & illic aliquamdiu manſit: ſed cum Gloceſtriæ comitem ſuas partes tuentem captivum intellexit, ab Oxonia occulte per fluvium diſcedit, & ad Walyngford ivit, & illic permanſit. De Davide Scotorum Rege longe delirat ipſe: cum Imperatricis neptis partes ſecutus ſit, & bello interfuerit quo Stephanus captus erat. Per id tempus, ut Caxtonus recitat, uxorem Vaſconiæ hæredem Francus repudiavit, quam Henricus Andegaviæ comes & Normanniæ dux conjugem accepit. Et poſtea, xviii. anno Regis Stephani, magno cum exercitu Henricus Angliam ingreſſus eſt: ſed ſine bello ita inter ſe convenerunt, ut unam medietatem unus, reliquam vero alter, regni acciperet. Sed anno ſequenti Stephanus triſtitia tabuit. Vitam enim triſtitia abbreviat, & quanto major fuerit tanto vitam contractiorem facit: ergo tam immanis triſtitia eſſe poteſt, quod vitam in parvi temporis curriculo conſumat, ſecundum illud ſapientis, *Spiritus triſtis exſiccat oſſa*: ergo prudentis eſt triſtitiæ vim mulcere.

Henricus.

Stephani mors.

Triſtitiæ mala.

CAP.

CAP. XV.

De Henrico Andium Comite & Rege Angliæ.

STEPHANO triſtitia conſumpto, quia fuiſſe felicem & non eſſe magni infortunii eſt, Henricus in toto Rex ſuffectus eſt: qui Rex admodum potens erat, quia Aquitaniam, Andegaviam & Normanniam ultra totam Angliam habuit. Hunc David Scotus apud Carliolum, dum juvenis erat, equitem auratum fecit. Poſtquam Angliam pro arbitrio habuit, Thomam Beket Londoniarum præſulem, Cantuariæ archiflaminem & Angliæ cancellarium creat. Anno quarto regni ſui Valliam Henricus cepit. Illic ad partem Britones manſerunt, & ſuos principes non ſubjectos tenuerunt; ſed, ut Caxtonus aſſerit, Carliolum Combriæ civitatem, Bamburgum, Novum Caſtrum ſuper Tynam, cum comitatu Lancaſtriæ, in Anglia Scoti habuerunt.

Henrici Andegavi potentia.

Thomas Beket.

CIRCA hæc tempora Thomas Cantuarienſis ab Anglia exulavit, quia eccleſiaſticos viros judicio ſeculari Rex ſubjicere voluit; cujus ſententiæ vir Dei Thomas Cantuarienſis refragatus eſt, & propterea a regno extorris ejectus eſt. Inter ſapientes ſæpiuſcule contenditur, an a juriſdictione laica clerici jure divino ſint exempti. Et licet contraria illic ſapientes ſentiant, partem affirmativam magis rationi conſentaneam reor. Hoc patet per Bonifacium octavum in cap. *Quenquam* de cenſibus, in § *Cum igitur*, ubi dicit, Cum igitur eccleſiæ eccleſiaſticæque perſonæ, ac res ipſarum, non ſolum jure humano, quinimo & divino, a ſecularium perſonarum exactionibus ſint immunes: & quæ ſe-

Thomæ Cantuarienſis exilium.

Clerus an ſit a laica juriſdictione jure divino exemptus.

quuntur. Eccleſia veri Dei, & miniſtri ejus, non debent eſſe deterioris conditionis quam miniſtri putati dei: ſed ſacerdotes ſub Pharaone tributorum a Rege impoſitorum erant immunes. Nam, ut Genſ. xlvii. legimus, ſubjecit Joſeph omnem terram Ægypti Pharaoni, & cunctos populos ejus, a noviſſimis terminis Ægypti uſque ad fines ejus, præter terram ſacerdotum. Et ex eo tempore in præſentem diem, in univerſa terra Ægypti quinta pars Regibus ſolvitur: & factum eſt quaſi in legem præter terram ſacerdotalem, quæ libera ab hac conditione fuit. Et primo Eſdræ, cap. vii. ſcribit Rex Artaxerxes ſuis miniſtris, *Vobis quoque notum facimus, de univerſis ſacerdotibus & levitis, cantoribus, janitoribus, & miniſtris domus Dei, ut vectigal & tributum & annonas non habeatis poteſtatem imponendi ſuper eos.* Iſtud patet xcvi. diſt. cap. *Duo ſunt.* cap. *Cum ad verum*, & cap. *Imperator*, junctis Glo. Nec aliorum objectio movet, quod Paulus ad Cæſarem laicum appellavit, Actuum xxv. inquiens, *Ad tribunal Cæſaris ſto; ibi oportet me judicari.* Quia in caſu, quando poteſtas eccleſiaſtica deficit, licet ad laicum appellare, patet xxiii. q. v. cap. *Principes ſeculi*, ubi Iſidorus dicit, Principes ſeculi nonnunquam intra eccleſiam poteſtatis adeptæ culmina tenent, ut per eandem poteſtatem diſciplinam eccleſiaſticam muniant. Cæterum intra eccleſiam poteſtates neceſſariæ non eſſent, niſi ut, quod non prevalent ſacerdotes efficere per doctrinæ ſermonem, poteſtas hæc impetret per diſciplinæ terrorem. Sæpe enim per regnum terrenum cœleſte regnum proficit, ut qui intra eccleſiam poſiti contra fidem & diſciplinam agunt, rigore principum conterantur: ipſamque diſciplinam, quam eccleſiæ utilitas exercere non prevalet, cervicibus ſuperborum poteſtas principalis imponat, &, ut venerationem mereatur, virtutem poteſtatis impertiatur. Cognoſcant principes ſeculi Deo ſe debere eſſe reddituros rationem, propter eccleſiam quam Chriſto tuendam ſuſcipiunt. Nam ſive augeatur pax & diſciplina eccleſiæ per fideles principes, ſive ſolvatur, ille ab eis rationem exigit, qui eorum poteſtati ſuam eccleſiam tradidit. Iſtic dicit Glo. Laici habent juriſdictionem multiplicem

multiplicem intra eccleſiam, quandoque in perſonis ipſis cum ſint incorrigibiles, ut xxxvi. diſt. *Eos qui.* Item cum fidem volunt ſubvertere, ut diſt. viii. *Quo jure.* Item cum falſarius eſt clericus; de crimine falſi *Ad falſariorum.* Modo deſuit poteſtas eccleſiaſtica ad judicandum Paulum, tum quia defuit lex Moſaica, tum quia nequiter innocentem condemnaſſent; propterea Cæſarem appellavit. Et licet aliquas patiatur inſtantias, ut clericus non ſit judicandus a laico, non tamen ſequitur quin eſt de jure divino. Patet in ſimili: Servare votum eſt de jure divino, ſed in certis caſibus non obligat: Sic in propoſito. Et quia in Anglia his diebus ſuper hoc certatur, opinionem meam paucis dico. Videant materiam pro qua beatus Thomas occubuit, & in illa vel ſimilibus non interponant ſe laici contra eccleſiaſticas perſonas: Identidem conſiderent eccleſiaſticorum conſuetudines jamdiu obſervatas, & circa eas nihil innovent. In generali materiam audivi, & eam in ſpeciali non novi: propterea non inſiſto. Cum beatus Thomas ſeptennio exularet ab Anglia, & omnes amici ejus & familiares propter ipſum eſſent ejecti, inter Anglum & Thomam Francus pacem impoſuit: ſed quia hiſtoria viri eſt tritiſſima, & ejus vita pluribus nota, hæc paucis enarro.

CAP. XVI.

De beati Thomæ Cantuarienſis martyrio, & Regis peccato.

POST ſeptennium exilii, in adventus ſui principio Thomas Cantuariam rediit; & quinto die poſt Nativitatis Chriſti celebre feſtum occubuit, qua die feſtum ejus eccleſia celebrat. Thomæ occiſio ſic peracta

Beati Thomæ Cantuarienſis martyrium.

eſt. In feſto Nativitatis Chriſti, Henrico Regi inter prandendum Thomæ memoria occurrit, & protinus in hæc verba prorupit: Si Rex aliquos animoſos viros obſequioſos haberet, Regis indignationem erga Thomam impunem non relinquerent. Et mox aliqui viri Belial, ex hoc verbo moti, deliberarunt Thomam e medio tollere; quorum nomina ſunt hæc, Guillelmus Breton, Hugo Morvil, Guillelmus Traci, & Reginaldus Berſſon, hoc eſt Latine filius urſi, aurati equites: Cantuarienſem eccleſiam adeunt, & prope ſancti Benedicti altare Thomam virum Dei trucidant, qui impiorum gladiis anno ab orbe redempto 1172 occubuit. Plurimum Deum hic Rex offendit. Primo, eccleſiaſticos ſecularium judicio ſubjicere volens: Secundo, Thomam pro cauſa juſta quam juſte tuebatur, & contra quam Rex juſte contendere nequibat, exulem faciens, & pœna relatu indigna Thomæ conſanguineos, & alios ipſi in neceſſitudine junctos haud diſſimili ſupplicio mulctans; &, quod deterius eſt, in domo Dei ſacerdotem ſanctum de medio tolli fecit: quia occaſionem talis homicidii Regis verba dederunt. Sed qui occaſionem damni dat, damnum feciſſe cenſetur. Ecce quomodo Rex iſte parturiit injuſtitiam, concepit dolorem, & peperit iniquitatem. Plus ſicariis Rex deliquit: quia fontalis homicidii cauſa erat, ſecundum verba Chriſti ad Pilatum, Propterea qui tradidit me tibi majus peccatum habet. Ubi lex, ubi juſtitia, ubi Chriſtiana religio, ubi phas? Sanctum Dei epiſcopum, in ſancto Dei templo interficere? Sed poſt ſplendidas epulas Rex mero æſtuans hunc dolorem concepit, & peperit iniquitatem poſt injuſtitiam quam primo parturiit. Uno enim inconvenienti dato, multa mala contingunt: primo phyſicorum. Unde gratia iſtius obiter aliquid occurrit circa mores Britannicos in feſto Nativitatis hactenus obſervatos, utinam non obſervandos. His ſacris diebus, comeſſationibus multis ſuperfluis, & exquiſitiſſimis epulis & potibus conformibus, Britanni omnes indulgent. In feſto Nativitatis Chriſti convivium natale inchoant, & in feſto Joannis poſt meridiem terminant: tripudiis diabolicis & cantibus impudicis dies illos poſt opipara convivia ducunt

Parricidæ Thomæ.

Regis peccatum.

Mores Britannici in Natali dominico.

Digitized by Google

ducunt, ita quod Reges pro regni primoribus & eorum conjugibus mittunt. Imprudentes ſunt hi viri ſuas conjuges ad tumultus aulicos ducentes, quia caſtius propriis manerent in domibus. Et ſi aliqui optimatum vel baronum Regem non adeunt, proportionaliter ſuis ſubjectis convivia faciunt. Illic feſtum in popina, & non in templo celebratur: in intemperantia ventris caſtitatis inimica, choreis & impudicis cantibus caſtitati etiam inimicis. Extra Britanniam in Gallia, Flandria, & cæteris nobis tranſmarinis regionibus celebrius hæc feſta coluntur; ubi modico ſumpto cibo in meridie, mox aditur templum, ut verbum Dei evangelizans audiatur; & ita in paſchali, pentecoſte & cæteris ſolennibus feſtis. Si Henricus hic de quo loquimur, modico aſſumpto cibo verbum Dei audiviſſet in templo, hoc homicidium Deo odibile non parturiiſſet. Sed de his hactenus. In beati Thomæ Cantuarienſis martyrio huic tertio libro finem imponemus.

Digitized by Google

Digitized by Google

DE
Geſtis Scotorum.
LIBER IV.

CAP. I.

De prædicti Henrici Anglorum Regis cum filio bello & pace: De Hibernorum ad Anglos defectione: & Henrici pœnitentia, & morientis ditionibus.

CONTRA Henricum patrem Henricus filius inſurrexit, & non immerito, ſicut contra Davidem ob Uriæ necem filii inſurrexerunt. Sed demum inter patrem & filium pax compoſita eſt. Patris tempore Henricus filius regnum ſuſcepit; ſed, quia non ſupervixit, inter Henricos Reges non ſupputatur. Magnam Hiberniæ partem iſte ſenior Henricus cepit, ut noſtri annales perhibent: ſed quo-

Patris & filii bellum.

Hiberniæ ad Anglos defectio.

modo nos Hiberniam amiſimus non canunt, utrum Regum ſegnitie eam amiſimus, an quia ultra tributa a populo collecta expoſuimus, ſatius judicarunt Hiberniam relinquere quam tueri. Parum aut nihil lucri ex Hibernia Anglum habere arbitror. Cum lato imperio hic Henricus diſceſſit, Aquitaniam, Andigaviam, Normandiam, Valliam & Hiberniam pacifice poſſedit; jure hæreditario omnia, niſi Valliam & Hiberniam (quas gladio cepit) habuit. De beati Thomæ nece, ut chronicarii referunt, eum pœnitudo magna ſubiit. Anno autem ſui regni trigeſimo ſexto fato ceſſit.

Henrici ſenis ditiones.

CAP. II.

De Richardo Imperatoris filio Anglorum Rege, qui terram ſanctam armatus viſit; ſed rediens captus eſt improbe ab Auſtriæ duce, & probe a ſuis redemptus: ubi de liberorum copiæ & inopiæ cauſa, & latronibus quædam.

Richardus Rex.

QUIA Henricus major natu frater parum ſupervixit, Henrico Imperatricis filio Richardus ſucceſſit. In Paleſtinam & terram ſanctam hic Richardus profectus eſt, & multa a Chriſtianis adempta recuperavit; multoque plura ſi cum Franco conveniſſet recuperare poterat: Sed interea certior factus quod Joannes Oxoniæ comes frater ejus ſe ad Angliam capiendam præparavit, Angliam verſus greſſus direxit; verum ab Auſtriæ duce in itinere captus,

Capitur.

captus, Imperatori traditus eſt, apud quem in vinculis manſit, quouſque centum mille ſterlingorum libras pro redemptione Imperatori daret. Pro qua pecunia reddenda ſecundus quiſque calix aureus argenteuſve ad cultum divinum deputatus venditus eſt, & monachorum plurimi, & potiſſimum Ciſtertienſis ordinis, ſuos libros vendiderunt. Unum hic approbo, reliquum vero reprobo. Inique & contra jus gentium Auſtriæ dux & Imperator fecerunt, virum de republica Chriſtiana benemeritum captivum ducendo. In eis parum fidei aut religionis Chriſtianæ fuiſſe reor. Deberent Chriſtiani Principes unanimiter convenire, ut gentem illam Machometicam de Chriſtianorum finibus ejiciant: ſed heu, magis inter ſe privatis odiis & pro augendo imperio, quam pro gloria Dei magnificanda laborant. Ideo eorum, ut ita dicam, tædio & faſtidio affectus Deus eos ſe mutuo laceſſere & ferire permittit. In communi plebe major eſt religio & fidei integritas. Alterum approbo, ſcilicet quod erga ſuum Regem Angli charitatem ſervarunt, & in quolibet ſecundo calice vendendo probe egerunt. Patrimonium enim crucifixi, ultra cleri & loca ſancta neceſſitatem, in uſus pios diſtribuendum eſt: Et inter pietatis opera, captivos redimere, & ſignanter Regem probum, non infimum locum occupat ſed primum; & huic toti hanc circumſtantiam addas, de republica Chriſtiana optime meritum. Sed parum hic Rex ſupervixit. Cordatus enim erat hoc modo, & ab alto propoſito, ſine cauſa, a fratribus ſuis Chriſtianis, qui ipſi ſuccurrere debebant, incarceratus: unde triſtitia vitam abbreviavit. Preciſe novem annis regnavit, & ſine liberis diſceſſit.

Redimitur.

Anglorum in redimendo Rege magnifica clementia.

SED hic fortaſſe rogas quare liberis plebei & non Principes abundant? Cauſam hujus rei naturalem aſſignare non eſt difficile. Principes cibis exquiſitiſſimis & exceſſive utuntur, & voluptati nimis dant operam; & eorum uxores quiete & ocio torpent, intemperantia, maritorum more, utentes: modo fœcunditati generationis iſta obſunt. Ex oppoſito, groſſis cibariis, in quibus multæ ſunt ſuperfluitates,

Liberorum copiæ & inopiæ cauſa.

plebei utuntur; raro rei venereæ incumbunt; in exercitatione corporali continuo degunt: modo hæc ad ſemen prolificum & fœcunditatem apprime conducunt. Cum modica vel cum nulla cœna citius quam cum ſplendida generant: nec temulentus mulierem cognoſcere poteſt; quia ob naturam gravatam ſemen prolificum emittere nequit. Nonnunquam etiam liberos Deus donat: hoc ex pſalmographo colligere potes in pſalmo, Beati omnes qui timent Dominum: ubi habetur, Labores manuum tuarum quia manducabis, beatus es & bene tibi erit. Communiter qui ſuo marte & propriis laboribus victitant ſyncerius præcepta Dei & ſuperiorum ſervant: & propterea ſubjungitur, Uxor tua ſicut vitis abundans in lateribus domus tuæ: Filii tui ſicut novellæ olivarum in circuitu menſæ tuæ. Ecce ſic benedicetur homo qui timet Dominum. Et per locum a contrario, qui non timet Dominum non ſic benedicetur. Non eo inficias quin nonnullis noceat liberos habere, utpote avaris & injuſtis, & qui inordinate, more Niobes ut poetæ fabulantur, liberos diligunt. Propterea non habere liberos, etiam in matrimonio, non eſt ſignum efficax divinæ maledictionis, cum bonis & malis hoc in caſu commune ſit: & patet de noſtro Richardo Anglo, quem inter Reges dignum fuiſſe putamus, & patri præferendum: ſed rei militari intentus parum rei uxoriæ incumbebat. Non me fugit aliquas mulieres ſteriles & infœcundas, alias vero fœcundas & fertiles eſſe: ſed hoc potentibus impotentibuſque eſt commune, & propterea quæſtioni noſtræ haud apta reſponſiva.

Liberis carere quibus proſit.

Circa hæc tempora, ut auguror, Robertus Hudus Anglus & Parvus Joannes, latrones famatiſſimi, in nemoribus latuerunt, ſolum opulentorum virorum bona diripientes. Nullum niſi eos invadentem vel reſiſtentem pro ſuarum rerum tuitione occiderunt. Centum ſagittarios ad pugnam aptiſſimos Robertus latrociniis aluit, quos 400. viri fortiſſimi invadere non audebant. Rebus hujus Roberti geſtis tota Britannia in cantibus utitur. Fœminam nullam opprimi permiſit, nec pauperum bona ſurripuit, verum eos ex Abbatum

Latrones Angliæ, Robertus Hudus, Joannes Parvus.

tum bonis ablatis opipare pavit. Viri rapinam improbo, ſed latronum omnium humaniſſimus & princeps erat.

CAP. III.

De Joanne Anglorum Rege minus probo; & Angliæ interdicto, & ad Ro. Pontificem vectigalis tranſcriptione: de Regis intoxicatione & cauſa improbanda.

RICHARDO Chriſtianiſſimo viro mortuo, Joannes, frater ejus, vir inconſtans & imperii avidus, ſucceſſit, bellum habens cum Franco, qui ducatum Normanniæ & comitatum Andigaviæ penitus amiſit. In Angliam rediens, a clero decimam petiit, ut terras in Francia perditas recuperaret. Per id tempus conventus Cantuarienſis Stephanum Langton virum eruditum in archiepiſcopum Cantuarienſem elegit; quod Rex indigne tulit, & Priorem Cantuarienſem cum conventu in exilium miſit, prohibens ne aliquod præceptum Pontificium circa Stephanum Langton reciperetur. Interim Romanus Pontifex Regem oratum fecit, quatinus Priorem & conventum ſuis locis reſtitueret; & cum obedire pertinaciter recuſaret, totam Angliam interdicto ferit, & longæ altercationes inter Pontificem pro clero & Regem manſerunt. Tandem Innocentius tertius qui tunc erat Pontifex ad Francum miſit, quatinus Anglorum regnum invaderet, & invaſum gratia pertinaciæ acciperet: quod Joannes Anglus ſentiens, ſive regni amittendi timore, ſive vera contritione, ut Pontificem mitigaret,

Joannes Anglus.

Anglia interdicto ſubjacet.

Fit Romano Pontifici ſubjecta.

regnum Angliæ & Hiberniæ in Pontificum Romanorum manus reſignavit, promittens quod ipſe & ſui Angliam & Hiberniam a Romanis Pontificibus in poſterum tenerent; quod Cardinalis ex patte Pontificis præſens libenter, ut moris eſt, accepit. Et tunc denarii Petrini, hoc eſt denarii dati ſancto Petro, primo impoſiti ſunt; quia Joannes Anglus ſe & ſucceſſores ſuos obligavit ad dandas mille marcas quotannis argenti Romanæ curiæ; hoc eſt duo millia nobilium, ſive ſex millia Francicorum.

Rex an poſſit regni jura alienare.

SED hic difficultas obiter incidit, An Regum aliquis poteſt jus regni ſui vel certos redditus cuiquam dare? Reſpondetur per propoſitiones: quarum prima eſt, Si jus regni ſui Turco, vel alteri non vero hæredi, Anglus vel Francus daret, alteri illud jus eſt inutile. Probatio. Jus regni a populo libero Rex habet, nec contra populi voluntatem illud jus alicui concedere poteſt.

SECUNDA propoſitio. Male agit Rex qui ſine maturo procerum ſui regni conſilio proventus dandos a populo alicui inſtituit. Probatio. Talis, ſine conſenſu vero aut interpretativo populi, populum onerat: tale autem vectigal populus ſolvere non tenetur.

TERTIA propoſitio. Cum inter Regem & eccleſiam Anglicanam contendebatur de bonis ab ea ablatis, & potiſſimum de religioſis Ciſtertienſibus, Rex debebat eccleſiæ particulari reſtitutionem facere. Patet, Quia ab eis bona abſtulit quæ non reſtituit.

QUARTA propoſitio. Non ſufficit illa reſtitutio dare unam quotam eccleſiæ Romanæ pro multis ablatis ab alia particulari eccleſia; et ſi ſub tali umbra vel clypeo Joannes volebat ſe a reſtitutione completa eximere, imprudenter egit. Oppoſito dato, aliquis tyrannus centum millia nummum auri poteſt ab eccleſia injuſte rapere capiendo a Romano

mano Pontifice abſolutionem, & habendo unde reſtituat; quod nihil eſt dicere.

QUINTA propoſitio. Si Joannes & Angli convenerunt de illa pecunia quotannis Pontifici danda, juſte levatur: verum nihil de ſacco regio, ſed a populo hæc datio tollitur. Plus enim Rex colligit quam Pontifici det. Trecentas marcas pro Hibernia, & 700. pro Anglia dedit. Non arbitror quod trecentas libras de portione Hiberniæ quam poſſidet quotannis levet, ſed multo plus quam ſit totalis ſumma ex Anglia colligit. Quicquid tamen ſit, cum in poſſeſſione Pontifices ſint, eis hæc pecunia danda eſt: & ita fit; pro qua in Anglia collectorem habent: & novi Anglorum Reges a Pontificibus per oratorem inveſtiuntur. Poſtea tamen inter Joannem & proceres ſchiſma excitatum eſt; quare ad Philippum Francum oratores mittunt, quatinus Ludovicum filium ad eos mitteret, quem in Anglorum Regem crearent: qui ab Anglis eſt receptus. Sed paulo poſt, quidam monachus monaſterii Swyneſheid, hoc eſt capitis porci, Regem toxico, modo ſequenti, e medio ſuſtulit: cerviſiæ cuppam veneno infectam Regi propinavit, quem tamen antea Rex bibere juſſerat. Magnorum virorum ea miſera eſt conditio, ut arbitrentur omnes, vel timeant ſe circumvenire velle. At Regis juſſui monachus imperterritus vas medium evacuavit; reliquam vero partem Rex intrepidus hauſit: & ſic eodem toxico ambo perierunt. Ad hanc provinciam ſubeundam hinc monachus motus erat; inter prandendum repetitis vicibus Rex dicebat, quod panis qui aſſe vendebatur mox xx. ſolidis veniret. Hoc reipublicæ admodum nocivum monachus intellexit, quocirca Regem perimere meritorium ratus eſt: ſed antequam aliquid perpetraret abbatem ſuum adivit, & ejus conſilio utens, Regem venenoſo hauſtu extinxit. Abſolutionem tamen ante factum ab abbate quærit. Pro hoc monacho, qui reipublicæ ſic providit, quolibet die quinque monachi ſpecialiter orant, & ad diem judicii orare non deſiſtent. Caxtonum Anglum hiſtoriographum in hac parte ad literam imitor; ſolum lin-

Veneno tollitur Rex.

Improbatur monachi facinus.

guam noſtram Britannicam in Latinam interpretor. Multa hic deliramenta contemplor: Regem auctoritate propria occidere huic monacho grande nefas erat: licet enim malis regibus vitam in mortem commutare reipublicæ expediat, nullo tamen pacto viro auctoritate privata & ſignanter monacho eos occidere licet. Inſuper Abbatis abſolutio ante factum vulpina erat. Inſuper iſta miſſarum celebratio ex delirio procedit, ac ſi in hoc peccato monachus probe egiſſet. Veroſimile eſt quod monachi caſum abbas & religioſi approbarunt, & ſic veræ pœnitentiæ locum monacho ademerunt, &, ſi ſic diſceſſit, damnatus eſt. Sic Joannes Anglorum Rex, qui xiv. annos & quinque menſes regnavit, a malo monacho extinctus eſt. Ludovicum Philippi filium apud Anglos manentem relinquam, ut res Scoticas interea geſtas ad finem narrationis perducam.

CAP. IV.

De Malcolmo Davidis nepote Scotorum Rege, & geſtis ac cælibatu ejus.

Malcolmus.

DAVIDE Scotorum habenas optime moderante mortuo, Malcolmus ejus nepos, xiii. annos natus, coronatus eſt. Hujus primo anno Sumerledus Ergadiæ regulus & ejus nepotes contra Regem inſurrexerunt: ſed nepotes Henrici factores facile mulcebant. Interea Henricus Anglus Imperatricis filius, Malcolmi Scoti conſanguineus, cum eo & ſuis occulte magnam familiaritatem contraxit, & Northumbriam, quam Scotorum Reges diu tenuerant, a juvene & ejus rectoribus recepit: Combriam & Hundingtonem Scoto reliquit. Quocirca Scotiæ primores hic Malcolmus juvenis contra ſe incitavit: dixerunt enim eum

Henricus Anglus.

Northumbria Anglo paret.

eum nimis Anglo eſſe familiarem; & ad eum non pertinere, rempublicam cui præerat, ſine virorum illuſtrium conſenſu, attenuare. Quapropter in quadam congregatione publica apud Perth, comes de Stratherne & quinque alii comites cum eo confœderati Regem capere intendebant, non intentione nocendi, ſed pro regni conſervatione in juventute Regis. Sed Rex ſuper hoc certior factus evaſit. Per id tempus Galvidia contra Regem ſurrexit; quam ipſe uno anno ſic domuit, quod regulus ejus Anguſius, filium ſuum obſidem Regi relinquens, & ſeculo renuncians, in monaſterio Sanctæ crucis apud Edinburgum canonicus effectus, ſub regula Auguſtini dies ſuos in pace complevit. Sed Moravienſes continuis prædis & rapinis regni perturbatores invaſit magno cum exercitu, & ad unum omnes delevit; quorum locis alios pacificos viros immiſit. Per id tempus Sumerledus Archadiæ regulus de Hibernia & aliis inſulis grandem collegit exercitum, contra Regem dimicaturus, qui ſe cum ſuis juxta Renfrow applicuit; qui a paucis viris Regis interemptus eſt. Interea viriles annos Rex attigerat, propterea prudentes ei ſuadebant mulierem ducere; quibus ipſe non acquieſcens, conſtanter aſſeruit ſe virginitatis votum emiſiſſe: quod & tota vita ſervavit. Poterat ſic contingere quod de fatuorum virginum numero hoc votum ſervare fuiſſet, utpote ſi ob ejus virginitatem ſervatam internicium vel grandem labem reſpublica paſſa fuiſſet: ſed quia fratres adultos habuit hæredes, votum emiſſum ſervare debuit; quia cauſa voti infringendi non occurrebat. Diem clauſit extremum apud Jedward poſt xii. annos ſui regni: ſed ad Dunfermenlyng, regni ferme meditullium, corpus ejus delatum eſt, & illic honorifice ſepultum: ubi a diebus multis Scotorum Reges tumulantur uſque ad præſentem diem. Ecce quid eſt de caſtis & devotis parentibus originem traxiſſe. Proavus & proavia erant admodum devoti, & avus Deo dedititiſſimus, & Henricus ejus pater ſpeciem & figuram avi præ ſe ferebat.

Anguſius fit monachus.

Sumerledus.

Scotus cælebs moritur, & non culpate.

Caſtorum ſoboles vivere caſta ſolet.

Digitized by Google

CAP. V.

De Guillelmo Scotorum Rege, & ejus captivitate ac redemptione: de monaſteriorum prodiga conſtructione, & aliis ejus tempore geſtis.

Guillelmus regnat.

MALCOLMO virgini Guillelmus ſucceſſit, & anno Domini 165. ſuper milleſimum coronam accepit. Hic Henrico Anglo, pro terris quas in Anglia habuit, homagium fecit; & ſuaſione Angli, Scotis contradicentibus, in Galliam profectus eſt: ſed Northumbria eſt Guillelmo reſtituta. Anno Domini 1174. diſſidium inter Henricum Anglum & Guillelmum Scotum ortum eſt: Guillelmus enim magnam cladem ſeptentrionalibus Anglis intulerat, & ad ſuos cum pace redierat; quod non approbo: cum enim ſua receperit pro verbis, non debuit bellum inire. Et adhuc non ſatiatus, ſecundo Angliam cum grandi exercitu intravit, & omnia expoſuit prædæ ac direptioni: ſed dum exercitus pro præda diſperſus eſſet, incautus Rex cum paucis manſit, quem circumfuſi Angli capiunt ſine ulla ſanguinis effuſione, & eum ad Henricum Regem ſeniorem ducunt. Quia filium ſuum Henricum Anglus in odium ſancti Thomæ ab epiſcopo Eboracenſi coronari fecit, unus ſenior, alter junior vocatur: & Guillelmum Henricus ſenior ad Normanniam miſit in arce de Falleſio cuſtodiendum. At David Huntingtonus in Anglia exiſtens ad Scotiam ivit, & in fratris Guillelmi abſentia rexit. Verum anno ſequenti ad Henricum Anglum oratores pro Rege ſuo liberando Scoti mittunt, & cum Anglo conveniunt, quod in eum bellum Scoti non moverent; & in illius

Northumbria recipitur.

Guillelmus capitur.

illius ſecuritatem quatuor arces regni fortiſſimas dant, ſcilicet Bervicum, Roxburgum, Arcem Puellarum, & Stryvilingum: & ſic ad Scotos Guillelmus rediit. Quo anno quidam Gilbertus filius Ferguſii Galvidienſis reliquos Scotos hoſtiliter invaſit, & proprium fratrem, ſuis maleficiis conſentire nolentem, tam lingua quam utroque lumine privavit. Contra quem copioſum militem Guillelmus contrahit: ad quem alter, reſiſtere non potens, acceſſit ſupplex veniam implorans, & imploratam conſecutus eſt. Dein anno ſeptuageſimo ſexto ſuper milleſimum centeſimum monaſterium de Arbroth Guillelmus fundavit, cœnobium, inquam, in opibus nulli in Scotia ſecundum, & neſcio utrum opulentius ſit in tota Britannia: & monaſterium de Londoris David Hundingtonus fundavit. Iſte enim eſt David, de quo apud Gallos liber ſatis vulgaris loquitur, qui de trium Regum filiis inſcribitur, ſcilicet Franciæ, Angliæ & Scotiæ, & non differentem ab hoc in noſtra lingua vernacula librum habemus. Et Ada comitiſſa Regis Guillelmi mater monaſterium monialium apud Hadintonam fundavit divi Bernardi ordinis, pulchrum & opulentum. Mirum erat de hac progenie circa monaſteriorum conſtructionem ſemper intenta, ſemper tamen cum regiorum proventuum diminutione. Scotorum Regum proventus potiſſimum in propriis terris conſiſtere ſolent, & ita a principio inſtituerunt. Nam ne plebem talliis & vectigalibus oneraret, Regem non ſolum conducit, ſed neceſſarium eſt opes ſufficienter habere. Et cum tallias nullatenus eis concedant, magnæ imprudentiæ eſt proventus regios attenuare: & tamen Reges illos, noſtrates & potiſſimum aulici ad æthera extollunt qui ſuis proventus regios diſtribuere ſolent. Hi cæco & particulari amore, utilitate communi neglecta, procedunt. Hic dicere auſim quod legem regni tres ſtatus ſancire deberent, ut Regi nullas terras regias alicui ſine trium ſtatuum conſenſu liceat imperpetuum dare, & a fiſco regio alienare; etſi prodige alienaverint terras, illas proximus Rex cum fructibus recuperet. Huic legi Rex conſentire debet. Hac via ſuæ avaritiæ quod terras non det nemo imputabit. Famulos pro

Gilberti motus & ſevitia.

Monaſteria conſtructa. Arbroth.

Londoris. David Hundingtonus.

Improbat Regum patrimonii profuſionem in monaſteria.

Lex regno utilis futura.

pecunia, officiis, & hæredibus mulieribus (quarum matrimonia in manibus habet) in copia habebit. Per id tempus quidam Scotus Sylveſter Roſſenſis Makwillam, alias Donaldus Bane, contra Regem rebellabat, & magnam regni partem ei vicinam perturbavit. Contra quem Rex & David frater ejus exercitum collegerunt: ſed cum Rex in Innyrneſs moram faceret, quidam optimates levi armatura Regem præcedentes tyrannum prope Moraviam invenerunt cum paucis in mora quæ dicitur Makardy; quem cum quinquaginta complicibus trucidarunt, caput ejus ad Regem deferentes, quod ipſe in publico ſpectaculo ſuſpendi fecit.

Scotus Sylveſter rebellis ſuſpenditur.

Præterea poſt mortem Henrici ſenioris quia quaſi nihil Henricus junior regnavit, Richardus in Anglorum Regem aſſumptus eſt, qui arces Scotorum Regi reſtituit quas in vadio pro Guillelmi captivitate habebat, pariter & obſides & decem mille libras quibus patri erant obligati, & obligationes omnes, ad quas Guillelmus captivus ſe obligavit, caſſavit, & innihilum redegit: volens tamen quod Scotorum Reges pro terris in Anglia poſſeſſis homagium mediate vel immediate facerent. Hæc primo anno regni ſui fecit Richardus. Eodem anno comitatum de Hundington Guillelmus Rex Davidi fratri poſſidendum dedit. Per id tempus, mortuo Gilberto filio Ferguſii qui fratrem exoculavit, loco ejus ſurrexit quidam in Galvidia qui reliquos Scotos invaſit: contra quem Rotholandus ex parte Regis proceſſit, & illum vicit, & poſtea quendam alium ex eadem Galvidia rebellem nomine Gelecolne interemit: fratrem tamen ea in pugna Rotholandus amiſit. Ob quam fidelitatem Rex Guillelmus Rotholando Galvidiam & terram de Carrik in poſſeſſionem perpetuam dedit. Interea Anglus Emergardam filiam comitis de Bellomonte conſanguineam Scoto in uxorem tradidit; & filiam comitis Ceſtriæ David Hundingtonus Scoti frater in matrimonium accepit.

Richardus Anglus.

Galvidiæ motus.

Rotholandus.

Emergarda.

C A P.

Digitized by Google

CAP. VI.

De Guillelmo Scoto & Alexandro Guillelmi filio, & Guillelmi miraculo: & de bello cum Joanne Anglo, & pace cum eodem ac pacto, ſuper præſtando juramento fidelitatis.

CUM Richardus Anglus, de quo ſuperius meminimus, a Judæa recuperanda rediit, & ob captivitatem magna penuria premeretur, duo millia marcarum Richardo eidem Guillelmus Scotus dono dedit: quamobrem uterque alterum non minore amore proſecutus eſt quam David & Jonathas: nec unquam legimus pacem ſynceriorem inter Scotos Angloſque alias ſervatam. Nimirum ſuperiorum ſphærarum motus uniformis in inferioribus melodiam tranquillam reddit. Joanni etiam Regi Anglo Guillelmus fidelitatem, pro terris quas in Anglia habuit, jurat: ſalvo tamen honore & libertate ad Scotorum regnum pertinente. Eodem anno Scotiæ primores Alexandro Guillelmi filio, trium annorum puello, fidem præſtiterunt. Quo in tempore Orchadûm inſularum comes Catenenſis epiſcopum exoculavit, & lingua orbavit. Et dum comitem magno milite Rex proſequeretur, hinc inde per fugam comes latibula adinvenit: nec mirum; extra oras Scoticas hæ inſulæ ſitæ ſunt. Verum tandem primorum intercedentium precibus Rex pulſatus, & magna pecuniæ ſumma Regi penſa, ad Regis gratiam pervenit. Hanc pœnam pro tam atroci injuria inſufficientem cenſeo: ſemper enim majori culpæ & inſolitæ ſeverior mulcta adhiberi debet, quatinus poſteris delinquendi cauterium adhibeatur. Inſuper noſtri

Richardi Angli & Guillelmi Scoti amor & concordia.

Orchadum tyranni facinus.

Pœnam remiſſam improbat.

 annales

annales recitant, quod anno ab orbe redempto 206. ſupra millesimum, in multorum præſentia, juvenem gravi morbo laborantem Guillelmus mox curavit. Poſt hæc ad duos annos Margaretam, filiam Davidis comitis de Huntington, Alanus de Galway Rotholandi filius uxorem duxit. Dehinc ad duos annos ſequentes inter Scotos & Anglos belli ſeminaria immania ſparſa ſunt; & ingentem exercitum uterque Rex coegit, quatinus fortunæ belli ſuas cauſas committant: & dum appropinquant utrinque, oculati Angli & Scoti intercedunt, tentaturi ſi cum prudentia & moderamine, ſine ſanguinis effuſione, Reges mulcere queant. Sciebant enim eventum belli eſſe ancipitem, & plerumque chariſſimos magna neceſſitudine junctos interire; quin etiam victor ipſe in bello aut ſuos aut ſua amittit. Utriuſque aciei duces, dum res eſt integra & partes fortes, rationi obtemperare ſolent. Inter eos hac lege pax ſtabilita eſt, ut duobus Joannis liberis Henrico Richardoque, duas filias, videlicet Margaretam & Iſabellam, Guillelmus nuptui traderet: ſed paulo poſt inter Joannem & ejus principes ſchiſma exoritur, quare ad effectum hæc matrimonia haud perducta ſunt. Ulterius inſtituerunt, quod in poſterum homagium Anglis pro nullis terris in Anglia poſſeſſis, Scotorum Reges in propria facerent perſona, quia ſuos Reges dedecere fidelitatem ſuperiori præſtare Scoti aſſeruerunt; ſed Regum primogeniti hoc facerent. Quocirca fidelitatem Londoniis Alexander Guillelmi filius Joanni Anglo præſtitit, & militaribus armis a Joanne inſignitus, honorifice in Scotiam remiſſus eſt. Illo autem eodem anno magna fuit aquarum inundatio, & extra alveos conſuetos ingens excrementum in Scotia, & ſignanter apud Perth pontem Sancti Joannis ingentem Taya rupit, & multas domos evertit; ita ut Guillelmus Rex, David frater ejus & Alexander in navicula vix evaſerunt. Uno in loco poteſt eſſe major copia nivis quam in alio, & fontium eruptiones de quibus flumina ſcaturiginem capiunt, & ſic inopinate nix liquefacta & repente fluviorum crementa ſuperveniunt. Poteſt id provenire ex ſtellis & planetis in ſignis humidis, ſic ſcilicet quod ſit apertio portarum in hac plaga.

Guillelmi miraculum.

De agnoſcendo beneficio ac fide præſtanda nova lex.

Inundatio aquarum unde proveniat.

Digitized by Google

plaga & non in illa. Hoc in anno magnam Hiberniæ partem Joannes Anglus accepit, & rebelles Walenſes perdomuit. Anno vero ſequenti Guillelmus Rex exercitum miſit in Ros contra Gothredum Makwilliam. Tandem Gothredus a ſuis proditorie capitur, & in manus juſtitiæ ſemimortuus ponitur, quia, cum captus eſſet, nec cibo nec potu uti voluit: ſed capite truncatur, & merito; ut ille, qui immerito voluit exaltari & eſſe Rex vel Regi æqualis, decreſceret & humiliaretur. Ambitioſe loca ſuprema quærentes corruere facit ille qui deponit potentes de ſede & exaltat humiles. Anno vero 1214. gravi morbo laborans Guillelmus Scotorum Rex in Domino obdormivit, anno ætatis ſuæ 74. & regni ſui 49. apud Arbroth monaſterium quod extruxerat, honorifice inhumatus eſt.

Gothredi ſupplicium.

Guillelmi obitus.

C A P. VII.

De Alexandro Guillelmi filio, & ejus cum Joanne Anglo bellis. De interdicto Scotiæ, & quando id timendum.

POST Guillelmi obitum Alexander ſecundus honore regio inveſtitus eſt: & non longe ab hoc tempore Joannis Angliæ ſchiſma, de quo prius retulimus, invaluit. Ad duos annos ante Guillelmi obitum quidam ſimplex inſurrexit conſtanter aſſerens Joannem Angliæ regem diabolum incarnatum: quem Rex primum in carceres conjecit, & eum poſtea laqueo ſuſpendit. Hic noſtri annales recitant, quod, propter hujus ſimplicis narrationem, genealogiam Regis Angliæ cœperunt diligentius indagare; & invenerunt:

Alexander Scotus.

Joannes Anglus.

Mythica de incubo hiſtoria.

venerunt quod quidam ejus prædeceſſor, Gaufridus comes Andegaviæ, matrimonium contrahere volens, fecit mulierem ſpecioſam pro conjugio venari, nullo reſpectu habito ad mulieris genus: tandem ſupervenit una ſpecioſiſſima ignota, quæ rem divinam audire recuſavit: ſed quia ex ea pulchram habuit ſobolem Rex diu diſſimulavit; tandem tamen fecit eam a quatuor militibus in templo detineri, & in corporis Chriſti elevatione ipſa cum ſulphureo & fumoſo aere ab omnium oculis evanuit, quæ poſtea nuſquam comparuit. De hac muliere Henricum, qui beatum Thomam neci tradidit, & hos Anglorum Reges procreatos eſſe affirmant. Hoc ego quandam fabuloſam fictionem, a quodam Scoto Anglos non diligente inventam arbitror, & bonæ memoriæ a Scotis commendatam: nec meis contra Anglos in improbabilibus, nec Anglis contra meos in ſimili aſſentior. Poſtea Alexander Scotus ſui regni anno iii. Northam obſedit, & poſt, totam Northumbriam ſubjugavit. Sed obſcuritatem & negligentiam iſtorum annalium admiror, non dicentium quomodo has terras in Anglia Scoti amiſerunt: Cum ex eis quæ diximus, annales ſequentes, prætendere videantur quod hæc terræ plaga in Scotorum manibus erat; quia Northam hodierno die eſt limes & a Tweda vix ad jactum lapidis diſtans. Sed hiſtoriam proſequamur. Cum in Scotiam Alexander reverſus eſſet, Scotiam Joannes Anglus ingreſſus, Dunbar Hadintonamque combuſſit, & cum Alexandri exercitum collectum intelligeret, mox ſe ſubtraxit. Sed Joanne delapſo, Angliam Alexander ingreſſus, Carliolum, urbem parvam ſed munitiſſimam, obſedit, quam obſidendo expugnavit & expugnatam tenuit. Ex his manifeſte ſequitur quod in diebus Alexandri & Joannis fuit idem limes cum hodierno die. Præterea cum Ludovicus Philippi Franci filius ab una Anglorum factione peteretur, ei apud Doverum Alexander Scotus occurrit, ut ei gratificaretur & eum pacifice imponendum juvaret, &, eo in pace relicto, ad patrios lares incolumis rediit. Circa hæc tempora Alexandrum Gualo Legatus apoſtolicus ultimo eccleſiæ mucrone fulminavit, & Scotorum regnum ſub interdicto poſuit

[Margin: Alexandri geſta.]

[Margin: Scotia ſub interdicto.]

poſuit quouſque damna Anglis illata reſarciret, & Carliolum ab Anglis nuperrime ademptum reſtitueret. At Alexander, fortaſſe plus æquo cenſuras eccleſiaſticas formidans, Carliolum Anglo reſtituit, & ingentem pecuniæ vim quatinus abſolveretur, Legato tribuit. Si juſtum ad Carliolum titulum habuiſſet, excommunicationis nodum timere non habuit. Carliolum prædeceſſores ejus varii tenuerunt, nec quomodo jus ad ipſum perdidit video: & quicquid ſit, in caſu injuſto vel ancipiti ab hoc Legato ad ſuperiorem pro gravamine illato appellandum fuiſſet. At forte objicies, paſtoris ſententiam etiam injuſtam timendam eſſe. Cui facile reſpondebimus: Si eſt injuſta ſic quod eſt nulla, nullo modo formidanda eſt, ſi eſt injuſta ſic ſcilicet quod realiter eſt excommunicatio, quia excommunicationis omnia eſſentialia ponuntur, tunc excommunicatio ſic injuſta eſt timenda: injuſta quidem quia aliquæ circumſtantiæ adjiciuntur quæ juſtitiam violant, utpote unius partis amore vel alterius odio, vel hujuſmodi, fulminatur. Priore modo excommunicatio injuſta non magis eſt excommunicatio quam homo mortuus ſit homo. Incidentaliter loquendo, non ſolum in Britannia ſed in pleriſque locis, nimis leviter homines cenſuris eccleſiaſticis innodant. Nemo niſi ratione mortalis noxæ commiſſæ excommunicandus venit, nec a jure nec ab homine, & pro ſola contumacia excommunicatio ab homine ferenda eſt. Si eccleſiam non audierit, dicit veritas, fiet ſicut ethnicus & publicanus. Ergo, per locum ab oppoſito, ſi eccleſiam audierit, quare a fidelium conſortio inſtar ethnicorum ejicietur? Quo fit quod pleroſque excommunicatos putamus qui in gratia ſunt. Nec ſophiſtica excommunicatio viro in ſpiritualibus, ſive in terra ſancta, ſive prophana ſepeliatur, nocet: nec omnis decedens realiter excommunicatus, eſt damnatus, ſi pro abſolutione ſufficienter laboraverit. Circa hæc tempora ad Scotos Fratres prædicatores primum venerunt.

Excommunicatio quatenus timenda.

Carliolum.

Excommunicatio non leviter inferenda.

Prædicatores fratres in Scotia.

CAP. VIII.

De Henrico Anglorum Rege, & ejus filio, ac vaticinio Merlini de ipſis.

Joannes Anglus veneno tollitur. Ludovicus Philippi filius vocatur. Henricus illi opponitur.

ALEXANDRO Scoto relicto, ad Anglos redeo. Cum Joannes per delirum monachum veneno ſublatus eſſet, & Ludovicus Philippi filius ab Anglis eſſet vocatus; Anglorum factio quæ Joannis defuncti partes ſecuta eſt, filium ejus Henricum novem annis natum in Regem inſtituit. Et per id tempus Romanus Legatus dictus Gualo Ludovicum & ei adhærentes excommunicavit: unde magnam Anglorum partem ab eo avertit, ſic quod Ludovici pars multo inferior effecta eſt. Quocirca tractabatur de ejus in Gallias reditu, & pro impenſis mille ſterlingorum libris donatus, pacifice, & cum procerum magna ſocietate ad mare aſſociatus eſt. Henricus ergo tertius poſt Joannis diſceſſum in Anglia pacificus regnavit, & comitis Provinciæ filiam Helenoram conjugem cepit. Poſtea, xliii. anno regni Henrici, Rex & regni primores quandam legem Oxoniæ ſanxerunt, quænam eſſet illa non inveni, jurejurando tam Rex quam proceres ſe hanc legem ſervare aſtrinxerunt. Sed Rex, Edwardi primogeniti & Richardi fratris Cornubiæ comitis ſuaſu, Romam miſit pro emiſſo jurejurando relaxando. Quare inter Regem & proceres bellum novum ortum eſt apud Lewes anno regni Henrici xlviii. in quo bello Rex Edwardus & Richardus præfati cum multis aliis capti ſunt. Sed Edwardus Regis filius carceres frangendo evaſit, quem Simon Monthforth comes Leyceſtriæ apud Hetfordiam penes ſe habuit, & ad principes limitum abiit: a quibus humane ſuſceptus eſt. Poſtea ad tres menſes, ſcilicet in Auguſto, Simonem de Monthforth apud Kenelworth

Edwardus captus vincula rupit.

worth Edwardus ſuperavit, & fautores præfati Simonis, qui in hoc bello occubuit, extorres a regno effecti ſunt: ſed Othobonæ Legati & procerum conſilio, ad ſua a quibus ejecti erant revocati ſunt: & ſic totum regnum pacatum eſt. Poſthac quinquageſimo quinto anno aliqui Angli proceres ad terram ſanctam profecti ſunt, videlicet Edwardus frater Regis, Joannes Veſſi, Thomas de Claro, Rogerus Cliffordus, Othes Graunſton, Robertus Bruſeus, Joannes Verdon. Hoc eodem anno Rex obiit, & anno ab orbe redempto 1242. Hujus Regis tempore Alexander Halenſis Anglus ordinis Minoritani, beati Bonaventuræ & divi Thomæ Aquinatis in theologia præceptor, quadripertitum opus laude dignum compoſuit: provectæ erat ætatis (ut referunt) antequam habitum Minorum ſuſciperet, & doctor theologus illius ordinis primus. In conventu Minorum Pariſii inhumatus eſt, anno Domini milleſimo ducenteſimo quinquageſimo diem clauſit extremum. De hoc Henrico dicunt Merlinum vatem ſic præcinuiſſe, quod Anglus de Wincetria prodiret anno Domini milleſimo ducenteſimo ſeptuageſimo, cum labiis veracibus & ſanctimonia, qui pacem pro majore parte regni ſui haberet. Omnia hæc exponunt de hoc Henrico qui monaſterium Sancti Petri Londoniis extruxit. Iſte Simon Montſorth in Francia natus erat. Unam tamen partem prophetiæ, de Edwardo Henrici filio interpretantur.

Angli ad terram ſanctam profecti.

Alexander Hales.

Merlinus de Henrico Anglo.

CAP. IX.

De Edwardo Henrici Angli filio, & ejus cum Wallicis bello & victoria; deque Judæorum ejectione.

Edwardus.

Lewilinus.

HENRICO Edwardus filius ſuffectus eſt, rei militaris cupidiſſimus; qui cum omnium Anglorum applauſu & honore receptus eſt. Lewilinum Walliæ principem Edwardus invaſit, & captivum penes ſe habuit: quem in ſuam fidem jurare coegit, & bis annue parliamentum Londoniis viſitare. Sed cum priſtinæ libertati Lewilinus donatus eſſet, Edwardo obtemperare recuſat: qui ſecunda vice ab Edwardo victus, veniam ſupplex quærit, & quæſitam apud Edwardum invenit, hac lege, quod ſi eum in poſterum labi contigerit, ad internicium duceretur. Non tamen multis interjectis diebus, idem Lewilinus & David frater ejus Edwardo amiciſſimus, Edwardo & ſuis reluctantur: ſed in bello Lewilinus periit. Poſt cujus necem David frater ejus parliamentum Walliarum apud Denbigh evocat; ſed eum Edwardus capit & quadrifariam Londoniis ſecat: dein Edwardo Wallici omnes obtemperant. Wallicos, hoc eſt Britones, Henricus Imperatricis filius ante ſubegit, ſed poſtea reluctari non formidabant, & ſub quadam libertate vixere: ſed extremam ſubjectionem Wallicis Edwardus impoſuit. Wallicis domitis, in Vaſconiam Edwardus profectus eſt, & illic triennio manſit: verum ad Angliam poſt hoc rediens, eos qui juſtitiam male miniſtrabant in ejus abſentia, ſecundum delicti exigentiam mulctavit. Et cum de Judæis, qui uſuris & fraudibus inopis plebis pecuniam exhauſerant, grandem quærimoniam

Davidis Wallici ſupplicium.

Wallicorum ſubjectio.

&

& merito facerent, a ſuo regno Hebræos omnes ejecit: qui inter Chriſtianos ſic proficere ſolent, ſicut inter mundum triticum mures: gratia cujus expulſionis quindecimum denarium quilibet plebeius Regi impertivit. Ex iſto liquet quod Reges in regnis, & optimates in politia ariſtocratica, a ſuis finibus pertinaces Hebræos, ſi magna vectigalia non haberent, ejicerent. Multa pernicioſa mala in politia hæc fœnebris peſtis facit. Primo, prodigis prodigalitatis occaſionem miniſtrant, quibus non poſſe habere pecuniam plurimum conducit. Secundo, ſenſim & latenter temporis intervallo magnam pecuniæ vim colligunt. Tertio, quod eſt peſſimum, eorum peccatis irritatur Deus tam in uſura, quam in pertinaci ceremonialium Moſaicæ legis, quoad hæc extinctæ, obſervantia. Modo pro peccatis a ſuperioribus non mulctatis, quibus divina bonitas irritatur, flagellum ſuum in politiam immittit. Iſtud ex ſecundo Regum liquet, ubi pro Davidis peccatis populum dure afflictum legimus. Laudo ergo Judæorum a regno expulſionem, qui, cum inconvenientibus dictis, debilibus in fide obicem credendi miniſtrant; ſicut publicas & famoſas mulieres pompoſe alitas habere vicinas caſtitati officit.

Judæi ejiciendi.

De meretricum pernicie.

Digitized by Google

CAP. X.

De monaſteriis a Fifenſi comite inſtitutis; & obiter de monialium incluſione & regula: De Alexandri ſecundi Regis matrimoniis, vita & obitu laudabili, & de incendiis hominum & urbium in Scotia.

Monaſteria inſtituta.

ALEXANDRI Scoti tempore, qui Carliolum ob cenſuras eccleſiaſticas Anglo reſtituit, Malcolmus Fifenſis comes bina monaſteria fundavit; unum virorum in Culroſs, alterum vero mulierum in ſeptentrionali Bervico, in cujus parochia ortus ſum. Sed quia de religioſis mulieribus ſermo incidit, aliqua dicere non pigebit. Ubicunque locorum mulieres religioſæ inſtituuntur, in cœnobio includi debent, ſic quod eis extra ejus tecta non pateat egrediendi facultas, nec habere virorum conſortium; ſicut fit apud Poiſiacum & religioſas mulieres bene viventes. Eſt enim ille ſexus virili imprudentior, & ad intemperantiam proclivior: quare facile caſtitatis voto in virorum ſocietate contraveniunt, & ipſum difficillime & raro bene obſervant: quare a viris cauterio arcendæ ſunt. Et pro hoc dicto tale argumentum facio. Si qua ad caſtitatis votum obligatur, ad omne illud ſine quo caſtitatis votum obſervari non poteſt eſt obnoxia: ſed ſic eſt quod cum viris mulieres paſſim mixtæ, in caſtitate crebriter ſuccumbunt; et ſi earum paucæ caſtitatem non amittunt, plurimæ tamen in ea periclitantur: & multitudinis ſaluti conſulendum eſt. Præterea, paucis quarum caſtitas non eſt in periculo in virorum ſocietate,

Monialium incluſio.

Probatio aſſumpti.

Digitized by Google

ſocietate, includi non obeſt; majori vero parti non includi nocet: ergo pro ſalute ſororum contra incluſionem reluctari non debent. Et ſi monialium conſanguinei huic incluſioni reſiſtant, corporum & non animarum ſe oſtendunt amatores. Sciunt enim quod in hac arctitudine mulieres poſitæ religioſius vivunt quam ſi cum viris ſinerentur vagari. Etſi mulieribus in religione adultis in principio includi ſit difficile & triſte, tamen ex bono habitu genito naturam ad bonum impellente haud erit difficile; & ingredientibus juvenculis hanc legem arctitudinis cognoſcentibus erit ſuave, ſi virginitatem cordi habeant: & multæ cum majore devotione cœnobium intrarent, quia hic ſexus fœmineus bene inſtitutus, & a viris ſeparatus, in magno devotionis fervore incedere ſolet: cui epitheton ab eccleſia addi ſolet; Intercede pro devoto fœmineo ſexu, in oratione ad deiparam virginem. Et concludendo dicere volo, quod tenentur, ſaltem debito congruitatis, ſuperiores & mulieres huic ſtatuto efficaciter aſſentiri & ipſum aſſumere. Sed, an ſub pœna peccati & debito neceſſitatis ad hoc teneantur, ſapientes conſiderent; quia pars affirmativa fortaſſis verior invenietur, prout ratio quam nuperrime fecimus ſuggerere videtur. Et certum eſt quod ſecurior hæc pars eſt.

AT forte dices, in ingreſſus principio ſe ad hoc devincere non intendebant; & nemo obligatur ad ſtatutum particulare & ſpontaneum niſi volens: Igitur. Facile hæc frivola objectio eliditur; quia caſtitatem, obedientiam, & paupertatem, & talis regulæ vitam vovent. Non ſatis eſt vivere ſicut vivitur in hac domo, ſi eſſentialia omnia regulæ infringerent: ſiquidem in domum ingrediens, & ſic vivens a peccati labe non excuſaretur. Multo enim melius eſſet quod mulieres & viri in Domino nuberent, quam cœnobium male viventium ingrederentur, ubi nulla reformationis ſpes de propinquo eminet. Et teſte pſalmographo, Cum perverſo perverteris. Non hæc impræſentiarum dixi quia has moniales reliquis non incluſis deteriores putem, cum de omnibus loquar; ſed incidentaliter vicinis ſororibus

Objectio.

Reſponſio.

Alexandri conjunx.

Epiſcopus crematus.

charitative conſulo. Sed ut ad hiſtoriam revertar: Sororem Angli Henrici conjugem Alexander duxit anno 1220. Deinde ad duos annos ſequentes, epiſcopus Cathenenſis, decimas & jura eccleſiæ a ſuis quærens, ab eis in propria ſua coquina crematus eſt. Et quia Joannes comes Cathenenſis vicinus ſuppetias non tulit poſtulanti, magna parte ſui comitatus in peccati pœnam ab Alexandro privatus eſt, & multa ejus bona mobilia eccleſiæ data: & finaliter hic comes a ſuis, anno ſeptimo poſt factum, occiſus eſt. Anno tertio poſt matrimonium, devotione divi Thomæ allectus Alexander Cantuariam petit, & cum Henrico Anglo ad tempus manens & de regnorum pace tractans, poſtea in pace ad ſuos rediit. Poſtea ad 14. annos quidam Scotus nomine Gilloſchop Moraviam invaſit, & Innerneſs ſuccendit: quem comes Buchaniæ cuſtos & juſtitiarius Scotiæ cum duobus filiis interfecit, & eorum capita ad Alexandrum miſit. Poſtea ad duos annos fundatum eſt cœnobium de Balmurinoth ab Alexandro & Emergarda matre ejus, in Sancti Edwardi honorem: & anno ſequenti monaſterium de Pluſcardi Alexander fundavit. Hoc anno Alanus filius Rotholandi de Galvidia Scotiæ comeſtabilis obiit apud Dundranan, tres filias hæredes relinquens: quarum primam Rogerus Wintoniæ comes conjugem accepit: ſecundam Joannes Balliolus: tertiam vero comes Albemarliæ: & ſic ratione mulierum Galvidia tripertita eſt. Super quo Galvidienſes indignati, Thomam Alani nothum in ducem erigunt, & terram vicinam crudeliter invadunt: ſed a Rege Thomas bello attritus, ſupplex veniam precatur; quem Rex ad Puellarum arcem Edinburgi ducere juſſit. Eodem anno Mariſcallo Angliæ comiti de Pemburgo Marjoriam Alexander matrimonio tradidit. Paulo poſt Regina Scotiæ Henrici ſoror peregrinationis gratia Cantuariam viſitavit, & in redeundo Londoniis vitam in mortem commutavit. Et quia ex hac muliere Alexander ſobolem non ſuſcepit, ad duos annos poſtea ſecundam accepit uxorem, Mariam filiam Ingelrami de Couchi, ex qua filium ſuſcepit Alexandrum nomine. Dehinc ad tres annos ſequentes, dum Alexander cum

Gilloſchop.

Balmurinotum.

Alani Galvidii obitus.

Alexandri ſecunda uxor.

cum magna procerum multitudine apud Hadintonam eſſet, Patricius comes Atholiæ, juvenis egregius, in ſomno de nocte in domo combuſtus eſt. Iſtud a Biſſettis, qui eum odio proſecuti ſunt, putabatur fuiſſe factum: Quare hæredes comitis Atholiæ & conſanguinei Guillelmum Biſſet, Biſſettorum principem, crudeliter invaſerunt; ſed procerum conſilio Biſſetti terræ Regi confiſcatæ ſunt, & vita Biſſettis data, quatinus extra regnum abirent extorres. Anno ſequenti plures urbes in Scotia, neſcitur qua via, incineratæ ſunt, ut Hadintona, Roxburgh, Lanrik, Sterlingum, Perth, Forfar, Montroſe, & harum maxima Aberdonia. Mirum eſt prima fronte, unde hæ urbium incinerationes proveniunt. Norvicus in Anglia urbs maxima bis vel ter ſimili fato combuſta eſt. Fortaſſe ratione peccati hæc pœna a Deo infligitur, vel ab aliquibus malivolis ad malum propenſis. Quia enim urbes hæ mari & fluminibus finitimæ ſunt, ad ſulphureas terræ venas facile confugere non poſſumus. Inſuper, anno a partu virgineo 209. ſuper milleſimum, viam univerſæ carnis Alexander ingreſſus eſt, anno regni ſui xxxviii. & apud Melros inhumatus. Annos xvi. cum dimidio natus erat cum in Regem eſſet inunctus: vir regno ſane dignus; erga eccleſiaſticos & pauperes pius; bonis favit, malos obhorruit, omnibus æqua lance juſtitiam miniſtravit: quare non dubitandum eſt quin apud æquiſſimum judicem Deum magno præmio non ſit fraudatus. Regum vita, quia eſt diſcriminibus plena, ſi bona fuerit maximi apud Deum eſt meriti. Circa difficile ſunt virtus & ars; *ſecundo ethicorum:* & quid difficilius quam uni magnæ reipublicæ (& potiſſimum ſeptentrionali quæ indomita ſolet eſſe) bene præeſſe: Hunc virum plurimum laudo. Cum Anglo optime pacem tenuit. Scotorum Regum prudentum eſt vicinorum ſcire pacem colere. Et a majoribus immediatis relictum nihil amiſit, & juſtitiam inter ſuos magno tempore ſanctiſſime obſervavit: quare hunc virum merito, ſine aliorum injuria, cum præclaris Regibus conferre poſſum.

Patricius crematus.

Urbes crematæ.

Alexandri obitus.

Principum merita.

CAP. XI.

De Alexandro tertio Scotiæ Rege, & de controverſia in ejus coronatione: De diebus Ægyptiacis: De libero arbitrio; & de Scotorum Regum genealogia.

Alexander iii. POST Alexandri ſecundi obitum, filius ejus Alexander tertius, octo annos natus puellus, in Regem ordinatur: verum in ejus coronatione inter regni primores lis orta eſt, aliquibus dicentibus quod prius debebat eques auratus ſeu miles quam Rex inſigniri, aliis oppoſitum aſſerentibus. Aliqui utriſque contradixerunt, dicentes nihil illo die debere fieri, quia dies erat infauſtus & Ægyptiacus. Quod Gualterus Comyng comes Mentetheus vir grandævus ſentiens, memor illius poetici dicti, Et nocet & nocuit ſemper differre paratis: & ne inter magnates interea lites ſuborirentur, medium pacis inter eos poſuit, eis perſuadens quod Rex in proximo coronandus veniret; quia corpus ſine capite in politica regali nutat, ſicut in fluctu navis poſita ſine remige. Et pro illo aliquas propoſitiones ponam. De Rege coronando propoſitiones. Quarum prima eſt: Ad verum Regem militia præcedens non requiritur; quia hæ ceremoniæ de militia & Regum inunctionibus ſunt humanæ & a comitate impoſitæ: poteſt ergo una applicari ſine alia. Secunda propoſitio: Nulla De Ægyptiacis diebus. eſt dies Ægyptiaca plus infauſta pro Regum coronationibus quam alia. In liberum arbitrium, quod eſt penitus immateriale, influentia cœleſtis neceſſitatem non infert ullam: ſed homo ſua voluntate & ratione uno die coronatus & inunctus, poteſt ita bene agere ſicut alio die. Nec aliud in fortuna quæras,

quæras, niſi prudentiam & actus voluntatis a prudentia regulatos, & tunc probe ages. Licet mala pœnæ caſualiter accidant, non tamen nego quin ad ſemina, & arbores & ad non rationalia animalia, influentiæ cœleſtes, & temporum vices magnum dominium habeant. Multum enim refert arbores inſerere vel ſecare in plenilunio & novilunio, & membra corporis in ſignis prohibitis reſpondentibus ferro ac medicina, & alio tempore attingere. Et ſi in ſenſualitatem influentia cœleſtis inclinationem habeat, hæc tamen voluntatem non neceſſitat: & ſi eam conformiter ad ſenſualitatem inclinet, illi impulſui, ratione oſtenſa, contraire eſt facile: & homo poteſt ſic contra ſenſualitatis impulſum habituari tam in intellectu & voluntate quam in ſenſualitate, quod ipſi difficilius erit habitui contraire quam ſenſualitati. Hoc in brutis, & in male natis ſed bene educatis hominibus liquet. Multo plus ad hominis impulſum origo ſanguinis cibus & potus facit quam ſiderum influentia. Quo fit ut inter principes bella, via humana, prognoſticare non poſſimus; licet principum ſecreta intelligentes, & ſeminaria belli conjectantes, poſſimus imperitum vulgus circumvenire, oſtendentes nos illud aliqua arte deprehendere. Sed hæc eſt ſuperſtitioſorum & ambitioſorum vanitas. Rex ergo Alexander licet puellus, in ſolio cathedrali lapideo veſtibus præcioſis cooperto ſedens, ab archiepiſcopo Sancti Andreæ inunctus eſt. Et ecce quidam Scotus montanus, quem ſylveſtrem vocant, venerandæ canitiei in procerum præſentia novum Regem Alexandrum ſua lingua vernacula ſalutat, his verbis: Benach de Re Albin Alexander, mak Alexander, mak William, mak Henri, mak David. Et ſic Regis genealogiam ad originem primam deduxit in lingua Hibernica, & non noſtra Scotorum meridionalium Anglicana. Latine erat dicere, Salve Rex Albanorum Alexander, fili Alexandri, filii Guillelmi, filii Henrici, filii Davidis, filii Malcolmi, filii Duncani, filii Beatricis, filiæ Malcolmi, filii Kenath, filii Alpini, filii Ethachi, filii Ethafind, filii Echdachi, filii Donaldi Brek, filii Occabuid, filii Edaim, filii Gobram, filii Dovengard, filii Ferguſii magni, filii Erth, filii

Alexandri coronatio.

Genealogia Scotorum deſcendendo.

filii Echeach Munremoire, filii Enguſafith, filii Fechelmeth Aſſlingith, filii Eneguſſa Buchyn, filii Fechelmeth Romaich, filii Senchormach, filii Kruithlind, filii Findachar, filii Akirkirre, filii Ecchach Audoch, filii Fiachrach Catinall, filii Echad Ried, filii Coner, filii Mogolama, filii Lugtagh Etholaeh, filii Corbre Crumgring, filii Darediomore, filii Corbre Findmor, filii Coneremore, filii Etherskeol, filii Ewan, filii Ellela, filii Jair, filii Dechath, filii Sin, filii Roſin, filii Ther, filii Rether, filii Rowen, filii Dearndil, filii Mane, filii Ferguſii primi Scotorum Regis in Albania. Quiquidem Ferguſius fuit filius Feredech, quamvis a quibuſdam dicatur filius Ferechar, (parum tamen diſcrepant in ſono,) ſcriptoris vitio; ſortaſſe hanc diſcrepantiam fecit ob linguæ difficultatem. Dein dictam genealogiam ab homine in hominem dictus Scotus ſylvicola continuando peregit, donec ad primum Scotum Hibernenſem pervenerat, qui ab Hibero Hiſpaniarum flumine in Hiberniam primus deſcendit.

C A P.

C A P. XII.

De divæ Margaretæ Anglicanæ & Malcolmi Regis Scotorum tranſlatione: De Alexandri conjugio & ſuper eo diſpenſatione. De graſſatorum & Judæorum punitione, & aliis ſub eo geſtis.

HIC Alexander anno ſequenti & mater cum eccleſiæ prælatis apud Dunfermenling convenerunt pro Reginæ Margaretæ reliquiis transferendis: quibus de terra elevatis, totum templum odor ſuaviſſimus replevit. Sed cum ejus reliquiæ honorifice portarentur uſque ad monumentum in quo Malcolmus ejus conjunx ſepultus erat, nullatenus potuerunt ulterius deferre, quouſque, aliquorum ſapientum conſilio, etiam Malcolmi oſſa levarent: quibus oſſibus ſanctis adinvicem junctis, facillime portabantur ad locum ordinatum; in quo multo auro & lapidibus precioſis decorata hodierno die manent. Et anno ſequenti ad Henricum Anglum, pro pace cum eo renovanda, & ejus filia pro Alexandro Rege, primores regni miſerunt: quibus Henricus omnia petita conceſſit, & ſic Henrici filiam Margaretam Alexander conjugem accepit. Conſanguinitas hic obicem non dedit: quia inter omnes conſanguineos affineſque, qui non ſunt contra jus naturæ, pro ardua cauſa Romanus Pontifex diſpenſare poteſt. Nullæ ſiquidem perſonæ Levitici decimo octavo non numeratæ, jure naturæ matrimonium contrahere vetantur. Nulla autem cauſa eſt magis ardua ad propoſitum quam inter regna vicina & inimica,

Divæ Margaretæ tranſlatio.

Pax & affinitas cum Anglis innovata.

Diſpenſatio conſanguinitatis.

Q q quæ

quæ facile ad arma ruunt (quemadmodum ſunt hæc) pacem ſtabilire. Paulo poſt in Scotia, defectu juſtitiæ, magna turbatio orta eſt per malos & corruptos Regis conſiliarios. Hæc ad Henrici Angli aures devenerunt, qui ad Werk, arcem Angliæ Scotis propinquiſſimam, pervenit, & conſiliarios corruptos a Rege amovit, quorum loco meliores ſuffecit, & aliqua ſtatuta ſalubria pro Scotorum moribus ordinavit: unde laudem non modicam apud Scotos conſecutus eſt, quia grandævus & ſenio confectus longum ſuſcepit iter & labores. Eodem anno apud Lincolniam, Angliæ quondam magnam urbem, nunc vero mediocriter pulchram, in multos Judæos Henricus ultimo ſupplicio animadvertit, quia Chriſtianum puerum, Hugonem nomine, crucifixerunt, & matrem Chriſti in figura fecerunt. Sed non multis interjectis diebus, Gualterus Cumyngus comes Mentetheus cum ſuis complicibus ab Alexandro Rege & rectoribus ſæpius vocati non comparuerant: regni aſſeſſium ſeu concilium exſpectare formidabant. Et non ſolum hoc Gualterus præfatus comes & ſui complices peregerunt, ſed cum Alexandro Buchaniæ comite, Guillelmo comite de Marrio, Joanne Cumyngo, Hugone Abernetheo, & cum multis ſatellitibus, Alexandrum Regem apud Kynros de nocte dormientem rapiunt, quem indecenter & ſine honore ad Strivilingum ducunt; & antiquos Regis conſiliarios vexant, vexatoſque quantum poterant oppreſſerunt. Juſtitia enim neglecta, debiliores, ii qui fortiores ſunt, peſſundant, & omnia vi auferunt: ita quod tunc verbum ſapientis verificabatur in effectu, Væ terræ cujus Rex mane comedit: quia tempore pueritiæ regiæ primores licenter tentant omnia pro arbitrio agere. Et in hoc non ſolum peccant, ſed imprudentiſſime agunt: quia ſæpe cum Rex adoleverit, principum ſcelera in Regis juventute perpetrata puniuntur. Sed eodem anno hujus ſceleris actor & auctor veneno, non ſine uxoris ſuſpitione, ſublatus eſt, quæ, nobilibus Scotis ſpretis, quendam Anglum ignobilem Joannem Ruſſel nomine, maritum accepit: propterea ignominioſe cum viro proſcripta eſt. Sed licet proſcriptionem Cumyngorum cognatio merita eſt, non tamen ſtatim

Graſſatores puniuntur.

Judæi plectuntur.

Graſſatores novi.

Cumyngorum nobilitas & factio.

ſtatim hoc ad effectum ductum eſt, propter domus potentiam & robur. In cognatione illa ea tempeſtate in Scotia xxxii. aurati equites, nobilibus exceptis, erant. Auratis equitibus Britanniæ utrumque regnum abundat. Hi deaurata calcaria equites ſemper deferunt, quibus a prælio ignominioſiſſimum eſt aufugere: quorum minimi decem vel duodecim clientes robuſtos equites alunt. In Britannia pueriles more Gallico non habent famulos, ſed barbatos viros optime armatos continuo. Ergo Cumyngorum familia erat in comitibus & equitibus nimis potens; cui hodierno die opinione mea in Britannia non eſt ſimilis. Hoc erat in familiæ internicium & non utilitatem, quia non eſt ſine magna virtute res ferre ſecundas. Anno Domini 1257. & anno regni Alexandri 13. nata eſt ei filia Margareta. Et eodem anno crux magnifica & venerabilis apud Peblys inventa, ob cujus reverentiam Alexander eccleſiam ædificari juſſit. Quo anno fratres de monte Carmelo Scotiam intrabant, quibus Richardus epiſcopus Dunkeldenſis capellam prope Perth apud Tulilum liberaliter dotavit: ubi ordo ille in hoc primo plantatus eſt. Dein anno vigeſimo regni Alexandri natus eſt ei filius apud Jedward, cui nomen paternum impoſitum eſt. Et anno ſequenti comes Carrikus in Terræ ſanctæ expeditione, non ſine gloria, defunctus eſt: cui unica filia Martha nomine hæres ſucceſſit; quæ venationis & ſolatii cauſa campos viſitans, nobilem & formoſum virum Robertum Bruſeum ætate florida obvium habuit, quem quodam modo renitentem ad arcem ſuam de Turnburi duxit, ubi cum juvene clandeſtinum matrimonium contraxit: quod Alexandro Regi primum multum diſplicuit, & comitiſſam exhæredare propoſuit: tandem propoſitum mutans, eam cum marito in pace reliquit. Hic Robertus Bruſeus dominium Anandiæ in Scotia & Clevelandii in Anglia habuit; cujus pater erat Robertus Bruſeus cognomento Nobilis. Et ejus avus Robertus Bruſeus erat qui Iſabellam Davidis Hundingtoniæ comitis ſecundo genitam uxorem accepit. Et anno Domini 274. ſupra milleſimum natus eſt Robertus Bruſeus ex dicto Roberto Bruſeo & Martha comitiſſa Carriki.

Margareta nata.

Crux inventa.

Carmelitæ Scotiam intrant.

Alexander natus.

Martha Carrika.

Robertus Bruſeus.

Dulciordis monaſterium.

Carriki. Et anno ſequenti fundata eſt Abbatia de Dulcicorde per mulierem nobilem & opulentam Dernougellam filiam quondam Alani de Galway. Et paulo poſt duo Regis Alexandri filii mortem obierunt. Cui ſola Margareta filia regni hæres ſupererat, & Regi Norwegiæ Hangovano nuncupato in conjugem tradita. Præterea anno Domini 1286. Alexander ad occidentalem partem de Kyngorne de equo cadens fractis cervicibus exſpiravit: cujus mors damna non modica, ut ex dicendis patebit, Scotis attulit. Hic non parum admiror quare Anglo filiam hæredem Scoti non tradiderunt; ſed Norwegiæ Regem extra inſulam viventem Anglo prætulerunt. Opinionem meam paucis hic referam. Imprudentiſſime hoc in matrimonio Scoti egerunt. Et hanc propoſitionem dico: Regum nullum Anglo in matrimonio hæredis mulieris preferre Scoti debebant. Et idem de Anglo, reſpectu Scoti, ſi hæredem mulierem habeat cenſeo. Hac ſola via duo regna inimiciſſima in eadem inſula florentia, quorum neutrum alterum ſubigere poteſt, eſſent unita & ſub eodem Rege. Et ſi Scotorum nomen & regnum caderent; ſic & Anglorum: quia pro utroque Rex Britanniæ diceretur. Nec Angli Regis vectigalia Scoti timere haberent. Pro Anglo reſpondere auſim, quod eos in libertatibus antiquis vivere permiſiſſet, ſicut Aragonenſes Caſtellæ Rex hodierno die ſinit. Item in caſu ut bene reipublicæ ſit vectigalia ſecundum materiæ exigentiam Regi tribuere conducit. Sed Scotiæ ut arbitror primores unum Regem in tota inſula late dominantem habere recuſant: & fortaſſe Angliæ optimatibus id idem contingit, quia Regi illi ob ſuam potentiam illuſtres viri contraire non auderent. Sed hoc eis utiliſſimum foret. Juſtitia pollerent; alterutri vim nullus inferret; eorum domus & familiæ diuturniores eſſent; ab extero Rege nullo invaderentur unquam; & ſi injuriis laceſſiti eſſent, alios aggredi etiam ſine formidine poſſent. Hic noſtri annales recitant quod Thomas Erſiletonus dictus Rimour, hoc eſt Thomas Rhythmificator, ſedens in arce Dumbarri, in multorum Scotorum & Anglorum præſentia rogatus eſt a comite Marchiæ prædicere de his quæ poſtridiana

Alexandri mors.

Norvego unica hæres Scotiæ tradita inconſulte.

luce

luce futura erant: qui ab imo cordis ſuſpirium trahens, reſpondit, Hei diei craſtinæ, diei inquam calamitatis & miſeriæ, quæ talem ventum nobis cras excitabit ante horam duodecimam quod tota inde Scotia obſtupeſcet. Et ventum validum comes Marchiæ exſpectans, in principio prandii Thomam irridebat: ſed protinus curſor ſuperveniens Regis inopinatam mortem denunciat. Multa futura hunc Thomam noſtri prædixiſſe affirmant, & vulgares Britanni his relationibus non modicam fidem adhibent, quos plerumque, ut æquum eſt, irridere ſoleo. Nam ſi tales contingentia futura prædixerint ante rerum adventum, nullatenus aſſentio: vel ſi tenebroſe loquantur, imperitum vulgus ea ad ſenſum quem vult, trahit. Hic Alexander in bonitate patri comparandus erat; qui in quatuor anni temporibus quatuor regni ſui plagas viſitare ſolebat, pauperum & juſtitiæ cauſas audiendo, ſingulis opportunum remedium ſecundum rei exigentiam exhibens. Uxor Regis Norvegiæ, Regis Scotiæ filia, & regni Scotiæ hæres aliam Margaretam nomine genuit, quæ cum matre etiam mortua eſt. Et ſic de hæreditate futura in Scotia non modica ambages ſuborta eſt, quæ regnis non modicam jacturam afferre ſolet, ut ſequentia per Scotorum & Anglorum annales edocebunt. Sed ab Anglorum annalibus prius exordiar: poſtea, quid Scotici annales habeant, & quid veritati conſentaneum exiſtimem, recenſebo.

Thomæ Rhythmificis vaticinium.

Alexandri præconia.

Margaretæ ſine prole obitus.

CAP. XIII.

De rebus in Britannia per hæc tempora geſtis ſecundum Caxtonum chronographum natione Anglum, primo, cum ejus dictorum refutatione: deinde ſecundum Scoticos annales altera narratio.

CIRCA hanc materiam Caxtonus hiſtoricus Anglus ſic recitat. Poſt Walliam ab Edwardo domitam, Alexander Rex Scotiæ obiit mortem; cui David Hundingtoniæ comes cum ſua ſobole in regnum ſuccedere debebat, ſed optimatum plurimi oppoſitum dixerunt. Et adhuc in Davidis familia fuit contentio, qui tres filias habuit: maximam natu Baliolus habuit: ſecundam Bruſeus: tertiam Haſtingus. Omnes iſti regnum quæſiverunt. Hanc litem optimates Scotiæ videntes, Edwardum Anglum in ſuum Regem elegerunt, & eum in Scotiæ poſſeſſionem poſuerunt. Poſt hæc Baliolus, Bruſeus & Haſtingus, ad Anglum venientes, rogarunt, quis eorum eſſet Rex futurus. Qui Scotos & Scotorum annales conſulens, Joannem Baliolum verum hæredem invenit, & quod Anglo tanquam ſuperiori parere habebat: cui Baliolus homagium præſtitit. Sed paulo poſt Edwardus ad Vaſconiam, quæ necdum erat totaliter ſubjecta, perrexit: cui clerus medietatem bonorum eccleſiæ in auxilium porrexit. Quod Joannes Baliolus ſentiens Romam miſit, ut jurisjurandi Edwardo præſtiti ſolutionem impetraret. Paulo poſt Edwardus contra Joannem Baliolum grandem exercitum collegit, & Bervicum primam Scotiæ

David Hundingtonus.

Baliolus regnat.

Scotia ſecundum Caxtonum vectigalis.

Scotiæ urbem accepit: poſteaque Dunbarri arcem obſedit, & in arcis auxilium Scoti venientes ad xxii. millia perempti ſunt. Inter Scotos tamen Patricius Grahme diu & viriliter reſtitit, qui tandem in prælio, aliis parum cooperantibus, occubuit. Poſt, arx Dunbarri Anglo tradita eſt, in qua tres comites, vii. barones, & aurati equites xxxviii. inventi ſunt; quos omnes Londonias Edwardus miſit. Poſtea Joannes Baliolus & Scotiæ primores ad Edwardum Anglum venerunt: quos Londonias mittens ab eis quæſivit, Quid remedii tranſgreſſioni priſtinæ apponerent? Qui omnes ſe ad ejus miſericordiam poſuerunt: quorum juramentum ſolum Edwardus quæſivit ut ei fideles eſſent, nec unquam contra eum aut ſuos arma ferrent: quod libenter præſtiterunt quatuor epiſcopi ex parte cleri, Joannes Cumyngus, comes Strathernus, comes Carrikus: & eos in Scotiam miſit. Sed mox Scoti contra Anglum rebellionem parant. Joannes Baliolus videns confuſionem futuram, propterea Scotiam perpetuo reliquit. Sed quendam ignobilem nullis natalibus clarum Guillelmum Wallacem Scoti in Regem eligunt, qui multa damna Anglis intulit. Et ut Edwardo Anglo reſiſterent Scoti archipræſulem Sancti Andreæ ad Gallias miſerunt, quatinus Rex Carolum fratrem in Scotiam mittat, ut Franci & Scoti Anglos invaderent: ſed Scotis Franci non acquieverunt.

Edwardi in Scotia geſta.

Guillelmus Wallax ſeu Wallaceus.

Per id tempus Garenniæ comitem Henricum Perceum, Guillelmum Latimerum, Hugonem Creſſinhamum principes viros cum valido milite in Scotos Edwardus mittit; quibus apud Strivilingum Guillelmus Wallax ſeu Wallaceus cum aliquali militum cohorte obvius it. Illic dirum commiſſum eſt prælium, in quo Hugo Creſſinhamus & Anglorum plures interiere. Anglorum internecium Edwardus intelligens, ingentem exercitum contrahit, & ante divæ Magdalenes feſtum Scotiam ingreditur, omnia populatur: cui in beatæ Magdalenes die Scoti occurrerunt, & bello commiſſo apud Faukirk, Scotorum triginta millia, Anglorum vero octodecim occubuere: inter quos erat Frery

Anglorum ſtrages.

Strages utrorumque grandis.

 Bryan

Bryan Jay auratus eques in armis ſtrenuus, qui Guillelmum Wallacem de bello labentem impigre inſecutus erat: quem Guillelmus Wallax expectat, & eum peremit. Hoc prælio in Scotia commiſſo, ad libitum Edwardus omnia diſponit. Poſthac Philippi Franci ſororem Edwardus in matrimonium capit, & iterato Scotiam ingreditur, quem Scoti omnes, Guillelmo Wallace dempto, audiunt. Hic ſolus Edwardo nunquam parere voluit. Verum anno regni Edwardi xxxiii. hic traditor perfidus Anglo traditus eſt, & ad Londonias ductus, in equorum caudis tractus, finaliter quadrifariam diviſus eſt; & ſuper Londoniarum pontem in ſpecula ejus caput haſtæ infixum. Ecce Caxtoni Angli hiſtoriam, quam de lingua Anglicana in Latinam convertimus. Non ſolum improbabilia, ſed ſibi haud cohærentia vir iſte cudit. Omni enim probabilitate vacat, ut duos Reges, ſuperiorem & inferiorem ei ſubjectum Scoti eligerent, peterent aut caperent. Si Edwardum primum in Regem Scoti aſſumere voluiſſent, ad quod propoſitum eum judicem inter tres contendentes aſciſcunt? Inſuper ab omni veritate alienum eſt, quod virum plebeium & ignobilem Scotiæ illuſtres viri in Regem eligerent: citius enim unum e tribus contendentibus aut aliquem principum elegiſſent in Regem.

Guillelmi Wallacis ſupplicium.

Improbatio Caxtoni.

Hiſtoria verior.

Deliris igitur commentis Caxtoni relictis, Scotorum hiſtoriam vero ſimilem proſequar. Cum Dunbarri arce Edwardus potiretur, contra Joannem Baliolum qui tunc in Forfar erat proceſſit: ad quem Joannes Cumyngus dominus Strabogius & Joannes Baliolus venerunt, & jus omne quod in Scotia habuit Anglo dat, quem Londonias cum Edwardo filio mittit. Edwardo in carcere detento, Joannem Baliolum in Scotiam mittit, quem Scoti tanquam virum imbellem & meticuloſum contempſerunt. Verum videns ſe contemptui haberi, ad Gallias, ut quiete vivat & private, proficiſcitur. Poſt ejus diſceſſum duodecim cuſtodes Scoti eligunt, & Joannem Cumyngum Buchaniæ comitem in Angliam mittunt, quatinus aliquam cladem genti male meritæ, ſi poſſet, inferret. Verum in parte Scotiæ occidentali, ut in Aeria

Digitized by Google

Aeria & in locis illis, in magna copia Angli ſteterunt, & arces munitas varias cum nonnullorum Scotorum ſequela habuerunt. Scotos dure & inhumane pertractarunt: quod Scotorum plurimi, & ſignanter Wallax, indigne tulerunt; & cum in occulto Anglis ſuperiores eſſent, vim inferebant. Hunc Guillelmum Wallaceum noſtri annales vulgares in noſtra lingua Anglicana ſuper æthera extollunt, & hunc virum aſſerunt nunquam duos ictus in virorum aliquem injeciſſe. Tanta enim erat viri robur & fortitudo, ut ejus enſi arma nulla reſiſtere poſſent. Hæc & multa alia, quæ apud me tanquam improbabilia ſunt, relinquam. Illa quæ Latini hiſtoriographi probabiliter cuderant enucleabo.

Guillelmus Wallax ſeu Wallaceus.

C A P. XIV.

De geſtis Guillelmi Wallacei ſeu Wallacis verior narratio.

FUIT hic Guillelmus de mediocri ſolum nobilium domo, in terra Kyla prope Aeriam, in qua cognomen illud plurimum valet, ortus. Fuit enim ſecundo genitus (cujus frater major natu eques auratus erat) corpore robuſto, oſſibus firmis ſolidiſque plaſmatus, ſubnigro colore, partim cholericus partim atra bili in complexione donatus: propterea fuit ei ingenium ſubitum & ſublime. Totus fuit cordatus, alta ſemper meditans, nulli, ut reor, ſua tempeſtate ſecundus. Si hunc Robertus Bruſeus in gloria militari anteibat, acies oppoſitas haud conſtruo; quia Guillelmo tempore erat poſterior. Militiam non aliter hic Guillelmus addidicit niſi experientia & proprio ingenio. Ubi Anglorum aliquem offendit, qui tunc in Scotia late dominabantur & potiſſimum apud Aeriam, eum trucidavit.

Guillelmi Wallacei genus & virtus.

Digitized by Google

Eum varii invaſerunt; ſed ei ægre duo aut tres reſiſtere poterant, tum ob corporis robur, tum ob ingenii acumen & animi ferocitatem. Succeſſu temporis viri fama augebatur, & ad eum varii Scoti tanquam ad aſylum & præſidium confugerunt. Anglorum inſignes viros apud horrea Aeriæ reſidentes de nocte incendit, & qui a voraci flamma evaſerunt ejus mucrone occubuerunt. Tali ſucceſſu elatus, ad eum viri nobiles, eo ſanguinis generoſitate majores, confugerunt: inter quos duo erant viri famæ celebris, Joannes Gramus auratus eques, & Robertus Boydus, viri fortiſſimi: demum plebe applaudente & inſignibus victoriis de hoſte habitis, a pleriſque Scotiæ regens eſt appellatus. Anno Domini 1297. arces quas Angli in Scotia tenebant demoliri ſtuduit: frigoris, caloriſque, inediæ & ſitis patientiſſimus. Acies ad pugnam, more Hannibalis aut Ulyſſis ordinare; & cum hoc in plano campo, in morem Ajacis Telamonii, certare didicit: ſic quod pauco milite Anglorum phalangas munitiſſimas fundere & profligare non formidaret. Anglorum odio percitus a bello vix ſpiritum relaxabat. Ea propter eundem Guillelmum tam Angli quam Scotiæ primores viri, quia ipſorum famam ejus conſpicua virtus denigrabat, capitali odio proſequuti ſunt. Ei tamen nonnulli nobiles cum vulgo obſequebantur. Hoc intelligens Edwardus Anglus, eum opprimere volens, contra eum Hugonem Caſſinghamen (quem Anglorum annales Creſſinhame vocant) cum magno milite in Scotiam mittit. Super quorum adventu Wallaceus certior factus, obſidionem arcis Dundeæ, in qua occupatus plurimum erat, ad tempus poſtpoſuit, ut Anglis objicem poneret. Anglos prope Strivelingi ponti ſuper Fortham flumen aggreſſus, diro marte cum eis conflixit: Anglorum ducem de medio abſtulit, aciemque totam fudit, & ad arcis Dundeæ obſidionem rediit; quæ ultro ei ſine ulteriori pugna data eſt. Et ſic in brevi viriliter egit, quod nec Anglum in Scotia nec Scotum Angli partes ſequentem dereliquit. Interea ob mortuorum cadavera quæ aerem inficere ſolent, dira peſtis & annonæ caritas ſequuta eſt. Quocirca Wallaceus conſtituit in Anglia hyemare & grandem exercitum

Militaris rei peritia in Wallace.

Wallacis ſucceſſus.

Peſtis & caritas annonæ in Scotia.

citum

citum Anglorum impenſis alere. Nec in hoc conſcientiam fecit ullam: quia evidenter ab Anglis Scoti attriti erant, & rerum magnam jacturam ab eis perpeſſi, nec juridice aliam reſtitutionem exſpectabant, propterea juſtitiam ſibiipſis miniſtrare ſtudebant. Ad Scotiæ ultimas oras pro colligendo numeroſo milite mittit; & Aberdonenſes, ſuis juſſibus inobedientes, ultimo ſupplicio mulctat: qua pœna atroci alii perterriti ad eum agminatim ruunt. Dein exercitu magno collecto, in omnium Sanctorum feſto hoſtiliter Angliam ingreditur: exercitus una pars erat cum eo in re militari exercitatiſſima, reliqua pars ex incompoſita plebe reſultabat. Ad feſtum Purificationis Chriſtiferæ Virginis in Anglia ſtetit: licet enim ab Anglis pluries diu noctuque invaſus eſſet, vigilantia & fortitudine ſemper victor intrepidus manſit: demum poſt tempus trimeſtre, fortunæ bonis exercitus & Angli exuviis onuſtus ad lares patrios rediit. Cladem nullam toto illo tempore exercitus ejus paſſus eſt. Imbellibus, utpote fœminis, & pueris, & omnibus proſtratis humane pepercit; tumidos & reſiſtentes compeſcuit. Dein ad Wallaceum oratores Edwardus Anglus mittit, qui dicerent, ipſum non auſum fuiſſe Angliam intraſſe dum Rex in regno ſtaret. Quod ægre audiens Wallaceus, oratoribus promittit in proximo Paſchate Angliam ingredi, & Edwardo Regi prælium ſuo in regno offerre. Mox militem circa tempus promiſſum ad xxx. pugnatorum millia coegit. Pecunia militem non contraxit, ſed propriis impenſis quilibet ad bellum progredi coactus eſt. Contra igitur Wallaceum apud Stanmur, Edwardus Rex valido exercitu ſuffultus occurrit. Interim ad prælium acies diſponuntur. Suorum conſilio Edwardus perſuaſus prælium detrectavit: quod Scotus miles intelligens Edwardum fuga capere ſtuduit; ſed ducis prudentia ne id attentarent ſtare coacti ſunt, ne incautum militem diſperſum & inſequentem Edwardus ordinata acie fugiens reciperet. Dicebant enim ipſum ſe ſatis gloriæ in hoc conſecutum fuiſſe quod potentem & animoſum Regem in ſuo regno aciem relinquere coegit. Quocirca Wallaceus exercitum retraxit, & ſine calamitate ulla ſoſpitem ad Scotiam

tiam reduxit. Præterea a Scotis qui Anglorum partes pertinaciter ſecuti ſunt, terras abſtulit, & eas de republica Scotica bene meritis pro arbitrio impertivit; quibus hodierno die nonnulli gaudent, cum literis Guillelmi Wallacei tunc regentis. Licet autem id indigniſſime optimates ferrent, remedium tamen adhibere non poterant. Verum Guillelmi convaleſcente gloria, proportionaliter in eum principum crevit invidia: nam, Feriunt altos fulgura montes. Eorum famam qui præeſſe ſolebant ejus gloria attenuare videbatur: ſine eis omnia rexit, & eorum paucis familiaris erat: nec mirum, quia facile mutuo convenire nequiverant. Alto erat animo Wallaceus, quem vulgus cum aliquibus nobilibus ſecuti ſunt: & ſua probitate, licet de mediocri domo natus, melius regnum moderabatur quam principum ulli regere quiverant. Sed inter reliquos viros illuſtres qui odio Wallaceum proſecuti ſunt, erant Cumyngenſes, quorum familia, uti ſuperius retulimus, erat potentiſſima: ſed propter potentiam ejus acquiſitam, & virtutem in armis, Principes nulli manifeſte eum irritare audebant. Hoc inter Scotos latens odium Edwardus Anglus intelligens, cum ingenti exercitu tam Anglorum quam Scotorum contra Guillelmum Wallaceum pugnaturus Scotiam ingreditur, &, ut ab omnibus vehementiſſime præſumebatur, ab illuſtribus Scotiæ viris clanculum contra Wallaceum vocatus eſt. Fortaſſe Principes Guillelmum putarunt ad regni diadema aſpirare, & malebant Angli imperium quam Guillelmi ferre. Ea eſt nobilium conditio malle ſub ſuperiori quam ſub inferiori ſtare. Inſuper imaginor quod & Edwardi & Guillelmi vires attenuare ſtudebant: quibus debilitatis, ad eos politia regenda veniret. Ad Variam Capellam Anglus devenit: contra quem Wallaceus exercitum dirigit. Sed ante belli molem inter Scotos de exercitus duce certatum eſt; & eorum nulli Wallaceus cedere voluit. Quod in tali neceſſitate non laudo. Debebat enim ad tempus, ut hoſtem communem ejicerent, cedere. Referunt enim dominum Stuartum Wallaceum buboni comparaſſe, qui a ſuo origine explumis a qualibet ave plumam mendicando habuit,

Scotorum principum conſilia.

Wallacei pertinacia improbanda.

buit, & plumarum copia donatus ſuper reliquas aves intumuit: ſic Principum viribus Wallaceus ſuffultus ſuper Principes imperium gerere cupiebat. Hæc coram Guillelmo dixiſſe dominum Stuartum in aciei exordio referunt. Nihilo tamen ſecius bellum adoriuntur, & in primo congreſſu tota Cumyngenſium factio, quæ Anglo adhærere videbatur, terga vertit. Wallaceus ſuo more tamen imperterritus perſiſtit, & atrox prælium & longum committitur. Bello longo & laborioſo durante, unam aciem cui præerat, Robertus Bruſeus Scotus vir animoſiſſimus, qui ad Scotiæ regnum anhelabat, ad terga Wallacei direxit. Poſt exercitum erat quidam longus mons: quod ubi Bruſeus & ſui notarunt, occulte montem circumeunt, & in dorſum exercitus Wallacei inciderunt. Et licet a tergo & a fronte, & incomparabiliter majori copia eſſet invaſus, aufugere noluit. Duo Principes viri dominus Stuartus & Makduffus comes Fyfenſis eo in bello occubuere, & Joannes Gramus auratus eques militiæ pater, cujus ſtrenuitatem ſuper mortales omnes Wallaceus commendavit. Tandem omnibus conſumptis, ſigno dato ſuos prælio ſuperſtites Wallaceus abduxit, & ſe fugæ cum ſuis commiſit. In Guillelmo Wallaceo vocabulum fugæ noſtri viventes non admittunt, ſed eum periculum evitaſſe aiunt: judicant enim fugere ſemper in malam partem accipi; ſed falluntur. Invadere expectando invaſorem, cunctari & fugere fortitudinis ſunt rami: quia non modo fugere poteſt, ſed in caſu etiam clariſſimus aciei dux aufugere tenetur. Præſtat enim ſe & ſuos ad tempus magis idoneum ſervare, quam jam rempublicam internecium iſtorum morte perpeti: quare Wallaceus cum ſuis a prælio rite aufugit. Exercitum tamen tanquam oves præmiſit, & tanquam paſtor lupos inſequentes tarde aufugiendo expectavit. Verum Anglorum Frerus Bryangen, gloriæ militaris percupidus, impigre ante alios Wallaceum inſequutus eſt, quem Wallaceus expectans, interemit: cujus morte alios docuit ordinem in ſequendo tenere, & non præire ſocios. Hujus nobilis & pugnaciſſimi Angli Caxtonus aſſerit equum hæſiſſe in via lutoſa, & ſuper eum Wallaceum irruiſſe: verum

Cumyngenſes Wallaceum deſtituunt.

Stuartus occiditur.

Wallaceus receptui canit.

Fugere decet ut licet.

Freri cædes.

Digitized by Google

ſi ſe extra lutum more Wallacei ſervare nequibat, in militia imprudens erat: & a viro tam forti & irritato, qui inter duas acies ſolus incedere audebat, cavere debuit. Poſt hoc bellum referunt Robertum Bruſeum clanculum Wallaceum allocutum fuiſſe, & hæc in ſententia protuliſſe verba: O virorum fortiſſime, quo temerario auſu contra tam potentem Regem Anglis Scotiſque ſuffultum bellum ingredi audes, conſiderata in te principum tuorum malivolentia? Nonne vides Cumyngenſes, me & pleroſque alios Angli partes ſtudioſe inſequi? Paucos nobiles tecum habes, cum minuta plebe, quæ vento inſtabilior eſt & fortunam tuam, quæ jam in parte fracta eſt, inſequitur. Hæc Robertum dixiſſe auguror, ut Guillelmi mentem ſcrutetur an ad regnum aſpiret: contentus tamen, ut arbitror, quod Guillelmus amiſit.

Roberti Bruſei oratio.

Cui Wallaceus: Tua ignavia, qui jus ad regnum prætendis, ego vero nullum: ſed militiæ ſtudio & patriæ libertatis ea peregi. Ratus ſum Anglos omnes meis conatibus ab hoc regno expellere: & ſi mihi primores viri non reluctati fuiſſent, haud dubie id perfeciſſem, ſi ſolum ſuos agricolas mihi conceſſiſſent, nec ad bellum prodiiſſent: ubi hodierno die vix decies mille viros & quidem plebeios pro magna parte mecum duxi, ſi principes non poſuiſſent obicem, centum millia pugnatorum agricolarum ad bellum alacrium habuiſſem: ſed principum in me conceptum odium hodierno die percepi, & ſi ad regnum prætendas ab his Cumynenſibus potentiſſimis caveto. Si regni ſui gloriam curaſſent, quocunque partiali odio in me concepto, non debebant a bello pedem tetrahere: & ſi Anglo fidem dediſſent eam obſervare non tenebantur. In turpi promiſſo fidem reſcindere & decretum irritare operæ precium eſt. Meæ vitæ jam ſic pertæſum eſt, ut mori mallem quam vivere. Per pneuma juro rempublicam Scoticam in poſterum relinquam, & quieti & vitæ privatæ me accommodabo. Hæc audiens, licet forte Wallacei infortunium non ægre ferret Bruſeus, tamen ob nobilis viri ſtrenuitatem & verba tam magnifica lachrymas effudiſſe dicitur.

Wallacei reſponſio.

CAP.

CAP. XV.

De Joanne Cumyngo Scotiæ Regente; & de cæteris Wallacei facinoribus, & exitu miſerabili ſed felici emigratione.

POST hanc cladem Scotis illatam, omnia apud Scotos Edwardus exiſtimans pacata, ad Angliam rediit: poſt cujus diſceſſum Joannem Cumyngum regentem Scoti & non Guillelmum Wallaceum eligunt. Non video quod aliam regentiam Wallaceus habuit, niſi illam quam accepit: verum ſua probitate regentiam bene exercuit. Nec Wallaceum iſte Cumyngenſium factus regens in ſuam & regni opem vocavit, quanquam eum virorum ſtrenuiſſimum putabat: Hoc ideo fortaſſe fecit, quia vidit quod Wallaceus, qui paulo ante ſummam rerum moderabatur, ſubeſſe non poterat. At cum Edwardus Scotos intellexit Joannem Cumyngum in regentem elegiſſe, novum exercitum xxx. millium virorum contrahit, quem Rodulpho Confreyo viro ſtrenuo commendavit, jubens ut in Scotiam pergat: qui cum ad Roſlyn pervenit exercitum tripertitur, & in qualibet parte decies mille viros cum ſuo duce ponit. Quod cum Joannes Cumyngus Regens intellexit, ſecum Simonem Fraſſer habens cum ſeptem mille viris, unam Anglorum aciem vicit; & poſtéa eodem die cum viris fatigatis bis pugnavit, & ſic omnes xxx. mille viros fudit. Quod cum Edwardus Anglus reſcivit, ingentem exercitum ex Vaſconibus, Hibernicis, Anglis & Scotis qui ejus partes ſequuti ſunt, collegit, & Scotiam ingrediens, omnia pro arbitrio ſubjegit. Apud Dunfermenlyng hyemavit: & filius

Joannes Cumingus Scotiæ regens.

Cumyngi incredibilis victoria.

ejus Edwardus Carnarivanus apud Pertham commeatum uberem de Galliis per mare adduxit. Vini Vaſconici tanta erat copia, quod ferme gratis venundabatur: pinta enim tribus duntaxat denariis venit. Magna ante hoc erat utriuſque regni hominum ſtrages. Nulla erat in Scotia arx vel hominum aliquis, niſi ſolus Wallaceus, qui Edwardum non audiret: per montes invios, & inſulas inacceſſibiles, & per amicos ſe ab Anglo & fautoribus ſervavit. Cujus conſtantiam Edwardus miratus, eum per caduceatorem certiorem facit, quod illi latiſſima dominia in Scotia & Anglia daret, modo ſuis juſſibus obtemperaret; qui conſtanter reſpondit, Se Angli juſſibus nunquam pariturum. Cum Edwardus viri reſponſum accepit, alia via ipſum prodere ſtuduit: cumulatiſſima dominia illis qui Wallaceum caperent promiſit; & cum multi pro eo capiendo inutiliter laboraſſent, demum Odomarus Valanceus & Joannes Mentethus natione Scotus auratus eques, ipſi Wallaceo putatus amiciſſimus, dolo malo ipſum in civitate Glaſguenſi capiunt, & captivum magno cum exercitu in Angliam ducunt, & eum, ut Anglorum annales referunt, peremerunt. Imprudentiam hujus Wallacei primo obtutu hic improbo, quod nihil ad tempus cum Edwardo diſſimularet, etiam terras capiendo vel ut ſe circumſpectius ab hoſte ſervaret. Verum eum ſpem concepiſſe arbitror, occaſione data Anglos invadere poſſe, & eos extra patriæ fines more ſolito ejicere. Putabat enim dierum aliquo Scotos pertæſos fore imperii Anglorum, & quod tunc glomeratim ad eum Scoti, pro antiqua fama nondum ſepulta, concurrerent. Sed dicis, oculatius ſe ab eorum manibus præſervare debuit: at vetus eſt proverbium, Nullus eſt capitalior hoſtis quam domeſticus inimicus: in Joanne Mentetho, cujus binos liberos de fonte levaverat, plurimum confidebat. Noſtri annales hic recitant, quod quidam eremicola Anglus animas pluſculas, quarum una fuit Wallacei, a purgatorio ad cœlum properantes vidit; & ſuper Wallacei homicidæ anima plurimum miranti reſponſum eſt, quod pro patriæ libertate & bello juſto alios peremit. Non me fugit quin in bello juſto licitum ſit certare; ſed in bello multi

Marginal notes: Wallacei conſtantia. — Wallacei proditores. — Conſilium Wallacei non omnino probat. — Probat tamen. — Objectio. — Reſponſio. — Wallacei in cœlum evolatio. — Bello juſto quid liceat.

multi exceſſus & peccata contingunt: ſed peccata omnia vera pœnitentia cribrat & abolet. An probe egit Edwardo Anglo reſiſtendo non inſiſto. Fertur ſemper hæc carmina, quæ puellus a præceptore didicerat, in ore habuiſſe:

Dico tibi verum, libertas optima rerum:
Nunquam ſervili ſub nexu vivito fili.

DE hoc Guillelmo Wallaceo noſtri annales in lingua Anglicana recitant quod bis Gallias viſitavit: cum Thoma Longavilla pyrata Franco & Joanne Lyn Anglo in mari pugnavit, & multa ejus alia egregia facinora recitant, quæ tanquam falſa reſpuo: tum primo, quod Latini noſtri annales poſt Variam Capellam nihil glorioſum de eo recitant, ſed poſt hoc deliteſcebat: tum ſecundo, quod de multo minoribus Scotis in re militari quam Wallaceus fuerit Francicæ hiſtoriæ mentionem faciunt, & de eo minime loquuntur: ergo reor eum nunquam Gallias viſitaſſe. Et ſi quis Scotorum pertinaciter ſuis ſcriptis vulgaribus inhærens objiciat, Vel omnia quæ de eo annales referunt ſunt vera, vel nulla, vel partim vera, partim falſa; ſecundum membrum dare nequeo, nec tertium ob rationis paritatem in omnibus: ergo primum dare neceſſum eſt. Hoc argumentum ſic refello vocabulis rationis paululum mutatis; Vel omnia quæ Anglorum annales de Scotis ſcribunt ſunt veritati conſentanea, aut nulla, aut quædam duntaxat veritati innituntur: tertium membrum ſolum ut arbitror dabis; & eundem ramum in objectione do. De hoc gemino tranſitu in Gallias, & de rebus ab eo glorioſe geſtis, noſtri annales Latini, qui circa tempora ipſius monimentis mandarunt, non ſilerent; & idem de Francorum hiſtoriis intelligere potes. Integrum librum Guillelmi Wallacei Henricus a nativitate luminibus captus meæ infantiæ tempore cudit, & quæ vulgo dicebantur carmine vulgari, in quo peritus erat, conſcripſit (ego autem talibus ſcriptis ſolum in parte fidem impertior) qui hiſtoriarum recitatione coram principibus, victum & veſtitum qno dignus erat nactus eſt. Et rurſus, non omnia

Facinora nova Wallacei.

Argumentum. Refellitur.

Refellitur.

Latine ſcripta infallibilem certitudinem promerentur; ſed probabilitatem quandam: quorum aliqua plus certitudinis alia vero minus continere noſcuntur. Nolo tamen ob has ratiunculas conſtanter inficias ire ipſum oras Galliæ viſitaſſe. Et hæc de Guillelmi Wallacei geſtis egregiis ſtrictim dixiſſe, ſicut opus præſens requirit, ſufficiat: nam quia aliorum quoque ei æqualium vitas canimus, idcirco in unius illuſtris viri geſtis non omnem operam expendimus.

****

CAP. XVI.

De claris theologis Richardo Middeltono & Joanne Duns: Et ſuper regno Scotorum contentione, & geſtis a novis Regibus.

Richardus Middeltonus.

CIRCA hæc tempora Richardus Middeltonus quem de Media villa Galli vocant, vixit. Quatuor in Sententias non ſpernendos libros cum quotlibetis magna lucubratione edidit. Utrum Oxoniæ an Cantibrigiæ literis operam dederit me fugit; ſed Britannus Anglus erat. In eadem tempeſtate poſt eum ſcripſit Joannes Duns doctor ſubtilis Scotus Britannus, de vico Duns octo mille paſſibus ab Anglia diſtante, & a me ſeptem aut octo leucis, ortus. Hunc puellum in grammaticis initiatum ad Oxoniam duo fratres Minores Scoti duxerunt, quia tempore illo in Scotia nulla erat Univerſitas: & in Minorum conventu gratia iſtorum duorum fratrum Oxoniæ converſatus, beati Franciſci religionem profeſſus eſt. Vir erat ſublimi ingenio & oppugnator acer, propterea Subtilis nomen non ab re meruit. Sic Oxoniæ profecit, ut in metaphyſica & in quattuor

Joannes Duns Scotus.

tuor Sententiarum libros monimenta lectione digna poſteris reliquerit, quæ ſcripta opus Anglicanum ſive Oxonienſe vulgo dicitur. Poſtea a Minoritanis Pariſienſibus vocatus, lecturam aliam in Sententias priore contractiorem & magis frugiferam edidit; quam lecturam chalcographis imprimendam hiſce diebus dedimus. Demum Coloniam adivit & inibi diem extremum juvenili in ætate clauſit. Doctoris ſubtilis obitus.

CÆTERUM poſt Alexandri tertii obitum apud Kyngornum, pro regno anceps & inexplicabilis quæſtio orta eſt. Ad Scotorum regnum Joannes Baliolus, Robertus Bruſeus, & Haſtyngus jus prætendunt: ſed quia magnam ſequelam in Scotia habuerunt, principibus haud facile erat jus anceps enucleare. Negotium ad Edwardum primum, quem Edwardum cum longis tibiis appellant, remiſerunt; qui pro Joanne Baliolo ſententiam tulit. Hunc Joannem referunt clanculum promiſiſſe Scotiæ regnum ab Anglo tenere. Triennio ſummam rerum apud Scotos Baliolus moderabatur; ſed quantum in ipſo erat Scotiam Anglo ſubdidit: & quia ignavus erat, Scoti a regno eum ejiciunt, qui in Gallias profectus inibi viam univerſæ carnis ingreſſus eſt. Præterea tempore quo Edwardus in Scotia exiſtens omnia pro arbitrio moderabatur, referunt quod Joannem Reid Cumyngum, hoc eſt rubrum Cumyngum (ipſi enim facies ſanguinolenta erat) ad regnum ambiendum, quia Cumyngorum familia apud Scotos potentiſſima erat, Robertus Bruſeus animaverat. Cujus conſilio ac ſuaſione Cumyngus, quia jus nullum habebat, reluctans, inſuper ipſi Bruſeo jus apparentiſſimum habenti ſuppetias ut regnum caperet promiſit. Hic inter noſtros & Anglorum annales diſcrimen non exiguum invenio. Cumyngenſium familiam Anglis fideliſſimam, & propterea Joannem Cumyngum a Bruſeo occiſum Anglorum annales perhibent. Noſtri longe aliud referunt. Dicunt enim authentico ſcripto Bruſeum & Cumyngum conveniſſe pro regno de manibus Edwardi capiendo ſeu eripiendo, Angloque ſecreta ſcripta per Cumyngos patefacta. Aliquorum autem fert opinio quod Joannis Cumyngenſis uxor hoc arcanum,

Controverſia de regno Scotiæ.

Edwardus longis tibiis Baliolum Regem pronunciat.

Balioli exitus.

canum, marito inſcio, Anglo prodidit, aliis exiſtimantibus ipſum Joannem Cumyngum hoc arcanum Edwardo retexiſſe: ſed qualitercunque fuerit, ſuper hac conventione ſecretiſſima a Joannis Cumyngenſis familia Edwardns Anglus certior factus, Robertum Bruſeum de medio tollere moliebatur; & illud, niſi fugam in Scotiam Robertus maturaſſet, opere compleviſſet. Ocyſſime ergo Robertus a Londoniis ad Scotiam iter flexit: & cum apud Dumfreſam, Scotiæ urbem a limitibus non longe diſtantem, adventaſſet, in fratrum Minorum conventu Joannem rubrum Cumyngum obvium habuit, & irarum plenus Robertus prope ſummum altare Joannem pugione rigide ferit, exiſtimans ei vulnus letale inflixiſſe. Per idem tempus Guillelmum Wallaceum captivum ad Londonias ducunt. Cumyngo percuſſo, templum mox egreditur Robertus & duo amicorum ejus, ſcilicet dominus Joannes Lyndiſayus & dominus Rogerus Kirkpatricius; qui per faciei pallorem Robertum plurimum mente alteratum noverunt, mox quidnam egerat ſciſcitantur: & re per ordinem detecta, an letale vulnus Cumyngo dederit, rogant; quod ſe neſcire Bruſeus aſſeruit: quem duriuſcule arguunt, eo quod in re tam ardua contra principem virum ambigue procederet. Extemplo delubrum ingrediuntur, & dominum Cumyngum poſt magnum altare jacentem rogant, an vitam ſperaret? quibus affirmative reſpondet, modo peritum chirurgicum haberet: quo dicto ſemivivum virum atrociter confodiunt. Et illius facinoris gratia Cumyngenſium potentem familiam ſemper adverſam Robertus Bruſeus habuit. Nihilo tamen minus amicis ſuffultus Sconam adivit, & regni diadema ſibi vendicat: rem ſane periculi non expertem, contra Anglum Cumyngenſes, Baliolos, Haſtingos, & eorum auxiliares viros, regni habenas aſſumere. Romam tamen citiſſime mittit, quatinus a cenſuris eccleſiaſticis pro homicidio in templo perpetrato abſolveretur. Verum antequam Roberti Bruſei res geſtas canam, ejus & contendentium jura implexa extricare moliar.

Robertus Bruſeus coronatur.

CAP.

CAP. XVII.

De jure quod Robertus Bruſeus habebat rationes multæ: ante quas Malcolmi progenies ad præſentem uſque Regem deducitur.

HUJUS juris fontem a Malcolmo Canmoro deducere operæ præcium eſt: nam ex ſuperioribus, ſi bene meminiſti, liquet, quod ſex liberos & duas filias Malcolmus Canmorus & ejus uxor Margareta natione Angla habuerunt. Trium liberorum mentionem minime facio, quia ſine liberis & fama mortui ſunt. Tres filii ſucceſſive regnarunt, Edgarus, Alexander, & David: ſed Edgarus & Alexander ſine liberis mortui ſunt. Unicum autem filium nomine Henricum comitem Hundintoniæ David habuit; & tres filios is Henricus genuit, ſcilicet Malcolmum, Guillelmum, & Davidem: ſed ante patrem Henricus viam univerſæ carnis ingreſſus eſt. Davide mortuo, Malcolmus ejus nepos regni habenas ſuſcipiens, xii. annos Scotis imperavit, & mortuus eſt virgo: cui Guillelmus ejus frater ſucceſſit, qui Alexandrum ſecundum genuit: & Alexandrum tertium Alexander ſecundus procreavit ex Margareta Regina Scotiæ Edwardi Regis ſorore. Duos filios Alexander tertius genuit, qui ſine prole mortui ſunt. Habuit etiam Alexander tertius unam filiam, Margaretam nomine, quæ Regi Norvegiæ nupſit, qui ex ea unam filiam tantum nomine Margaretam procreavit, quæ ante annos puberes vitam in mortem commutavit. Et in hac filia ſucceſſio linealis ex parte Regum deſcendens, ſcilicet ex Malcolmo Canmor & Margareta Regina natione Angla, penitus eſt extincta.

Robertus Bruſeus.

Malcolmi Canmor ſoboles.

David Hundingtonus de ſtirpe regia non regnavit.

ὄta. Supereſt ergo ad proximum verum hæredem jus regni venari, ſcilicet ad David Hundintonum qui nunquam regnavit. Verum tres hic David filias genuit: primam nomine Margaretam comiti Gallwayo Alano dedit conjugem; de qua Alanus tres filias genuit, quarum prima nomine Darvargilla domino Joanni Baliolo nupſit; qui ex ea unum filium nomine Joannem genuit, qui poſtea in Scotiæ Regem ex Edwardi judicio creatus eſt. Edwardum Baliolum, qui poſtea in Duplyn victor erat, Baliolus Rex genuit, & in Edwardo Baliolo nomen Baliolorum tabeſcit. Secunda filia Darvargillæ fuit Marjoria nupta Joannis Cumygni; de qua idem Joannes Joannem Reid Cumyngum genuit, quem Robertus Bruſeus apud Dumfreſam interemit. Unam filiam tantum iſte Joannes Cumyngus genuit, quæ comiti Atholiæ Davidi nupſit; ex qua plures liberos David comes genuit, qui noſtro propoſito minime deſerviunt. Tertiam filiam David comitis Hundintoniæ, ſcilicet Iſabellam, dominus Robertus Bruſeus conjugem duxit, de qua unum filium nomine Robertum genuit; qui Robertum comitem Carriki genuit; & ille Robertum Regem & plures filios & filias eduxit. Robertus autem Rex ante regnum adeptum, quando erat comes Carriki, ſororem Garthenai comitis de Mar uxorem duxit, de qua unicam filiam habuit nomine Marjoriam; quam uxorem habuit Gualterus Scotiæ Seneſcallus, de qua unicum filium Robertum Regem ſecundum genuit. Iſte Rex de facto unam de filiabus Adæ Mure militis ſibi copulavit, quam poſtea per diſpenſationem uxorem duxit, ex qua Robertum tertium genuit. Et Jacobum primum, Robertus tertius procreavit: & Jacobum ſecundum Jacobus primus genuit. Et Mariam ducis Geldriæ filiam Jacobus ſecundus in uxorem duxit, de qua tres filios & natas duas procreavit. Primogenitus maximus natu erat Jacobus tertius; ſecundus Alexander Albaniæ dux; tertius Joannes Marriæ comes, qui ſine liberis obiit. Dux autem Albaniæ in Gallia utpote Alvernia uxorem duxit, de qua Joannem genuit qui apud Scotos impræſentiarum eſt regens. Unam ſororem Jacobi tertii dominus Hamiltonus conjugem accepit, ex qua filium

Albaniæ dux.

&.

& filiam genuit nunc viventes: & filiam uxorem Steuardus comes Lenaxeus duxit. Et Margaretam Regis Norvegiæ filiam Jacobus tertius in conjugem accepit, ex qua Jacobum quartum & duos fratres ejus genuit: nullos autem liberos fratres ejus reliquerunt. Filiam vero Henrici ſeptimi Angli, Margaretam nomine, Jacobus quartus conjugem duxit, & ex ea liberos genuit, quorum unus ſolus eſt ſuperſtes, ſcilicet Jacobus quintus puellus ſex annos natus. Ecce Scotorum genealogiam. Quo fit quod Jacobo quinto Joannes Albaniæ dux ſuccedit, & Joanni Hamiltonus: cujus nepos eſt comes Lenaxeus Steuardus cognomine, alios habens fratres & ſorores. Ex his reor in parte patere cui regni hæreditas, tribus contendentibus, debebatur. Pro Roberto Bruſeo hoc argumentum adducunt: Ante Joannem Baliolum natus eſt. Sed in oppoſitum eſt argumentum non reſpuendum: Vel mater Joannis Balioli, vel mater Roberti Bruſei, erat Scotiæ hæres: & alterutra data, filius ejus ei in hæreditate ſucceſſit. Et non modo in matribus iſtorum contendentium ſtabo, ſed ad tres natas Davidis comitis Hundintoniæ ibo, quærendo quæ illarum erat Scotiæ hæres, vel fuiſſet ſi vixiſſet, proles cum parenti mortuo ſicut vivo ſuccedit. Sed hac diſputatione relicta, quia ipſa ſententiam Edwardi Regis colorare videtur, dico hanc conclusionem: Solus Robertus Bruſeus & ejus hæredes indubitatum jus in regno Scotiæ habuerunt & habent. Hanc concluſionem per priorem nativitatem Roberti quam Joannis non probabo, ſed alia via; & hoc ſic: Joannes Baliolus ex majore filia ortus, juri ſuo cedens, & jus ſuum omne Edwardo Anglo tribuens fuit regno inidoneus, & per conſequens, a jure ſuo & ſuorum merito per eos ad quos ſpectat privandus: modo hoc ad reliquam partem regni ſpectabatur. Secundo arguitur ad idem: Populus liber primo Regi dat robur, cujus poteſtas a toto populo dependet; quia aliud jus Fergusius primus Rex Scotiæ non habuit: & ita eſt ubilibet & ab orbe condito erat communiter. Hoc propter Reges Judææ a Deo inſtitutos dico. Si dicas mihi ab Henrico ſeptimo Henricus octavus jus habet. Ad primum Anglorum

Jacobus quartus.

Jacobus quintus.

Jura regni reſolvit.

Roberti Bruſei manifeſtum jus ad regnum Scotiæ.

Populi conſenſus novus Regem conſtituit.

X x 2 Regem

Regem aſcendam, quærendo a quo ille jus regni habuit? & ita ubivis gentium procedam. Et quod jus a populo habuit dicere neceſſe eſt, quia aliud dare non potes: ſed ſic eſt quod totus populus in Robertum Bruſeum conſenſit de republica Scotica optime meritum. Tertio arguitur ad eandem concluſionem probandam: Regem & poſteros pro demeritis populus poteſt exauthorare ſicut & primo inſtituere. Patet, quia hac via Romanorum politia regalis in ariſtocraticam eſt mutata: & Pepinus Francorum Rex, alio deſtituto, in regnum ſuffectus eſt. Quarto arguitur ad idem ſic: Illud circa Reges faciendum eſt quod maxime ad reipublicæ utilitatem conducit: ſed ſic eſt quod in caſu quo ab hoſte reſpublica ſic invaditur, quod eam A Rex tueri non poteſt, ſed in ejus ſubverſionem conſentit; & B eam tuetur & de manu hoſtis ſurripit, & bene manu tenet: A deponi & B imponi meretur. Sed ſic eſt in caſu noſtro: igitur. Quinto arguitur: Joannes Baliolus, & regni primores debebant velle quod Robertus Bruſeus regnaret; ergo non minus Robertus debebat idem velle. Antecedens patet. Debebant velle illud quo corpus myſticum cujus erant partes maneret incolume, & in bona diſpoſitione; & hoc commode fieri non poterat, niſi per Joannis Balioli ejectionem, & regimen regale Roberti Bruſei. Ergo. Sexto arguitur: Licitum eſt populo libero, in caſu Regem indubitatum cum poſteris ejicere a regno (jam hoc oſtendimus) & novum Regem nullum jus in regno habentem inſtituere: ergo, a fortiori, licitum eſt Regem ambiguum in ſimili caſu exauthorare & ambiguum inthronizare. Sed ſic eſt in caſu noſtro: igitur. Septimo & finaliter arguitur ſic: Cujus eſt Regem condere, ejus eſt caſum ambiguum circa Regem incidentem interpretari: ſed a populo, & potiſſimum primoribus & nobilibus qui plebis vices gerunt, Reges inſtituuntur: ergo ad principes, prælatos & nobiles ſpectat caſum ambiguum circa Regem incidentem interpretari; cujus interpretatio inviolabilis manebit. Sed ſic eſt de Roberto Bruſeo, potiſſimum poſtquam perduelles & politiæ perturbatores de regno ejecerat: igitur. Ecce quonam pacto Ro-

bertum Bruſeum & ejus ſucceſſores jus indubitatum in regno Scotiæ habere illuſtravimus. Et ſi jus verum per linealem ſucceſſionem habeat, huic non refragor: ſed concluſionem poſitam rationes adductæ, opinione mea, ſufficienter demonſtrant.

CAP. XVIII.

De iis quæ dictæ concluſioni objici poſſint, & eorum ſolutionibus.

SED quia dubiorum ſolutio eſt veritatis manifeſtatio, aliquibus rationibus contra concluſionem & ejus robur, quod eſt concluſionis fundamentalis columna, objiciam. Primo ſic arguitur: Scotorum Regibus Reges Angliæ ſunt ſuperiores: ergo Robertus Bruſeus male egit reſiſtendo, & Anglos de Scotia ejiciendo. Antecedens patet dupliciter; tum primo, quia Scotorum Reges creberrime Anglis homagium fecerunt, & ad Londonias profecti ſunt; tum ſecundo, Edwardo Anglo Joannes Baliolus de antiquiore ſorore linealiter deſcendens jus ſuum contulit: igitur.

Arg. 1. Probatio antecedentis. 1. Secunda.

AD primum nego antecedens. Et ad ejus probationem, qua dicis quod Anglis homagium Scoti præſtiterunt, hanc propoſitionem diſtinguo: Vel ratione comitatuum Hundintoniæ, Cumbriæ & Northumbriæ; & hoc tecum aio: vel ratione regni Scotiæ; & ſic eo inficias. Dum enim Edwardus iſte & Scoti Rege vacantes, diu ſuper hoc coram Romanis pontificibus litigaſſent, evidentiis ex utraque parte oſtenſis, pontifex judicavit Regem Scotiæ in temporalibus nulli eſſe ſubjectum. Hoc ſatis de ſe erat evidens;

Ad primum.

dens: ſed quia Scoti Rege carentes venationem Edwardi evitare volebant, coram pontifice proceſſerunt de Scotorum Regibus ob terras quas olim in Anglia habuerunt, quod illarum terrarum ratione, homagium per interpoſitam perſonam facient. Non autem expedit quod Reges in propria hoc compleant. Ad ſecundam objectionem dupliciter reſpondeo: tum primo quod Joannes Baliolus hoc non libere fecit, nec jus regni habuit: tum ſecundo, quod majus eſt, etſi jus indubitatum habuiſſet, & liberrime Anglo contuliſſet, jus illud Anglo eſſet inutile. Reges enim non poſſunt regni ſui jura ſecundum ſua arbitria alteri conferre. Unde, ſi Rex Francorum magno Turco Franciam conferret, collatio non teneret. Et Anglo Carolus ſextus Franciam contulit; quo non obſtante, Carolus ſeptimus & Franciæ Principes hoc impediebant. Rex enim non habet ita liberum dominium in ſuo regno, ſicut tu in tunica tua.

Ad ſecundam.

Arg. 2. SECUNDO arguitur ſic: Utilius fuiſſet Scotis ſub Regibus Anglorum ſtetiſſe: ergo Robertus Bruſeus male fecit reſiſtendo. Antecedens patet: quia juſtitia & politia eſt melior in Anglia quam in Scotia; quam Scoti ſub Anglis habuiſſent.

Confirmatio. ET confirmatur hæc ratio. Sub Anglis Wallenſes melius ſtant quam ſtarent ſub Walliæ Regibus, ut ſuperius dictum eſt: ergo ſub Anglis melius Scoti ſtarent quam ſub Scotis Regibus.

Ad ſecundum. AD ſecundum nego conſequentiam. Nam ſi utilius eſt reipublicæ quod Sortes domum meam & ſupellectilem habeat quam ego; tamen non propterea ſequitur quod opes meas teneor ei impertiri. Etiam diſtinguo antecedens, quod utilius eſſet Scotis ſub uno Rege ſtare quam ſub variis Regibus. Vel ſi Anglus juſto titulo, per matrimonium vel alia juſta via Scotiam haberet; & ſic concedo: vel oppreſſione & violentia; & hoc eſſe negandum arbitror, nec facile contingibile.

UNDE

Digitized by Google

Unde hic audacter aliqua dicam. In Britannia olim novem vel decem erant regna, ut ex hiſtoriæ diſcurſu patuit. Pictorum regnum Scoti poſſident. Walliam & varia Anglorum regna, licet exigua, Angli poſſident; & ſic in inſula impræſentiarum preciſe duo ſunt regna. Utiliſſimum utrique regno foret, quod ambo eſſent ſub uno principe qui Britanniæ vocaretur Rex, dummodo illud juſto & honeſto titulo fieret: nec aliud medium niſi matrimonium invenio; deberent enim Reges filios filiaſque matrimonialiter conjungere, etiam conſanguineos in quibus Pontifex poteſt diſpenſare. Et quiſquis eſt Anglus vel Scotus huic dicto contradicens, ad rempublicam & communem utilitatem non habet oculum. Sic enim uterque populus melius in pace viveret: & ſolum tempore pacis auctor pacis Deus colitur; & illo ſolum tempore religioni homines intendunt. Ecce per bella quæ mala inter illos contingunt! Si eſt aliqua plaga terræ circa limites litigioſa, inculta manet; & ubi limites ſunt cogniti, ad octo vel novem leucas vorax flamma & enſis omnia conſumit. Ex utroque regno multi nobiles viri ferro occumbunt, ita quod aliquarum bellicoſarum familiarum nullum in lecto diem clauſiſſe extremum invenies. Liburnarum navium aliarumque in mari hoſtiliter concurrentium magna fit jactura; in magnis aciebus plurimæ impenſæ, & plurima mortis imago. Nonne expediret omnibus his aliquando finem imponere? Et ubi per matrimonium (ſit Scotus vel Anglus) quis verum jus ad regnum haberet, qui illi contradiceret graviſſime peccaret. Et quia uterque populus eſt ſuperbus & in armis confidens, non video quod ſine juſto titulo & patente iſtud unquam continget. Me autem non fugit quin ob ſophiſticas rationes occurrentes aliqui verſipelles, bonum privatum bono communi præferentes, hanc aſſertionem abnuent; ut aliqui potentes Angli & Scoti ad regnum anhelantes, vel ſublimem Regem ſupra ſe habere nolentes, vel qui exteris regnis plus pro ſuo particulari commodo quam communi, in quorum jactura hæc unio foret, aſſiciuntur. Ad confirmationem de Wallia, dico non eſſe idem de Wallia & Scotia. Wallenſes enim Angli facile domuerunt:

Propoſitio de Britanniæ regnis.

Belli mala.

Ad confir. Arg.

runt: non autem Scotos, ut eventus rei docuit; quia jam longo tempore Anglis reſiſtere viriliter audent, & eos cum tempus poſtulat invadere non formidant. Tertio arguitur:
Arg. 3. Si ſuper Regem eſſet totus populus, hæc concluſio ſequitur, quod pro populi arbitrio Reges eſſent deponibles: quod eſt in reipublicæ perniciem non modicam. Quarto arguitur:
Arg. 4. Dominia vendit vel prodige pro arbitrio dat particularis dominus, & rem in alium transfert: ergo identidem Rex in regno. Conſequentia tenet; quia oppoſito conſequentis cum antecedente dato, hæc concluſio a veritate diſſona ſequitur, quod non ita pulcrum & liberum dominium in regno Rex habet ſicut in ſuo dominio particularis dominus.
Ad Arg. 3. Ad tertium nego ſequelam, difficillime enim a regno Reges ejiciendi ſunt; quia hac via politiam continuo motu & bellis civilibus agitabis: & multo difficilius a vero Rege & ejus poſteritate regnum eſt auferendum. Propter tamen aliqua ſpurca vitia & incorrigibilitatem, a regnis veteres non injuſte Reges ejecerunt. Pro quibuſcunque tamen criminibus, dum ſunt corrigibiles, Reges non ſunt exauctorandi: ſed tunc ſolum quando reipublicæ magis eorum depoſitio quam ſtabilitas conducit. Et quando illud contingit pennatorum eſt conſiderare; quia ſine magna trium ſtatuum conſultatione & maturo libramine, paſſionibus etiam ſemotis, Reges non ſunt exauctorandi.

Ad quartum. AD quartum dicitur quod conſequentia eſt nulla: Rex enim eſt perſona publica, & omnis hoc modo qui regno ob utilitatem communem & ejus incrementum præeſt. Sed quando regni habenas contaminat, labefactat & diſſipat, non eſt regno dignus: nec aliud dominium in regno a populo niſi gubernativum habet. In re vero ſua particulari quilibet eſt moderator & arbiter.

Arg. 5. QUINTO objicitur: In corpore vero omnibus reliquis membris caput ſupereminet, ergo & in corpore myſtico caput eſt ſuper reliquum corpus. Reſpondetur quod conſequentia eſt nulla: argumentum enim a ſimili ſæpiuſcule
Reſponſio.

quarto

Digitized by Google

quarto pede claudicat. Nunc quia Roberti Bruſei jura ad Scotiæ regnum adamuſſim enucleavimus, & objectiones obiter occurrentes eluimus; ſupereſt ejus geſta quomodo regni habenas moderatus eſt complecti.

CAP. XIX.

De Roberti Bruſei Scotiæ Regis geſtis & calamitatibus.

ATHLANTICIS viribus aut Dædaleo natatore ad Roberti Bruſei vitam deſcribendam opus eſſet; ſed tali deficiente, paucis, ſecundum temporis & otii anguſtiam, hujus viri vitam (licet jejune) canere propono. Cum Robertus Bruſeus, ſuis familiaribus ſuffultus, in Regem eſſet inthroniſatus, contra eum, anno a partu virgineo 1306. die 19. Junii, Odomarus de Valentia Scotiæ cuſtos procedit, & apud Methwen adverſus eum prælium iniit; in quo Robertus victus eſt & in fugam verſus, licet pauci ei adhærentes deſiderati eſſent. Hanc victoriam malum omen Roberto plebs prognoſticabat, &, tanquam virum infauſtum cui fortuna inimicaretur, totaliter deſeruit. Dein ad Atholiam & Argadiam ibat, & illic aliquot diebus latitabat: ſed tertio idus Auguſti ab Anglis & Scotis, præcipue Cumyngenſibus, invaſus, denuo victus in fugam verſus eſt: paucos tamen de ſuis apud Dalary amiſit. Ad ſanctum Duthacum, Scotiæ ex una parte extremam oram, Regina ejus uxor aufugit: inibi per Guillelmum Cumyngum capta ad Regem Angliæ deducta eſt, & in arcta cuſtodia uſque ad bellum de torrente Bannok detenta eſt. Quo anno Nigellus Bruſeus Regis germanus cum multis nobilibus ad arcem Kyldromiæ confugiens receptus eſt: ſed per Scotos

Robertus Bruſeus Rex.

Vincitur.

Vincitur ſecundo.

Uxor ejus capitur.

Nigellus ejus frater captus occiditur. Thomas & Alexander Regis fratres capti occiduntur. Roberti Bruſei deſolatio.

Anglo arx proditorie traditur, & Nigellus Bruſeus cum multis aliis nobilibus viris ad Bervicum ducitur, & inibi extremo ſupplicio feriuntur. Thomas autem & Alexander Regis fratres apud Lochrian capiuntur, & ad Carliolum ducti capitibus plectuntur. Sic fratribus, conjuge & conſanguineis orbatus, ab omnibus contemptui dabatur. Ejus tamen vitæ Angli & plerique Scoti, ſignanter Baliolorum & Cumyngenſium fautores, inſidiabantur, ita quod uno clienti vel duobus aſſociatus in nemoribus & dumetis in diem vixit, herbis pro paſtu & lympha pro vino utens. Ecce ergo virum conſanguineis tam in Scotia quam in Anglia abundantem, qui in utroque regno a majoribus ampla habuit dominia, a magno ſolatio totaliter deſtitutum! Illa tempeſtate virum illum auguror ſæpiuſcule cogitaſſe, & intra ſe dixiſſe, tutius fore vitam privatam agere quam regna ambiguo Marte quærere. Sed in eo ſtatu & calamitate poſitus, privatas terras & vitam in ſecuro habere nequibat. Propterea nil niſi regnum proſequendum manſit; quia in Edwardi Angli & Cumyngenſium odium ſic lapſus erat, quod gratiam conſequi non poterat: inediam, ſitim, labores improbos, belli pulveres, contemptum & cætera id genus toleravit, & æquanimiter vel ſaltem patienter tulit, ratus fortunam non ſemper ſibi inimicam fore. Læta initia & exitus calamitoſos, ut Priamus, aliqui habere ſolent. Contra, adverſa principia & fauſtos exitus alii habuiſſe leguntur. Quocirca indefeſſe & invicto animo ad regnum aliquando potiundum laborat. Ob Cumyngenſem necem factam in templo quidam exiſtimant eum ita difficile initium habuiſſe. Cæterum anno ſequenti, dum apud Scotos inſulares exularet, & illic a quodam nobili eſſet refocillatus, aliquid terrarum recuperare vel vitæ aleam jacere deliberavit. Et primo ad Carrikum natale ſolum veniens unam arcem fortem accepit, habitatores trucidat, & ſpolia inter ſuos partitur, amicos quos poterat agregat. Dehinc boreales Scotiæ partes petiit. Arcem de Innyrnes ſeu Invernes vi cepit, quam ſolo æquavit, nullo cuſtode ſuperſtite relicto: & ita per partes aquilonares peregit. Verum paulo poſt eodem in anno Joannes

Cumyngus

Cumyngus Buchaniæ comes Anglos & Scotos colligit, & contra Robertum Bruſeum vadit: ſed cum Regem imperterritum perceperunt, inducias ad tempus utrinque capiunt. Circa idem tempus Simon Fraſer, Gualterus Logan, aurati equites, cum multis aliis bellatoribus ad Londonias ducuntur, ubi extremo ſupplicio mulctantur. Præterea a Cumyngenſibus & Joanne Mowbray Scoto & Anglis multos inſultus Robertus Bruſeus perpeſſus eſt; ſed indefeſſe eis animoſeque reſtitit, ſic quod de tenebris in lucem ſuum nomen erexit, & clara viri & conſpicua virtus in Marte emicuit. Quocirca grandem exercitum Edwardus Anglus coegit, quatinus Robertum Bruſeum a Scotia ejiciat: ſed prope Scotiæ limites veniens in morbum incidit, per quem univerſæ carnis viam ingreſſus eſt. Triginta quinque annis hic Edwardus cum longis tibiis regnavit. Noſtri annales hic aliqua recitant: dicunt enim quod quidam nobilis, Guillelmus Baniſter nomine, animam Edwardi Regis vidit ad infernum duci; & multa mala de hoc Edwardo commemorant. Talibus autem commentis ego fidem adhibere non ſoleo. Jam a multis annis, plebeos Scotos de Anglis illote loqui, & contra, didici. Intellectus judicium amor & odium obtenebrant & excæcant, & alterius partis bona & egregia facta perperam interpretantur atque ſiniſtre. Ab hac peſte unumquenque & ſignanter ſacerdotem ſe longe alienare operæ precium eſt, & æqua lance omnia trutinare; alioquin indignus eſt cui fides adhibeatur: & hoc erit improbabilia, tanquam errorem occurrentem, relinquere. Hunc Edwardum tamen in aliquibus improbo, utpote quia eum tanquam vicinum & arbitrum in abſtruſo regni jure Scoti delegerunt, perperam egit ſuo particulari commodo incumbendo, & inter Scotos bella civilia ſpargendo, ſparſaque alendo, ut partibus attenuatis, vel altera parte adjutus regno potiretur. A bono honeſto bonum utile eſt inſeparabile. Ex præteritis augurari poterat quod dierum aliquo Scoti imperium Anglorum exoſi Anglos ejicerent, & tot ſudores in conflictu ac pulvere belli aſſumpti uno die cum multorum cæde perirent. Sed quicquid ante ſiniſtre egit pœnitudine in extre-

Edwardi mors.

Edwardum improbat.

mis abolere poterat, dummodo reſtitutioni ſufficienti efficaciter intenderet. Verum utrum ita fecerit an ignorantia invincibili, excuſabatur, ſuis fidem adhibens quod in Scotiæ regno jus a Joanne Baliolo habuerit, & ſic damnum Scotis illatum reſarcire non debuit, ex dictis partim liquere arbitror. Demum de hoc Edwardo Caxtonus Merlini prophetiam commemorat. Dicebat enim Merlinus Anglus vates, quod draco regnaret miſericordia & fortitudine plenus, qui ſuper Walliam os aperiret, & pedem ſuper Wyk poneret. Hæc Edwardo competiſſe dicunt: Walliam ſubegit, per Wyk Bervicum Angli intelligunt. Ego Edwardi feritatem, miſericordiæ autem parum lego. Per Wyk potius Weik in Cathaneſia Scotiæ extremam oram intelligerem. Adhuc Merlinus ait, quod leporarium hic draco in Regem coronaret, qui poſtea draconis timore extra mare aufugeret. Hoc de Edwardo & Joanne Baliolo exponunt: ſed quare Baliolum leporario comparent cauſam non dant ullam. Poſt hæc ſuper eodem Merlinus cecinit, quod leporarii populus diu patre & paſtore eſſet orbatus, & quod in diebus illis ſol ſanguinolentus eſſet; verum vulpem draco aleret, qui contra Edwardum bellum moveret, quod in Edwardi diebus ad finem non duceretur. In Edwardi diebus maxima fuit ſanguinis effuſio, & magno tempore Rege Scoti caruerunt. Robertum Bruſeum vulpem interpretantur. Robertum quidem Bruſeum a principio liquet partes Edwardi foviſſe, licet in Scotia natus eſſet; ampla enim dominia in utroque Britannorum regno habuit: & licet Edwardum a principio ſequutus, demum tamen contra Edwardum juſto titulo inſurrexit. Non ergo apparet quomodo vulpi comparetur. Sed quoad has prophetias aride & jejune tranſire ſoleo.

Merlini vaticinia.

CAP.

CAP. XX.

De Edwardo ſecundo Anglorum Rege: & de Britannorum in bellando moribus.

EDWARDO primo, quem Edwardum cum longis tibiis noſtri vulgariter vocant, mortuo; Edwardus ſecundus, poſt Northmannorum conquæſtum ſecundus, quem Carnarivanum vocant, ſuccedit: Fuit enim hic Edwardus in quadam arce Walliæ, cui Carnarivan nomen, ortus; & ob hoc Edwardus Carnarivanus dictus eſt. Iſabellam Franci Regis filiam, anno ab orbe redempto 1307. conjugem accepit. A Petro Gavaſton Vaſcone totaliter regebatur; & propterea in ſuperbiam facile hic Petrus levatus eſt, ita ut regni principes viros contemptui habuerit: quare eum odio viri illuſtres proſequuti ſunt, & Regem Londoniis coegerunt ut eum extorrem regno ejiceret. Quem ad Hiberniam inſulam, cum plena Regis poteſtate in ea parte quam Angli occupant, Rex mittit, & paulo poſt eum in Angliam revocat: ſuper quo viri illuſtres non modicum indignati ſunt, & ſignanter Thomas Lancaſtriæ comes & Werricus comes, qui Petrum capite obtruncant. Cæterum Caxtonus ait quod ingentem exercitum hic Edwardus ut Scotiam intraret collegit, & anno Domini 1314. Strivilingum adivit. Cui in quadam planitie Robertus Bruſeus occurrit, a quo Edwardus victus eſt; & Angli multi illuſtres viri illic cecidere. Hoc prælium in Joannis Baptiſtæ feſto commiſſum eſt: Cum exercitus reliquiis Bervicum Edwardus venit, & poſtea Londonias. Verum in quadrageſima ſequenti Bervicum Scoti ab Anglis capiunt. Per id tempus a Roma in Britanniam duo Cardinales pacem inter Britanniæ Reges conſtituturi

Edwardus ſecundus qui & Carnarivanus.

Petrus Gavaſton.

Caxtonus.

Roberti Bruſei victoria.

ſtituturi devenerunt, qui rebus ſuis prope Durem a Gilberto Mittonenſi aurato equite Anglo ſpoliati ſunt, qui propterea capite mulctatus eſt, & quadrifariam ſectus, & ejus quartæ ad quattuor regni primores urbes miſſæ. Circa idem tempus Northumbriam totam Scoti populantur, vicos omnes edaci flamma conſumunt, & viros, immo ephebos & mulieres ſua feritate trucidant; delubra inhumane & ſacrilege ſpoliant. Gratia cujus Joannes XXII. Romanus Pontifex cenſuras eccleſiaſticas ad Cantuarienſem & Eboracenſem Archipræſules miſit, quatinus eas in Scotos fulminarent. Tunc Scotiam interdicto ſubjecerunt, & quolibet die ter Robertum Bruſeum, Thomam Ranulphum, & Jacobum Douglaſſeum excommunicarunt cum eis adhærentibus, quouſque de clade & jactura Anglis illata ſatisfacerent. Tunc in Scotia multi probi ſacerdotes, qui juſſu Regis rem divinam celebrare recuſarunt, perempti ſunt. Et quia Edwardum Anglum ſuperiorem Scoti non recognoſcebant, potiſſimum hæ pœnæ inflictæ ſunt. Hucuſque Caxtonus. Aliqua hic falſa, aliqua improbabilia vir iſte aſſerit. Anglum Scotis ſuperiorem Scoti nunquam recognovere: & hoc patenter Joannes XXII. explicuit. Non facile aſſentior quod ephebos, mulieres, & imbelles Scoti trucidarint, id enim eſt mihi improbabile, & ſignanter quod hi viri illuſtres & cordatiſſimi id fecerint; ſiquidem nunquam opinione mea, a quingentis annis inſulæ alterum regnum tres clariores viros ſimul habuit. Licet autem in bello Angli & Scoti hodiernis temporibus feroces ſint, a talibus tamen ſemper abſtinent: A fortiori illi valentiſſimi viri. Et ſi ita fecerunt ſicut Caxtonus recitat, hoc tanquam crudele nefas improbo & deteſtor. A talibus bene inſtituti gentiles ſemper abſtinere ſolent. Fortium & cordatorum virorum eſt, Parcere ſubjectis & debellare ſuperbos. De Scotis ſylvicolis & inſulanis, ſi eſſent irritati, non facile aſſerenti diſſentirem: ſed ad bellum rariſſime ducuntur: quum enim linguam Anglicanam in partibus meridionalibus Angliæ vicinis inveniunt, temere aliena ſicut ſua capiunt; nec nos propter Anglicanam linguam & alienos ab eis mores diligunt. Hinc eſt, quod niſi

Scotorum libertas.

in

in neceſſitate, & ſub oculatiſſimis ducibus, contra Anglos prodire haud permittuntur, propter lites & gravamina quæ in Scotia euntes & redeuntes committunt. Non autem minore humanitate in bello Scoti meridionales utuntur quam Angli: nam a mulieribus ornamenta vel precioſas veſtes non auferunt, &, ſi eorum aliqui id petulanter attentaverint, a nobilibus cohibentur. Addo unum: quod licet tempore pugnæ & Marte adhuc ancipiti, ferociſſimi Britanni diverſorum regnorum inter ſe digladientur, tamen erga victum victor, licet multum læſus fuerit, eſt humaniſſimus. Verum tamen in hac Northumbriæ populatione (ut autumo) Scotis graviſſimam jacturam Edwardus primus intulit, ſub quo Scotorum multa millia occubuere: eorum regnum & res omnes, Scotorum improborum fretus ope, abſtulit, nec Scotis damnum illatum reſarcivit, nec juſtitiam vel reſtitutionem aliam Scoti habere poterant: ergo eis licitum erat ſibipſis juſtitiam miniſtrare.

Britannorum in victos clementia.

C A P. XXI.

De bello Scotorum in Edwardum ſecundum feliciter geſto: & viris doctis qui ea tempeſtate floruerunt in Britannia.

EDWARDUS ſecundus propter cladem a Scotis ſuis illatam ingentem contraxit exercitum, & Bervicum urbem limitaneam fortiſſimamque obſidione circumcingit. Quod cum Scoti reſcirent, Angliam clanculum in limite occidentali per Solwath ingreſſi ſunt, & damna immenſa Anglis intulerunt: Angliam totum ad Eboracum uſque depopulantur: a limitibus tamen Scotiæ quinquaginta

Edwardi ſecundi geſta.

ginta non parvis leucis Eboracum diſtat. Contra hos Scotos prope Eboracum prægrandem exercitum ex clero, ex plebe, & ex nobilibus Angli cogunt; & illic prælium de Myton Upſuale duodecimo Octobris commiſſum eſt, in quo Angli victi ſunt: & ferme Anglos omnes in illo exercitu exiſtentes aut fluvius per quem evadere putabant, aut Scotorum gladius conſumpſit. Et poſtea ſine jactura ad ſuos Scoti redierunt: nec Bervico Edwardus potitus eſt. Ecce quonam pacto res geſtas illius temporis Anglus hiſtoricus quem ſequimur recitat, paucis verbis improbabilibus a me rejectis & reprobatis.

Eboracum.

Anglorum ſtrages.

Caxtonus.

PER id tempus in Anglia aliqui erant eruditi viri, quorum duo Doctoris Subtilis auditores erant, ſcilicet Guillelmus Ockam, & Gualterus Burleus. Erat enim Ockam acri ingenio, & licet Altiſiodorenſis, & Bonaventura de Nominalibus mentionem faciant, nullum tamen ante huc Ockam legimus, qui in hac via profunde loquutus fuerit. In Sententiarum iv. libros, totidem libros ſcripſit; in primum prolixe: majores & ſignanter Doctorem Subtilem impugnavit; quem tamen ſemper in magna veneratione habuit, ut in ſecunda diſtinctione ſui primi, & aliis locis oſtendit. Verum & hæ honeſtæ & ſcholaſticæ diſceptationes inimicitiam non arguunt, ſed ingenii exercitationem. Scripſit etiam dialogos, in quibus multa ſummum Pontificem & Imperatorem concernentia tangit, nihil definitive ponens, ſed omnia auditorum judicio relinquens. Hic cum Doctore Subtili de Anglia Pariſium venit: & utriuſque oſſa Germania claudit. Burleus in Ethicorum libros non ſpernendos commentarios edidit. Eadem tempeſtate erat Adam Godhame, qui Oxoniæ Ockam reſpondentem audivit: vir modeſtus, ſed non inferioris doctrinæ aut ingenii quam Ockam. Cæterum ne ſuper alios libros hic quartus noſter turgeat vela complicabimus: atque quemadmodum tertium librum in beato Thoma Cantuarienſi clauſimus, ita in hiſce viris eruditis Anglis quartum conſummabimus. Et ita ut duos primos libros, in Scotis Britannis abſolvimus: ſic hos duos in Anglis Britannicis claudemus.

Guillelmus Ockam.

Burleus.

Adam.

DE

DE
Geſtis Scotorum.
LIBER V.

CAP. I.

De reliquis Roberti Bruſei & fratris ejus contra Anglos geſtis; & de imprudenti ſuper Strivilingo pactione.

ANNO a partu virgineo 1308. cum magno Anglorum Scotorumque ſylveſtrium exercitu Donaldus inſulanus contra Robertum Bruſeum aciem dirigit, & ad aquam de Dee hoſtiliter explicatis vexillis pervenit. Contra quem Edwardus Bruſeus Roberti Bruſei frater vir in armis impigerrimus obvius occurrit, prælíatur, vincit, victumque fugientem comprehendit. Annoque

Donaldus Inſulanus capitur.

Digitized by Google

noque ſequenti Ergadienſes Scotos ſylvicolas Robertus Bruſeus vicit, & eorum principem Alexandrum de Argadia in arce de Dunſtafinch obſedit: qui arcem Regi dare coactus eſt, fidelitatem tamen Regi præſtare recuſavit. Salvum conductum pro ſe & ſuis, quatinus ad Angliam proficiſceretur, a Rege impetrat, & inibi vitam languide finivit. Miſer ſane vir, qui malebat in extero ſolo miſere diem claudere extremum, quam ſub ſui veri Regis imperio vitam agere. At anno ſequenti Rex, multis Anglis de Scotia ejectis, magnam Scotorum vim in ſuas partes convertit. Et anno 1312. villam de Pertha obſedit, quam ibi cepit; & rebelles in urbe exiſtentes tam Anglos quam Scotos gladio hoſtili percuſſit: quo anno Edwardus tertius, Windeſora dictus, natus eſt. Et anno ſequenti arcem Roxburgum Jacobus Douglaſſeus in carniſprivio cepit: quo anno Thomas Ranulphus Moraviæ comes Arcem Puellarum, hoc eſt Edinburgenſem cepit: & eodem anno inſulam Manniæ Robertus Bruſeus ſibi ſubegit. Et ad duos annos ſequentes ſecundum noſtros annales, ſecundum Anglicanos vero ad tres, magnum prælium Bannokburnenſe ſequutum eſt.

Alexander Argadius vincitur. *Moritur.* *Edwardus tertius oritur.* *Arx puellarum.* *Bannockburnenſe.*

FLUVIOLUS ſive magnus torrens eſt in Fortham nobile flumen cadens: ſuper hunc torrentem ſunt molendina, in quibus nonnunquam panes ſubcineritios, quos bannokas vocitant, conficiunt; propterea torrens ille dicitur torrens de Bannok. De talibus panibus, uti ſuperius retulimus, noſtri imperiti plebei erubeſcunt; de quibus tamen non erubeſcenda in ſacris bibliaciis, & in gentilium hiſtoriis legimus. Hujus periculoſi belli ſeminarium & ſcaturigo hujuſmodi fuit: Arcem Strivilingam munitiſſimam Edwardus Bruſeus Regis germanus obſedit; quam vi capere nequibat, quia in montis ſupercilio in loco editiſſimo arx ſita eſt, ad quam ſolum unica via per montis clivum aſcenditur; & ducentis paſſibus vix a Fortha freto Scotico diſtat. Illam (ut auguror) Britanni, quorum loco Wallici ſedent, extruxerunt: & libram Sterlingorum ab hac arce primam ſcaturiginem & appellationem habuiſſe arbitror. Arcem hanc

Strivjlinga arx. *Sterlingorum libra.*

hanc Philippus Moubrayus, Scotus in re militari præclarus Anglorum partes ſequutus, tenuit. Cum Philippo Edwardus Bruſeus hac lege convenit: ſi arci ante annum ſequentem Edwardus Carnarivanus ſuppetias non ferret, arcem ipſam in Scotorum manus libere relinqueret. Quod cum Robertus Bruſeus reſciebat, iniquo animo tulit, ut par erat, Regis fratris pactionem, imprudentiſſime ſtabilitam aſſerens; fratrique improperebat. Et id rationis erat; nam Vaſconiam, Francique filiam, & Walliam, & Hiberniæ magnam partem, cum Scotorum Hannonienſiumque ope Edwardus Anglus habebat; & in Scotia Roberto Bruſeo multi illuſtres viri inimicabantur. Quocirca improvide Edwardus Bruſeus egit, tam longas inducias potentiſſimo Regi concedens. Et in hoc cum Roberto Bruſeo aſſentior; licet caſu fortuito omnia in meliorem partem Deus convertit. Moubraius.

CAP. II.

De immenſo Angli contra Scotum exercitu: De præludio prælii, & virtute Ranulphi & paucorum Scotorum in eo oſtenſa: De Douglaſſei in Ranulphum fide & charitate, deque utriuſque Regis ad militem concione.

IMMANEM exercitum & quidem electiſſimum ex omni gente ſibi ſubjecta & amicis, ut arci Strivilingæ ſuccurreret, Edwardus coegit. Similem exercitum in militum copia, & in apparatu nuſquam in Britannia legimus. Exercitus ingens tercentum millium.

Angliæ in viris fortibus excellentia.

mus. Ter centum pugnatorum millia Edwardum habuiſſe commemorant; ſed de tam ingenti multitudine eſt mihi difficile creditu: non quin trecenta millia bellatorum ſola Anglia dare poſſet, quia quot ſunt floridæ ætatis viri in Britannia tot boni bellatores inveniuntur; ſed talem mundum Reges alere aut non poſſunt aut nolunt. Cum Angli formidandum acceſſum Robertus Bruſeus intelligit, quotquot cogere poterat cogebat, & exercitaſſimorum virorum xxxv. millia contraxit; ſecum in re militari tres viros clariſſimos, & in Britannia ob conſpicuam fortitudinem famatiſſimos habens, ſcilicet Edwardum Bruſeum fratrem, Thomam Ranulphum, & Jacobum Douglaſſeum. Ad torrentem Bannok prope Strivilingum exercitum in armis ſplendentem adduxit. Robertum Bruſeum tamen im quadam planitie ad pugnandum electiſſima inter ſe & arcem contemplatur; unde non ſolum Anglus, ſed & illuſtrium virorum plurimi non parum ſtupebant, quod cum tam parvo milite Robertus Bruſeus in recto itinere ſtetit pugnaturus. Alii Angli non ſuper hoc admirabantur: virum enim in armis probatiſſimum & in quotidiana pugna diu verſatum Robertum noverant, & multos cordatos nobiles illic aut vincere, aut pulchre mori rati ſunt; quare bellum futurum non incruentum prædixerunt. Ad mille paſſuum intercapedinem duæ acies oppoſitæ ſeſe contemplatæ ſunt, intra ſe utrinque cenſebant quod pleriſque necem poſtridiana lux afferret, & inauſpicati alteri parti nonnihil eveniret. Octingentos tamen dilectos equites per quandam methodum a Scotico exercitu ſeparatam Edwardus ad arcem Strivilingam, ut diem ſtatutam ſervaret, ad Philippum Moubraium mittit: contra quos quingentos delectos equites Regis juſſu Thomas Ranulphus ducit. In utriuſque Regis & exercitus conſpectu utrinque acriter pugnant. Fit pugna atrox & dura. Interea Regem dominus Douglaſſeus rogatum facit, quatinus ſibi facultatem Scotis adminiculandi concedat: quam Rex omnifariam Douglaſſeo negat. Sed ob longam in prælio moram præclariſſimo duci Ranulpho Douglaſſeus timet; propterea facultate non obtenta, conſocio ſuffragari contendit. Verum cum

Tres viri bellicoſiſſimi.

Prælium fortium virorum.

cum prælio appropinquaret, magnas rimas & feneſtras ex parte Anglorum cadentium intuitus eſt: propterea eminus pedem fixit, videns quod improbe ageret appropinquando, ne gloriam magnis belli pulveribus partam a clariſſimo duce eriperet. Fortaſſe dices quod perduellem Douglaſſei adventus timore percuſſit. Sed quia de hoſtis fuga conſtitit, nemo hoc vere dicere quivit. Nocte diem artificialem ſequente ad tentoria uterque exercitus ſe contraxit: ingentes rogos undequaque, ne incaute ab hoſte in tenebris invadantur, componunt; omnem locum circumjacentem nocturnæ excubiæ, equites peditesſque luſtrant: & interea ſoporem quietemque exercitus capiunt, ut viribus refocillentur, & ut poſtridie indefeſſe pugnent. Verum hora tertia poſt mediam noctem campiductores & qui aciebus præerant de inſtante bello conſultant. Interim Edwardus veſtibus regiis circumamictus, ſic ſuos affatus dicitur: Si victoriam patentem non intuerer, aliter hodierno die principium dicendi ſumerem, fortiſſimi viri: ſumus enim in militum numero & apparatu his Scotis miſeris longe ſuperiores; tormentis æneis, catapultis, ſagittis & id genus belli machinis abundamus: contra Scoti vacant. Cadurcis duntaxat ex corio cervino domeſticorum corpora, & chlamydibus non diſſimilibus ſylvicolarum teguntur: quare hos inermes noſtri ſagittarii perduelles qui illis numero ſunt pares, ante prælii molem trucidabunt. Quod autem mihi ſubjectos viros interdum vicerint, ne admiremini; quoniam ſuis dolis & vaframentis & non conſpicua militia id effecerunt. Et ſi forte imbelles viros, aut in numero pari oppugnatores, ſuo Marte vicerint; nobis tamen numero, apparatu, & clara militia longe præſtantioribus reſiſtere nequibunt. Gentem imbellem propriis impenſis pugnantem Scotus habet, nec delectum militem habet. Vulpem illam Bruſeam ab optimo patre meo alitam in hoc pulchro campo concluſit Deus, ut pœnas ſuo ſcelere condignas luat. A fortiſſimo patre meo tres germani ejus deleti ſunt; reliquum eſt, hos duos ſceleratos vafroſque viros vivos capiamus, & eos Londonias, ut pœnas luant, ducamus. Ampla dominia in illorum regno

Edwardi Angli concio.

a patre meo conceſſa habuiſtis viri Principes; nunc igitur viros fortes vos oſtendite, ut ab injuſtis poſſeſſoribus denuo eadem recipiatis. Et inſuper regnum Scoticum omne benemeritis viris, æquo fune, ſecundum virorum probitates, geometrice partiar: ſolum ſuperioritatem, terra militibus diſtributa, mihi ſervare ſtudebo. Et ſi qui in hoc belli pulvere (quod abſit) ceciderint; occumbentibus benemeritis liberi ſuccedent. Bellum ergo ut pollicitis fruamini alacres ſuſcipite, perpetem gloriam & opes duarum horarum pugna, quia diu reſiſtere nequibunt, vobis dabit. Hæc ille. Ex oppoſito cujuſdam monticuli verticem totus armatus præter caput Bruſeus conſcendens, & ſe toti exercitui ſpectandum oſtendens (erat enim pulchro, decoro & vegete corpore, latis humeris, venuſta facie, flava more borealium cæſarie, cæruleis & micantibus oculis, ingenio promptus, & ad dicendum vernacula in lingua orator acer & omnibus pergratus) tali oratione uſus dicitur: Si uſpiam mortalibus juſtam bellandi cauſam Superi conceſſere, hanc nobis ipſi hodierna luce, magnanimi viri, concedent. Non enim alienas reſpublicas, perduellis more, armis laceſſimus, ſed noſtram tueri (pro qua mortem oppetere pulchrum ducunt omnes) ſatagimus. Pro fortunis, pro liberis, pro conjugibus, pro vita, pro patriæ libertate, pro penatibus & his omnibus quæ mortalibus eſſe curæ & chara ſolent, certamus. Inſontes & juſtitiam Superi tuebuntur: injuſte aliena opprimentes & tumidos humiliabunt. Infauſtum meum in regno principium non ponderetis: id omne Joannis Cumyngi neci ante aram a me perempti tribuo: hoc grande neſas longa pœnitudine & lachrymis abolevi; in cujus argumentum victorias de hoſte deinceps non parvas obtinui. Principes vitiis ſpurcis involutos, ne Deus irritetur, ad bellum prodire dedecet, qui ſecus fecerunt tam ipſos quam milites occubuiſſe legimus. Hoſtium multitudinem incompoſitam formidare meticuloſorum eſt: Darium enim majore multitudine vallatum Alexander Macedo domuit: & multo plures hoſtium Edwardus frater, Thomas Ranulphus & Jacobus Douglaſſeus, ut omnes noſtis, vicerunt. Ex ſex variis

Roberti Bruſei ſpecies.

Concio ejuſdem.

riis linguis illum exercitum conflatum didici; & inter ſe ſunt incogniti: quare ex illis de acie turpiter labens a ſocio haud cognoſcetur. Exiguum onus vobis imponam, ſcilicet ut unum quilibet occidat. Decies mille ſtrenuos hic novi viros, quorum quilibet duobus interitum dabit; hac via xlv. millia hoſtium deleveritis: quod ſi opere compleveritis, prout ſpero, ſuperbum hoſtem retrahere pedem cogetis. At ſi nos vinci (quod Superi avertant) contigerit, victoriam haud incruentam perduellis habebit, nec me vivum habebitis. Tot animas ire ſub umbras cogemus, ut inimicos Cumyngenſes vel alii Scoti tenui prælio reliquias extinguere valeant. Virorum fortium eſt aut belle mori, aut belle vivere. Inglorii & cum dedecore perpetuo vivemus, ſi vitam cum patriæ libertate non inſeparabiliter conjunxerimus. Tertiam hujus regni portionem vix Kennedus noſter habuit, quando ſuperbiſſimos pugnaciſſimoſque Pictos fudit. Non ſolum etiam Anglis majores noſtri reſtiterunt, ſed & eorum terras ſæpiuſcule pro auſu temerario in ſuos commiſſo populati ſunt. Vos omnes per magnum Kennedum, per Gregorium, per Alexandros oro & obteſtor, quatinus vos viros in hoc prælii ſudore oſtendatis. Poſteris conſpicuum exemplum Martis ex hoc conflictu relinquamus, ita ut ſuis in monumentis ſcriptores, utrum nos illos in gloria, an iſti nos ſuperaverint, ambiguum relinquant. Et ſubridendo, hoſtem dextera oſtendens ait: Hæc opima ſpolia ante Solis occaſum, modo Superi faveant, veſtra erunt. Ex tranſactis cum iſto hoſte præliis periculum certiſſimum feci, quod veſtris dexteris hoſtis reſiſtere non poteſt. Regis oratione ſic omnes ad pugnam incenduntur, ut dexteris armatis in altum porrectis, uno ore acclamarent omnes, Aut victores erimus, aut omnes hodie in prælio moriemur. Et ſimul de terræ tumulo Rex deſcendens, principes viros, nudato capite, ulnis perſtrinxit: poſtea exercitum intuendo, viritim dexteram in amicitiæ & familiaritatis ſignum porrexit.

Digitized by Google

CAP. III.

De acierum inſtructione.

Aciei Scoticæ inſtructio.

EXERCITUM Scotus trifariam inſtruxit: primam claſſem, quam vangardiam Galli appellitant, Thomæ Ranulpho & Jacobo Douglaſſeo ducibus probiſſimis commiſit. In hac acie ſeptem millia juventutis limitaneæ, qui nihil niſi pugnam ab ineunte ætate didicerant, poſuit; cum quibus ſylveſtrium Scotorum tria millia conjunxit, qui bipennes ancipites, eo quod ex utraque parte acutæ ſint, ferentes, more leænæ pro catulis irritatæ irarum pleni in hoſtem prodeunt. Contra quos octoginta millia pugnatorum Anglus evocat. In ſuorum autem abſentia Rex Bruſeus dicere auſus eſt, Aut noſtri xxx. hoſtium millia occident, aut victoria potientur. Secundam aciem decem millium virorum Edwardo fratri viro impigerrimo tradidit: ſed quia viri ſuperbiam & choleram tantam novit quod tonitrua non formidaret, ei viros principes grandævos, ut ſua frigiditate fratris calorem temperarent, conjunxit. Tertiæ aciei xv. millium virorum Rex præfuit. Tubarum, lituorum, cornuum, & hujuſmodi inſtrumentorum quæ Martem accendere ſolent, fit ingens & horriſonus in aere clamor. Omnes acies Rex ſucceſſive hilari vultu viſitabat; ita quod ex ejus facie victoriam ſuam legerint, ſeque felices exiſtimaverint in talis Regis præſentia prælium inire. Ad duarum ſagittarum tractum Robertum Bruſeum acies dirigentem, quidam Anglus auratus eques & cordatus notavit, & contra Regem impigerrime equum direxit, exiſtimans aut Regem lancea ferire, aut terga dare cogere. Contra quem Rex ſuper gradarium inſidens ſic occurrit: lanceæ impetum cautus declinavit, ſed prætereuntem clava ferrata, quam in manu geſtabat, in omnium conſpectu ſic percuſſit, ut ex ictu in

Regis audax facinus.

in terram eques mortuus præceps caderet. Et cum Regis audaciam principes arguerent, ad reprehenſionem haud reſpondit; ſed ſubridendo queſtus eſt quod optimam clavam impetuoſo ictu fregit. Regis tamen factum vulgus (ſicut temeritatem ſolet) plurimum laudabat. Cæterum equis ſemotis, pugnaturi in pedes deſcendunt. Pedites & non equites in magnis bellis Britanni certare conſueverunt, non in equorum pernicitate aut impetu, ſed in lacertis victoriam locantes. Poſt machinamenta bellica & ſagittas in primo occurſu in morem grandinis emiſſas, comminus ad manus occurrunt arietum more. Lanceis igitur trabeis & ſpiculis ocyſſime occurrerunt: fractarum lancearum ſonum ad magnam intercapedinem audiſſes. Lanceis fractis, bipennibus Lethenſibus, & ſecuribus Lochaber optime ſcindentibus, & baculis ferratis Jedwardiæ & billis ſeu bipennibus decertant. Ferrum chalybeum 4. pedibus longum in robuſti ligni extremo Jedwardienſes artifices ponunt. Halbardæ gallicanæ bipennis Lethenſis haud multum diſſimilis eſt; paulo tamen eſt longior, & inſtrumentum ad pugnam accommodatius. Ferrum in formam unci in extremo robuſti ligni billarium ſeu ſecurim artifices componunt: his inſtrumentis bonis Angli agricolæ decertant. Ex una parte ſolum ſecuris Lochabar, qua Scoti ſylveſtres boreales utuntur, ſcindit. Fit hinc inde magna ſtrages, & plurima mortis imago. Inſtar malleatorum ferrum calidum in incude dilatantium ſe invicem feriunt; diuque eſt Marte ancipiti præliatum: Anglos enim, qui Scotis numero & apparatu longe ſuperiores erant, aufugere puduit; nec pauci de prælio, ne a Scotis caperentur, delabi audebant. E converſo ſui promiſſi Scoti memores in hoc conſtantes manſere, aut victoria potiri, aut illo die in campo cum hoſtium jactura perbelle mori. Hoſtem limitanei atrociter feriunt; & more aprorum ſylvicolæ in hoſtem ſæviunt: eorum ſecuribus & viribus ægerrime arma ulla reſtiterunt: occiſorum macellum circa ſe fecerunt, & ubi vulneribus irritati erant, hoſtem pro baculis longis non potentes attingere, lanceæ cuſpidi ventres nudos, chlamydibus depoſitis, ſuo more objecere. Hoſti ap-

Fit prælium pedeſtre.

Strages fit magna.

Sylvicolarum ferox virtus.

appropinquant cui necem truculentam parant, decorum putantes ſe cum hoſte interimere. Si ſemel calefacti fuerint, more pecudum vitam floccipendunt. Totus campus fit ſanguinolentus, & de locis editioribus ad loca humiliora torrentes ſanguinei deſcenderunt. Ad genua in ſanguine viri fortes decertarunt. Scotos inermes Angli ſagittarii mirum in modum ſauciant: quod oculatiſſimus Bruſeus tanquam alter Argus percipiens, cordatos aliquot viros in ſagittarios mittit, qui ſtatim eos magna cæde reppulerunt. Interea Marte ancipiti durante, dominorum famuli, qui apud tentoria ad equos & ſarcinulas ſervandas relicti erant, dominis compatientes in hoſtem irruunt. Angli notabiliter in majore copia quam Scoti cecidere. Demum Anglo conſultum eſt a ſuis (quia animoſus erat) ut ſe a bello retraheret, alioquin Regem & nobiles omnes, Scoti ad cædem aut inferendam aut ſufferendam parati de medio tollerent. Satius erat ſaluti reipublicæ cum fuga conſulere, quam totam Angliam, ſi eos Scoti omnes occiderent, fortunæ committere. Terga ergo Edwardus dat. Scotorum quatuor millia deſiderata, & Anglorum L. millia eo in bello referunt: & ultra occiſos, omnes ferme captivi, dempto Rege, qui magno milite ſtipatus ordinate aufugit. Laſſi & læſi fere Scoti erant, propterea repente Anglum inſequi non poterant. Anglum tamen decem millibus equitum ſtipatum dominus Douglaſſeus quadringentis equitibus Regis juſſu inſequitur; ad quem Scoti in fuga alii ſeſe collegerunt. Verum enimvero Anglum in arce Dunbarri comes Marchiæ Scotus recepit, & eum in Angliam per mare miſit; alioquin Douglaſſei pugnaciſſimi manus evadere nequibat, qui jam Anglum prope limites armata manu expectabat: ſed ſua ſpe comitis Marchiæ dolo fraudatus eſt. Hæc erat cauſarum una quare comitatum Marchiæ Dunbarrici amiſere. Commutatione unius Angli captivi uxorem ſuam Scotiæ Reginam Bruſeus habuit. Super hoc bello quidam religioſus de monte Carmelo libellum compoſuit, cujus initium eſt;

Sagittariorum repulſio.

Famulorum ſeu armigerorum virtus.

Angli fuga.

Comes Marchiæ Anglum recipit.

Uxorem recipit Scotus.

Carmina Carmelitæ.

De planctu cudo metrum cum carmine nudo:
Riſum retrudo dum tali themate ludo.

Car-

Carmnia ſunt agreſtia & lectura indigna, propterea miſſa facio. Hoc bello tam armis quam opibus Scoti mirabiliter relevati ſunt, & pro jacturis priſtinis reſtitutionem magno ſudore acquiſitam cum gratiarum actione ſuſcipiunt. Tunc Robertum Bruſeum exercitus & amici ad æthera efferunt: at Cumyngenſes & alii Scoti qui ei prius minati fuerant formidant.

C A P. IV.

De Roberti Bruſei in regno confirmatione; Anglorum velitationibus; & Edwardi Bruſei in Hibernia interitu.

POST bellum formidandum ad torrentem Bannok proſpere geſtum, magnum conſeſſum, quem Parliamentum Britanni vocant, apud Aeriam Scoti fecerunt: ad quem tres ſtatus, qui rempublicam, ſicut eccleſiam totam concilium rite congregatum, repræſentant, convenerunt. Illic contradicente nemine concluſum eſt, quod Scotiæ Rex indubitatus Robertus Bruſeus maneret: et ſi ſine prole maſcula eum viam univerſæ carnis ingredi contingeret, ei Edwardus frater ſuccederet: et ſi ſine liberis uterque fato cederet, Marjoria Roberti filia regnaret. In cauſa arduiſſima ad tres ſtatus attinet caſus regni ambiguos authentice illuſtrare, & interdum pro rationabili cauſa a lege communi diſcedere. Alicubi gentium, ut in Taprobana inſula, aliquis ætate provectus liberorum expers in Regem eligitur; & ſi poſt regnum adeptum ſobolem procreet, a regno dejicitur. In nonnullis regnis, ut in Caſtella & Britannia, fœmina

Robertus Bruſeus Rex declaratur.

Taprobanæ Rex.

fœmina in regno ſuccedit, & fratri Regis proponitur: in aliis autem oppoſitum eſt in uſu. In his humanis legibus poſitivis non eſt quærendum aliud: ſed communes leges non ſunt facile mutandæ, quia mutatio legum ſtabilimentum evertit. Sed hoc negotium tres ſtatus oculati rimati ſunt. Viderunt enim Edwardum Anglum omnifariam ad Scotorum regnum anhelantem, quod, propter bella civilia & inteſtina odia, ſi non regnaret vir fortis, capere poterat. Roberti Bruſei & fratris magnanimitatem Hibernici conſiderantes, legatos in Scotiam una magna Hibernicorum factio mittit, Edwardum Bruſeum in Regem petentes: quem in Hiberniam mediocri cum exercitu Robertus mittit; qui ita viriliter ſe geſſit, quod in tempore non magno inſulæ magnam plagam ſubegit. Ad quem anno ſequenti cum novo exercitu Robertus Bruſeus ipſe venit, ſed in illa expeditione fame multi interierunt. Cujus diſceſſum Edwardus Anglus intelligens, & tempus idoneum Scotos invadendi adventaſſe arbitratus, grandem exercitum in Scotiam miſit: quibus dominus Douglaſſeus Scotiæ tunc cuſtos obviam it, & Anglos fundit. Tres Angliæ duces interemit, videlicet Edmundum Lylaw Vaſconem Bervici capitaneum, & Robertum Nevel; tertium virum nobilem propriis manibus peremit. Quod cum Edwardus Anglus reſciret, navium copioſam claſſem (quia in navibus bellatricibus Scotos Angli excedunt) in Scotiam mittit, ut terras maritimas infeſtarent & popularentur. Flumen Forthæ ingrediuntur, apud Dunnebriſſel in terram deſcendunt: quibus vicecomes Fyfenſis quingentis viris ſtipatus occurrit; ſed Anglos in multitudine majores aggredi non audebat, ſed a conflictu abſtinebat, donec epiſcopus Dunkeldenſis Guillelmus de Sancto Claro cum ſuis aulicis & paucis ſubjectis ſupervenit, & vicecomitem Fyfenſem duriter arguit, & eum iterato ad prælium redire in Anglos coegit. Illic quingentos Anglos in campo interemit; & magna pars fugæ ſe committens periit in undis. Ex illo Guillelmum de Sancto Claro ſuum epiſcopum Robertus Bruſeus appellavit. Hoc in anno Robertus Stuartus, Gualteri Stuarti filius & Roberti Bruſei

Edwardus Bruſeus Hiberniam ſubigit.

Robertus eum ſequitur.

Angli Scotiam invadunt.

Anglorum cædes.

Claſſis in Scotiam miſſa.

Anglorum altera ſtrages.

Robertus Stuartus naſcitur.

ſei ex Marjoria filia nepos, natus eſt, qui poſtea Scotorum Rex effectus eſt: & deinde ad duos annos ſequentes dominus Thomas Ranulphus Moraviæ comes Angliam ingreditur, & terram totum ad Wedderbyum uſque populatur, qui multis & opulentis ſpoliis onuſtus, ſine exercitus ulla jactura, ad patriam rediit. Quo anno Bervicus de Anglorum manibus eripitur. Cæterum anno milleſimo trecenteſimo decimo nono Bervicum Edwardus Anglus obſedit, ſed in obſidione minime profecit. Ex Anglorum annalibus ſuperius ſcriptis hæc liquent. Nonnumquam eandem hiſtoriam bis per accidens refricamus; & id cauſæ eſt, quia illam nonnunquam Anglorum monimenta prolixius quam Scotorum, nonnunquam e contrario, proſequuntur. Inſuper eodem anno, quartodecimo die Octobris commiſſum eſt prælium de Dundalk in Hibernia: & inibi Edwardus Bruſeus occubuit. Fratrem Robertum adventantem ad diem ſequentem ut pedetentim ſuppetias ferret expectare noluit; & ſic ex præcipitatione & imprudentia militari vir alioquin fortis & prudens cum ſuorum planctu interiit.

Ranulphi ex Anglia præda.

Bervicus recipitur.

Edwardi Bruſei cedes.

Digitized by Google

CAP. V.

De mutuis Regum populationibus. De Roberti cunctatione & in Anglum trajectione; & ibi ad ſuos conciones: deque Edwardi ad Anglos exhortatione. De prælio, & Scotorum victoria.

Conventus procerum ad Sconam.

ANNO a partu virgineo trecenteſimo viceſimo ſupra milleſimum, magnum trium ſtatuum conſeſſum apud Sconam Robertus Bruſeus vocavit; in quo dominus Guillelmus de Soulis & comitiſſa de Stratherne de perduellionis crimine convicti ad perpetuos carceres mulctantur, & David dominus de Brechin, qui crimen in Regem commiſſum celaverat, peremptus eſt. Erat quidem in armis clariſſimus hic David, & egregia facinora in Agarenos Chriſti amore commiſit; ſed vitam ſuam finaliter in criminis præfati taciturnitate contaminavit: quocirca ipſe & Gilbertus de Malerb, Joannes Logy aurati equites & Richardus Broun bellator nobilis ad equorum caudas, traditorum ſupplicio more Britannico, tracti ſunt, & poſtea decollati: propterea illud nigrum parliamentum poſteri vocitarunt. Plerique alii perduellionis ſuſpecti habiti ſunt; ſed quia juridice eos convincere non poterant liberati ſunt. Labe perenni hi traditores notandi veniunt, qui Regis ſui reipublicæ utiliſſimi dolo malo mortem auſi ſunt machinari. Et indecore David de Brechin taciturnitate vitam fœdavit. Nullum ſceleratis viris datum jusjurandum de taciturnitate eum obſtrinxit; multo enim latius ſigilli ſecretum quam ſigillum.

David vir ſtrenuus capite plectitur.

Parliamentum nigrum.

ſigillum confeſſionis virum innodat. In omni enim caſu confeſſionis ſigillum ſive de crimine committendo, ſive commiſſo tam hæreſis quam perduellionis crimine, eſt obligatorium: non ſic autem hominem ſigillum ſecreti aſtringit; debebat enim Regem admonere, quatinus ſe ſollicitius incolumem ſervaret, & ab hoſte caveret; & ſi pro Regis vita tuenda hoc non ſufficiebat, nominatim proditores reſerare devinciebatur. Quocirca David præſatus juſte ſententiam mortis tulit. Et demum conſpiratorum opes ſiſco aſcriptæ ſunt. Cæterum ad duos annos ſequentes Angliam Robertus Bruſeus ingreſſus eſt, & eam ad Stanmor uſque depopulatur & vaſtat: & cum in Scotiam rediiſſet, grandem aciem Edwardus Anglus collegit, & per terram fretumque liburnorum claſſe Scotiam penetrat, ad Edinburgum pervenit. Quod cum Robertus Bruſeus reſciſſet, de Angli itinere commeatum omnem ſubtraxit: & licet gentem collectam habere poſſet, cum Anglo in Scotia ſecundo præliare noluit: malebat enim ad tempus more Fabii Romani cunctari, quam ſui regni tot ſudoribus acquiſiti cum Anglo aleam jacere. Prælii de torrente Bannok formidabilis adhuc memor erat, & licet victor, non ſine magnis vulneribus & diro marte victoria potitus eſt. Quamobrem conſulto dux belli oculatiſſimus a marte abſtinuit, & annonæ penuria Anglum retrocedere coegit. Ad militarem fortitudinem cunctatio, inſidiæ & hoſtis deluſio plurimum expediunt. Eodem tamen anno in capite Novembris, Scotorum exercitu collecto, idem Robertus Bruſeus Angliam hoſtiliter ingreſſus eſt; & ferme Eboracum attigit: quinquaginta leucis, levatis vexillis & omnibus populatis Angliam intravit. Verum Roberti imaginationem prima fronte admiror, quare cum Anglo cum Scotiam hoſtiliter intraret non præliabatur, ſed Angliam præliaturus ingreſſus eſt. Alterum duorum dicere neceſſum eſt; vel quod cunctationis præteritæ Robertum puduit (ſed ſane erubeſcere non debuit, a quolibet circumſpecto viro ratione cunctationis laudandus & non exprobrandus venit) vel ſatius ratus eſt cum Anglo in Anglia quam in Scotia præliari. Et ſecundo aſſentior, & maturiſſime id fecit: a limitibus enim

Confeſſionis ſigillum. Secreti ſigillum pro ſalute principis reſerandum.

Bruſeus Angliam depopulatur.

Penuria annonæ & cunctatione Scoti Anglus retrocedit.

Roberti conſilium.

enim ne miles retrocedere tentaret, exercitum remote in Angliam duxit. Et cum Edwardum Anglum ingenti cum exercitu ſupervenientem per excubias intellexit, pulchrum campum inter Bylandam & Sanctum Salvatorem pugnaturus elegit, & ſuos tali oratione ad bellum animavit: Pro inſtanti pugna non opus eſſe verbis reor, magnanimi Scoti: a Scotiæ limitibus centies mille paſſibus (ut experientia didiciſtis) elongamur; quare ſi pauci ab exercitu dilabantur, in hoſtium immanium manus incidere neceſſum eſt, aut ab hoſte irritato occidi; vel ſi captivi ſuperſtites erunt, probroſum & ignominioſum non modo eis erit, ſed toti poſteritati. Noviſtis enim omnes quantæ infamiæ ſemper apud Scotos turpis metus habitus eſt, & quomodo viri fortes & animoſi ad æthera efferuntur: quæ duo viros pugnaces reddere ſolent. Reliquum eſt, ut omnes unanimes & glomeratim mutuo perſiſtamus, & aut victoriam aut mortem honeſtam conſequi conemur. Quia per numina juro, captivum me Scoti nunquam redìment: nec Scotorum Regem captum Angli in ſuis conviviis ſubſannabunt. Ultimum, ut ſacræ hiſtoriæ aiunt, Judææ Regem Nabuchodonoſor Aſſyriorum Rex in captivitate irriſit, eique coram illuſit: quare vos omnes exoratos velim, ut meam ſententiam in hoc belli pulvere ſequamini, qua ſentio aut belle in campo mori aut hoſtem ſuperbum profligare. Nam licet fortaſſe veſtrum quiſpiam, vel ſuapte natura, vel a ſideribus vel progenitoribus meticuloſior ſit; hanc tamen ſpurcam timoris paſſionem voluntatis magno conamine vincere poteſt. Hunc Edwardum Regem multo majore milite ſtipatum cum paucioribus viris vicimus, victumque turpiter fugavimus: quare fugere & non vincere didicit. Ego autem oppoſito modo habituatus ſum. Hoſti ejuſque militibus ſiquid tutum, locus fugæ ante prælium tutiſſimus eſt. Sumus enim ultra quadraginta millia hominum: proinde indubitatum maneat antequam triginta millia virum de medio tollatis, acies oppoſita frangetur. Hujus autem prælii nobis ſola obtinenda eſt victoria, ut Kenedum, Gregorium, Davidem, & Alexandros in gloria anteeamus. Quare prælium

Bruſei Regis ad ſuos concio.

tum alacres & intrepidi inite, & vos viros fortes & majoribus veſtris aut æquales aut fortiores oſtendite. Ex oppoſito ſuos Anglus ſic animaſſe dicitur: Vos, proceres virique fortes, non fugit iſtius ingratiſſimi Scoti injuria; qui optimi patris mei partes primo ſequutus eſt, deinde regnare cupiens ad Scotos per omne nefas evolavit. Et licet me fortuna ad torrentem Bannokum vicerit, haud ſtupendum eſt: ex variis linguis & ſuperfluo & ſuperabundanti milite conſtituti noſipſos confudimus: dum ſolos Anglos mecum in Scotiam prælium petiturus duxi, hunc Bruſeum meticuloſum virum ad conflictum attrahere nequibam. Et ut illam infamem notam a ſe purgaret, in noſtras devenit oras belli futuri ignarus: putabat enim ſine prælio, onuſtus noſtrorum noſtriſque ſpoliis, quietus ad Scotiam repedare: ſed inauſpicato ei aliter contigit. Sumus enim hic contra Scotos ſoli Angli; in majori numero & apparatu. Nulli ſuorum ſtipendia Scoti Reges dant, ſed propriis impenſis paucis diebus militant, poſtea hoſtium latrociniis degunt: quare illius exercitus ex omni plebe promiſcue collectus pugnare nequit: agros colere, artificia facere, & non Martem a primis annis exercere didicit. Quocirca ſi fortiter paululum pugnabitis, ingratiſſimum & ignaviſſimum hoſtem cum toto exercitu protinus fundetis. Si noſtro in regno ab hac gente ex rapinis vivente vincamur, infamiæ nota apud omnem gentem omnemque ætatem poſteram nobis inurenda veniet. Ab hac labe vitioque formidinis tanquam a Cerbero fugiendum eſt; & prælium animoſe, ut viros fortes decet, ineundum eſt. His dicti & aciebus diſpoſitis, in Scotos proſiliit, continuo clamans, Sanctus Georgius, Edwardus Carnarivanus. Ex oppoſito Scoti occurrunt vociferantes, Sanctus Andreas & Robertus Bruſeus victoriarum pater: Sanctos pro victoria implorant & exercituum duces, ut horum gratia & amore perlecti fortiter dimicent. Fit atrox hinc inde prælium; & totum pratum antea viride ſanguine tinctum; & in humilioribus prati locis torrentes ad magnam altitudinem ſanguinolenti fiunt. Sed cum ex Anglis quatuor pro uno ex Scotis caderent, Angli terga dant, Edwardumque Regem Scoti fugant,

Edwardi Angli ad ſuos oratio.

Prælium initur.

Teſſera belli.

Anglorum fuga.

Edwardi elapſus.

Scotorum victoria.

fugant, qui equorum pernicitate vitam ſervavit. Multos Angliæ Principes viros trucidant, multo tamen plures captivos in Scotiam abducunt: Angli Regis machinamenta bellica & ſupellectilem omnem avide complicant, & ad lares patrios faciem vertunt, & terram intermediam populantur. Quia per unam viam Angliam ingreſſi ſunt, per aliam, ut commeatus non deeſſet, egrediuntur: nimirum quia parvum commeatum in ſacculis ſuper equorum colla plebeii Scoti, cum ad bellum properant, deferunt.

CAP. VI.

De rebus in Anglia tempore Roberti Bruſei geſtis: præſertim de factionibus & ſimultatibus procerum regni, propter Hugonis Spenſeri inſolentiam.

ROBERTUM Bruſeum nunc pacifice apud Scotos regnantem relinquemus; & res geſtas ejus tempore in Anglia, Anglorum annales ſequentes, ſicut ſemper facimus, quia ipſi ſua melius norunt, recitabimus. Cum Edwardus Bervicum obſideret, quod a paucis diebus ab Anglis Scoti abſtulerant, Scoti Angliam ingreſſi prælium de Myton contra Anglos commiſerunt, & illic Anglos fuderunt: gratia cujus Edwardus obſidionem Bervici diſſolvere coactus erat; & Londonias veniens ab Hugone Spenſero ſuo camerario totaliter regebatur. Cameram Regis ita hic Hugo obſervabat, quod ad Regem acceſſum nemo habere poterat, niſi id ſibi placeret, qui poſt munera abiit. Quare Angliæ principes & nobiles omnes id indigne & merito

Edwardus a Bervico repellitur.

Hugonis Spenſeri inſolentia.

rito

rito tulerunt, ita quod comes Lancaſtriæ, & multi ei adhærentes, ad limites Walliæ iverunt, & terras Hugonis Spenſeri, & filii ejus Hugonis, deſtruxerunt. Rex tamen aliquos illorum in exilium mittit, ſcilicet, Moubraye, Rogerum Cleffordum, & Goſſellinum Davil, & plures alios. Hac via comitem Lancaſtriæ & ei adhærentes deterrere voluit; ſed minime deterruit, quia plus ſolito nocuerunt. Ad quos Rex oratores mittens, præcepit eis Londonias ad parlamentum venire; ad quod tribus cum magnis exercitibus venerunt. Hi erant principes cum exercitibus venientes, Humfredus de Bohoune comes Herfordiæ, Rogerus Clefford, Joannes Moubraye, Goſſellinus Davil, Rogerus Mortymer, Henricus Trays, Joannes Giffard, Bartholomeus Badeleſſemor, Rogerus Dammory, Hugo Dandale, Gilbertus Clare Gloceſtriæ comes. Tandem concluſum eſt, quod Hugo Spenſerus & filius ab Anglia exularent in perpetuum, quos tamen Rex intra breve tempus in Angliam revocavit, & Thomam comitem Lancaſtriæ & ei adherentes in exilium miſit. Sed Mortymeri, quorum cognomen erat non modicum, ſe in gratiam Regis poſuerunt: qui Londoniis in arce incarcerati ſunt. Et cum reliqui Angliæ proceres id intellexerunt, ad Thomam comitem Lancaſtriæ qui tunc erat in Pontefracto venerunt, & ei retulerunt quomodo Mortymeri erant incarcerati. Tunc Thomas comes Lancaſtriæ & ſui arcem de Tikhil obſederunt, contra quos Edwardus Rex magnum exercitum coegit; cum quo Spenſerii, Aldomarus Valance Pembrochiæ comes, & Joannes comes de Arundel venerunt, & Thomam Lancaſtriæ comitem vicerunt; qui ad arcem de Tetbury cum ſuis primo confugit, & poſtea ad Pontemfractum: & in prædicatorum conventu apud Pontemfractum Thomas comes Lancaſtriæ, Humfredus de Bohoune Herfordiæ comes, & cum eis Barones convenerunt quod irent ad Dunſtanbruch quæ ad comitem Lancaſtriæ pertinebat, quouſque cum Edwardo Rege pacem componerent: quibus Thomas Lancaſtriæ comes contradixit, aſſerens quod traditor vocaretur, ſi Scotorum limitibus appropinquaret, propter odium inter Edwardum Anglum &

Principes Angliæ armati ad judicium venientes.

Hugonis Spenſeri exilium.

Robertum Bruſeum Scotum. Sed Rogerus Cleffordus propter potentiam Regis propinquam judicans hoc neceſſarium eſſe, nudato enſe comiti Lancaſtriæ dixit, ſi non cum eis ad Dunſtanbruch iret, protinus cum ſuis manibus occideret: qui aliis condeſcendit quod illuc iret, & cum ſeptingentis viris ad Dunſtanbruch properavit. Ad Burbrig autem venientibus Andreas Herkela Edwardi Regis locumtenens in Scotorum limitibus magno cum exercitu occurrit, comitem Herfordiæ, Rogerum Cleffordum, Guillelmum Sullagium, & Rogerum Beneſeldum occidit, & Thomam Lancaſtriæ comitem captivum ad Pontemfractum duxit, qui, præſente Rege Edwardo & ſuis, ultimum ſupplicium pertulit cum quinque aliis baronibus. Hic Thomas Lancaſtriæ comes miraculis clarere dicitur.

Angli in Scotiam tranſitus & reditus.

Scoti in Angliam graſſantur.

Angli vincuntur.

Joannes Britannus capitur.

POSTEA Edwardus anno Domini 1322. centum millia pugnatorum coegit, & in Scotiam tranſmiſit bellum quærens: ſed Scoti a facie ejus auſugerunt, ita quod fame Rex redire cogebatur. Et ſtatim Jacobus Douglaſſeus & Thomas Ranulphus Moraviæ comes exercitum in Angliam ducunt, omnia in Anglia vaſtantes: Northallerton & multas alias urbes ad Eboracum combuſſerunt: contra quos Edwardus grandem exercitum collegit, & xv. die poſt feſtum Michaelis Scotos invenit prope monaſterium de Beighelando (noſtri Bielandum vocant) illic Angli victi ſunt. In illo prælio Joannes Britannus Richemondiæ comes, qui Lancaſtriæ comitatum tunc tenebat, a Scotis captivus abductus eſt; & magna pecunia redemptus: qui oras Gallicas petiit, & in Angliam nunquam reverſus eſt. Poſtea Anglorum diaria recitant, quonam pacto Andreas Herkelay occiſus eſt; dicunt enim quod pro multo milite Regi congregando, ut ei in bello de Bielando contra Scotos opem ferrent, ivit; qui negligenter & cum ignavia, quia a Jacobo Douglaſſeo pecunia corruptus erat, proceſſit. Iſtud eſt ſomnium & inapparenter dictum; non enim ſic pecunia Scoti abundant ut Anglos muneribus corrumpant, & ſignanter Jacobus Douglaſſeus vir bellicoſus, qui omnia ferro & non auro perficere

Digitized by Google

ficere ſtuduit: præterea improbabile eſt quod ſine numeroſo milite Scotos Edwardus Anglus invaderet. Secundum Anglorum vera diaria, ab Edwardo via facti & non juris a Rege hic Andreas damnatus eſt: comitis enim Lancaſtriæ amici & ipſius Andreæ inimici Regem contra ipſum verterunt. Andreæ Herkelaii cædes.

C A P. VII.

De Iſabella Francorum Regis ſorore in Franciam ab Anglo marito miſſa, & de ejuſdem cum filio exilio. De Edwardi captivitate, & Merlini vaticiniis; deque Scotorum in Angliam tranſitu & ex Anglia reditu.

PER idem tempus Iſabellam Franci Regis ſororem Angliæ Reginam Edwardus inhumane tractavit: eam ob rem Francus indignatus, ad Anglum caduceatores mittit, per eos illi indicans; ut vel pro Aquitania fidelitatem juraret, vel terram illam amitteret. Conſilio Hugonis Spenſeri in Franciam Regina mittitur, ut inter fratrem & maritum veriſimile bellum extinguat: ſed quia aliquantam moram apud Gallias Regina fecit, Edwardus Regis filius a patre facultatem petiit, ut in Galliam ire liceret & pientiſſimam matrem revocare; cui facultatem pater lubens impertivit: ſed quia ad Regis mandatum non rediere, ab Anglia exulant. Hoc Edwardi exilio non obſtante, Iſabella Regina, Edwardus filius, & Joannes comitis Hannandiæ frater cum Edwardo Wodſtok Kentiæ comite in Angliam redierunt, & hoc vigeſimo quarto die Septembris, anno

Iſabella Regina Angliæ ad Francum fratrem mittitur.

Uxor & filius ab Anglo exilio damnantur. Redeunt non vocati.

gratiæ milleſimo trecenteſimo vigeſimo ſexto; & ſolum quingentos viros in ſua ſocietate habuerunt. In Angliam tam pauco numero deſcendere audere indicium erat odii Regis & amoris Reginæ & filii. Demum Edwardus Carnarivanus captus eſt, & in arcis Kenilworth carceribus mancipatus ſub domini Henrici fratris comitis Lancaſtriæ manibus, qui tunc comes Liceſtriæ erat; cui comitatum Lancaſtriæ Edwardus tertius dono dederat. Quia Thomam Lancaſtriæ comitem Rex occidi fecit, præſumebatur, & merito, quod ab occiſi fratre ſumma diligentia ſervaretur. Hugo Spenſerus, Gualterus Stapylton, Exceſtriæ epiſcopus, & Joannes Harundel Regis partes ſequuti, morti traditi ſunt. Prophetias Merlini de hoc Edwardo Carnarivano Anglorum hiſtoriæ recitant: dicebat enim Merlinus quod ſuper occiſos ſub hoc Edwardo maris ſinus inundarent; quod de bello ad torrentem Bannok exponunt: plerique tamen in torrente alto, & multo plures in Fortha rapidiſſimo flumine aqua ſalſa maris mixto ſubmerſi ſunt. Dicebat inſuper Merlinus quod in hujus Edwardi diebus multi lapides ſuper terram caderent: hoc de Scotis exponunt, qui tam arces quam urbes in hoc temporis interſtitio ſolo æquarunt. Multa inſuper alia Merlini intricata dicta extricare conantur; ſed ejus tenebroſa dicta, quæ ſunt tenebroſa aqua in nubibus aeris, non multifacio. Edwardum Carnarivanum quia malo uſus eſt conſilio Angli exauthoriſarunt, & Edwardum tertium alias Windiſorum dictum in Regem inungunt anno ſuæ ætatis quintodecimo, eodem anno quo de Gallia in Angliam deſcendit. Uxoris & Edwardi tertii filii Edwardus ſecundus pater ſemper colloquium optabat, ſed colloquium non habuit: fortaſſe filius ſuſpicabatur quod coronam iterato a filio peteret: quod parentibus filii concedere non ſolent, ſicut nec filiis parentes, quamvis eos magis diligant quam ab illis diligantur. Poſt hæc, dixit Caxtonus, magnum exercitum Scoti collegerunt, & Angliam ingreſſi ferro & igne omnia perdiderunt, quouſque ad Stanhop in Viridalia devenerunt, & illic collectos ſe tenuerunt: contra quos numeroſum exercitum Edwardus tertius collegit, nec pulchrior exercitus viſus eſt (inquit) poſtquam in Britanniam

Edwardus capitur.

Merlini vaticinia.

Edwardus tertius regnat vivo Edwardo ſecundo.

Exercitus ſecundum Caxtonum pulcherrimus.

niam Brutus deſcendit; quia centum millia Anglorum & exterorum in illo exercitu fuere. Sed huic aſſertioni non aſſentior, quia apud torrentem Bannok multo plures ejus pater rexit. Prope parcam quindecim diebus Scoti ſteterunt, quia propter Anglos egredi non poterant: quibus etiam commeatus defuit. Scotorum locus utrinque munitus erat; ex una parte erat aqua, ex altera nemus ſive parca Viridaliæ. Henricus Lancaſtriæ comes, & Joannes Hannoniæ comitis frater Scotos invadere per aquam conſuluerunt, quia parvæ altitudinis erat fluviolus: verum enimvero eis Rogerus Mortymerus contradixit, a Scotis pecunia corruptus, & cum de nocte excubias faceret Scotos dilabi permiſit. In fine tamen dixit Caxtonus, quod ea nocte qua Scoti abierunt Jacobus Douglaſſeus ducentis lanceis, hoc eſt ducentis equitibus (idem enim eſt lancea & eques apud Britannos) Regis exercitum ingreſſus eſt, & Regis tentorium attigit, & nonnunquam clamavit Naward, Naward, nonnunquam vero A Douglas, A Douglas: unde Rex & plerique alii erant perterriti; ſed Deo duce neque erat occiſus, nec a Scotis captus: & hac nocte luna lucidiſſime emicuit. Ecce verba Caxtoni ad literam. Credo non facile invenies quod Anglos pecunia Scoti corruperunt; nec cum Rogero Mortymero unquam colloquium habuerunt. Improbabile etiam eſt quod in lunæ magno nitore Scoti abire poſſent, quin excubiarum aliqui illud deprehendiſſent qui eſſent incorrupti, & Edwardo tertio ſignificaſſent. De hoc bello Froſſardus Hannonienſis hiſtoricus, qui opus ſuum Anglorum Regi dedicavit, loquitur, qui a Joanne comitis Hannandiæ fratre & ſuis informatus erat, & Anglorum res augere & non attenuare conſueverat: quocirca eum ad literam imitari curabo, ſolam linguam Gallicam in Latinam interpretabor, verum ſolum ſententiarum pondus, & non verba legere elaborabo. Alti animi fuit hic Edwardus tertius, & ſuorum conſilio fretus ingentem cladem Scotis inferre ſtuduit: ad Joannem Hannandiæ caduccatores, quatinus ſibi ſuffragaretur, miſit, qui quingentis equitibus ſtipatus Angliam, ut Edwardo Anglo opem ferat, ingreditur: unde exercitum

Caxtonus refellitur.

Froſſardus.

Edwardi tertii indoles & geſta.

Centum millia in exercitu Angli.

Viginti quatuor aut xx. millia in exercitu Scotorum.

Scotorum ad bella durities.

Commeatus Scotorum. Panis ſubito conficiendi modus.

Scotorum immanitas.

Anglorum copiæ.

centum millibus virorum ſuffultum Edwardus contraxit, & limites boreales Scotiam verſus petiit. Cujus adventum Robertus Bruſeus intelligens, qui jam grandævus erat & morbo laborabat, Thomam Ranulphum & dominum Jacobum Douglaſſeum jubet, quatinus bonum militem colligant, & Northumbriam ingrediantur, omnia populando Anglorum arma a Scotis retrahens, quia oculatiſſimus erat. Quorum adventum Edwardus intelligens ad Novum Caſtrum ſuper Tynam muniendum Angli Seneſcallum, & ad Carliolum comitem Herphordiæ mittit. Viginti quatuor millia in exercitu Scoti habuerunt. Noſtri autem annales dicunt præciſe viginti millia: ſed potius fortaſſe Hannonienſi quam Scoto in hac parte fides adhibenda eſt; licet enim Anglis Hannonienſes relatione ſicut & viribus opem præſtabant, tamen plus de neutralitate quam Scoti vel Angli in hac parte ſapere videntur. Viginti ergo hominum millia, aut viginti quatuor in ſuo exercitu Scoti habuerunt; equites erant omnes. Magnis & robuſtis equis nobiles & opulenti viri, parvis vero plebeii utuntur, ſine curribus, quia Northumbria montoſa plurimum eſt. Verum gens illa Scotorum, inquit, inediæ, ſitis, caloris, frigoriſque patientiſſima eſt: carnibus ferinis & longo tempore in neceſſitate etiam principes viri vivunt. Sciebant enim Scoti carnium copiam ex præda ſe habituros; ideo ad ſellæ poſteriorem partem biſaccos farina refertos, cum ferris quibuſdam latis, panis conficiendi gratia ſecum deferunt. Hoc ferrum igni ſuppoſito vehementer calefaciunt, ſuper quod paſtam minimæ denſitatis extendunt; & ſic panem ſicut in furno decoquunt. Northumbriam omnem populantur, vicos omnes in favillam ignis incendunt; ad quinque leucas prope Durem, ubi Edwardus Anglus agebat, loca omnia incinerarunt. Ignis fumum jam Angli percipiunt, qui magno numero fuere; equeſtrium enim armatorum octo millia, peditum triginta millia, ſagittariorum viginti quatuor millia, cum famulis plurimis qui commeatuum ferebant magnam copiam, habuerunt. Exercitum in tres acies inſtruunt; cuilibet aciei alas duas continentes quinque millia

ar-

Digitized by Google

armatorum dedere: eo modo ordinati, ad partem illam a qua fumus a Scotico igne procedebat ad veſperam uſque Scotos, quos non invenerunt, inſequebantur: caſtrametantur in nemore quodam juxta fluvium, ut feſſi requiem captarent, & ut curſus, qui non æquis paſſibus vehebantur, expectarent. Toto illo die omnia igne Scoti haud remote ab Anglorum exercitu perdunt: attamen ob itineris aſperitatem Angli eos adire nequibant. Poſtero die prima luce, aciebus inſtructis ut prius, ad veſperam uſque Scotos inſequentes non inveniunt, eapropter iterato caſtrametantur. Interea Angli majores natu conſultant quid opus facto eſſet: viderunt enim Scotos omnia igni conſumere, & quod eos commode attingere nequibant. Conſilio igitur capto, ad Tynam flumen retrocedere Scotiam verſus deliberabant, ut Scotos inedia premerent, ac eos in fluminis tranſitu clade non modica ferirent. Et poſt mediam noctem, curribus & ſarcinulis relictis, cum tenuiſſimo commeatu Tynam verſus ocyſſime pergunt, & toto die illo qui inſecutus eſt armis non depoſitis incedunt, nullum cibum præter panem quem ſecum ferebant illo die eſitarunt: ſole occaſum petente, noctis beneficio ſoporem, mortalibus præſertim feſſis haud ingratum, capiunt. Poſtridie ejus diei Tynam flumen acceſſerunt, ſed tanta fluminis erat inundatio quod tranſire nequibant: illic triduo magna in penuria tentoria figere coacti ſunt. Cumque illic triduo in magna calamitate & inedia permanſiſſent, a quibuſdam Anglis qui Scotorum incurſiones evaſerant conſultum eſt, ut ad Novum Caſtrum quod ad tredecim leucas, aut ad Carliolum quod undecim leucis diſtabat, tranſmitterent, quia in vicis vicinis paſtum nullum Scoti reliquerant, & populus ex illis timore diſperſus palando ſine cibo turmatim aufugerat. Dein ad urbes illas pro cibo potuque mox mittunt, & poſtridie examuſſim omnia ad nutum habuerunt: ſed Scotorum nulla nuncia acceperunt. Octavo die, publico edicto Rex proclamare jubet, ſi Scotorum quis certa nuncia Regi afferret, centum libris in perpetua penſione a Rege donatus eſſet: quo audito quindecim equites impigerrimi Scotos per invia & pervia luſtrant & venantur.

Anglorum conſilium.

Prope Tynam ad duas leucas exercitus interea in quodam pulchro prato manebat, ſed vicos totaliter vaſtatos inveniunt, tribuſque diebus illic permanſere. In quorum fine quidam qui exploratum iverat, retulit; quod ultra tres leucas a Regis exercitu Scoti non diſtarunt, Anglorum adventum ut ſecum dimicent lubenti animo opperientes. Confeſtim tres acies more ſuperiore inſtruunt, & ducem illum Scotos verſus inſequuntur; & circiter medium diem in monte quodam Scotos contemplantur, a Scotiſque contra cernuntur. Protinus ut Scoti eos aggredientes percipiunt, ſuum exercitum tripertiuntur, & ambo montis latera fluminiſque tranſitum (quem vadum dicunt) occupant. Quod Angli conſiderantes judicabant ſe non poſſe eos ſine apparenti jactura invadere: eapropter caſtrametantur. Ad Scotos caduceatorem mox Anglus, quatinus in pulchrum campum pugnaturi deſcendant, mittit. Cui Scoti reſponderunt, Cum in triplici numero plures eſſent Angli quam Scoti, & in majori apparatu, locum apparentiorem tenere deliberarunt, ita quod eorum paucitati loci munitio ſuffragaretur: & ſi eum eis illic certare vellet, experiretur, quia gloriæ cupidus erat, fortunam. Diem illum illic conſumpſerunt: cumque adveſperaſceret, excubias, ne fluminis tranſitus Anglis pervius eſſet, Scotorum nonnulli faciunt; reliqua pars in monticulo moram trahit. Ingentes rogos fecerunt, ſed cornuum terribilem horriſonumque ſonum tota illa nocte emiſerunt. E diverſo Anglorum exercitus excubias fecit, & ita ſine conflictu tribus diebus ſteterunt, hoc dempto, quod utrique milites, ut vires ſuas experirentur, mutuo concurrerunt, & ſellas in utriuſque exercitus conſpectu evacuarunt. Quarto autem die cum ſuper horizontem Phœbus conſcenderet, collem quem Scoti prius occupaverant, intuentur, hoſteſque nullos percipiunt; quia copias alio in monte noctis in ſilentio locaverant: mox ſpeculatores Scotos venari Anglus jubet, qui Scotos alio in colle ſuper eodem flumine locatos eſſe Regi indicarunt. Quo audito, montem illum verſus Angli properant, & in monticulo juxta poſito caſtrametantur. Quadam nocte Jacobus Douglaſſeus ducentis equitibus delectis

Angli poſtulata.

Scotorum reſponſa.

Douglaſſei facinus.

lectis flumen tranſiit, Anglos hoſtiliter invaſit, ad tentoriumque Regis perveniens duos ejus funes ſcidit, & trecentis Anglorum interemptis, ad ſuos parvo cum damno rediit. Illius cladis Angli haud immemores vigilantiores nocturnas excubias ordinant. Octodecim diebus ſine magno bello duæ acies manſerunt; decima octava demum vigilia ab Anglorum excubiis quidam Scotus captus Edwardo Anglo præſentatur, qui Edwardo reſeravit quod apud Scotos publicum edictum emiſſum eſt, ut omnes ad arma ſe parent & Jacobi Douglaſſei vexillum inſequantur; ſed quorſum tendant duces, aut quid hoc portendat ſe penitus latere affirmavit. Quamobrem Angli mox trifariam exercitum partiuntur, & ad vada diligentiſſimas excubias ponunt, & noctem illam inſomnem ducunt; quia ſuperioris noctis cladis memoria tantum eos terruit, ut nil aliud quam quod Scoti eos protinus ea nocte invaderent arbitrati ſint: inſuper ignes magnos tota nocte fecerunt, ut lucidius hoſtem ſpecularentur. Circiter diluculum ab Anglorum excubiis duo tubicines Scoti capti ſunt, qui Edwardo Anglo exponunt Scotos ad patriam converſos, & prima luce hoc vobis denunciare juſſi fuimus, & ex induſtria ab excubiis nocturnis capti ſumus, ut eos ſequamini ſi bellum inire velitis. Poſt hoc cum ſuis conſultat Anglus; & deliberatum eſt non expedire Anglo Scotos cum feſtinatione ſequi, ne ejus exercitus feſſus, ſi cum Scotis pugnaret, jacturam non modicam incurreret: ſatius igitur viſum eſt Scotorum exercitum impunem ſinere abire, quam totum exercitum prælii aleæ exponere. Quando Scotorum locum Angli acceſſerunt, ferarum, utpote cervorum & ejuſmodi, quingenta invenere, quæ ne viva Angli caperent Scoti interfecere: inſuper cacabos trecentos ex animalium pellibus piloſis, in quibus carnes decoxerant, invenerunt, milleque verua pro carnibus aſſandis, decemque calceorum millia ex pellibus piloſis crudis factorum, quibus Scoti poſt ſuos calceos attritos uſi fuerant. Inſuper quinque Anglos nudos, cruribus fractis, ad arbores ligatos, quos diſſolvunt, inveniunt. Suorum igitur conſilio-

Scotorum in patriam receptus.

Scotorum ſarcinulæ ſponte relictæ.

Cacabi ex pellibus.

lio Edwardus utens aciem totam diſperſit, & Londonias rediit. Hæc ex Froſſardo ad literam retulimus.

C A P. VIII.

De Edwardi patris querimonia, & in alium carcerem traductione, ubi diris cruciatibus enectus eſt.

POST hoc Edwardus Carnarivanus erat in arce de Barkelay ſub Mauritii de Herkelay & Joannis Mactrevers cuſtodia; cum quibus ſemper plangebat Edwardus, eo quod nec uxor ipſius Regina Iſabella nec filius Edwardus ſecum colloquium haberet: quibus cuſtodes dixerunt, Ne a te occidatur Regina timet, pariter & filius. Quibus erudite Carnarivanus replicuit, inquiens, Nonne ſum homo captivus, & in veſtra, Regis, Reginæque poteſtate conſtitutus? quomodo ergo auſim vel poſſim eis jacturam ullam facere? Deus autem novit quod nunquam excogitaverim conjugi meæ aut filio in aliquo nocere. Paulo poſt Rogeri Mortymeri conſilio patrem Edwardus Windiſſor, Thomæ Gournay, & Joanni Mactrevers in arce de Corf cuſtodiendum tradidit: Herkelay a cuſtodia abſolvit. Quam arcem tanquam toxicum Edwardus exauthoratus odio proſequutus eſt. Una nocte conſilio Mortymeri cameram Edwardi Carnarivani ingreſſi ſunt, & ſuper ejus ventrem magnam tabulam ponentes, in omnibus angulis tabulam ſuper ipſum preſſerunt: poſtea cornu quoddam in ejus fundamentum ad longam diſtantiam imponentes, veru cupreum candens in cornu injecerunt, & ejus ilia combuſſerunt & fregerunt, ut mors non perciperetur. Proh ſupreme Deus, quæ traditio! quod nefas! quod piaculum nullo ſeculo, nul-

Edwardus filius aliis patris cuſtodiam mandat.

Diros cruciatus Edwardus paſſus necatur.

Digitized by Google

nulloque ſupplicio expiandum! Id auſi in ſuum dominum, in ſuum Regem, in verum denique captivum quem penes ſe habebant! Ecce Edwardi Carnarivani finem lamentabilem; qui in hoc ſolo peccavit, quod improborum conſilio uſus eſt, alioquin ſane & cordatus vir in bello, & mitis ſecundum temporis exigentiam fuit: propterea cum magnis Regibus eſt comparandus. Edwardi laudatio.

C A P. IX.

De Roberti Bruſei Scotorum & Edwardi tertii Anglorum Regis geſtis; & pace per matrimonium liberorum: & Roberti obitu.

EDWARDO Carnarivano defuncto, & Edwardo tertio Windiſoro regnante, res Anglicas pauliſper miſſas faciam; ad Robertum Bruſeum, a quo digreſſus ſum, revertens. Ab Anglis Robertus Bruſeus irritatus, duos principes viros Thomam Ranulphum & Jacobum Douglaſſeum cum quindecies mille electiſſimis Scotis ad Anglos humiliandos in Angliam mittit; qui ad Parkam in Viridalia, de qua nuperrime loquuti ſumus, devenerunt. Et quia hanc expeditionem ex hiſtoria Froſſardi Gallica recitavi, nihil eidem addens ad reliqua tranſeo. Robertus Bruſeus.

ANNO trecenteſimo vigeſimo ſexto ſupra milleſimum Edwardus tertius & Iſabella mater ejus ad Scotiam oratores graves Anglos mittunt; quibus audientiam Robertus Bruſeus Edimburgi dedit. In hac legatione filio Roberti Regis Edwardi ſororem obtulerunt, cum renunciatione omnimoda Edwardus tertius. Oratores Angli.

illius ſuperioritatis ab Anglis ſuper regnum Scotorum prætenſæ; aliquam tamen refartionem a Roberto petentes pro graviſſimis damnis quæ Anglis intulerat. Et ita convenerunt: & Robertus Bruſeus triginta millia marcarum in pecunia numerata Anglis dedit, & dominam Johannam ſororem Angli pro Davide filio ſuo quinquenni accepit. Illam ſuperioritatem Anglorum ſemper Scoti contempſerunt, qui nulli unquam niſi proprio Regi ſubjecti erant. Nihilo tamen minus, quatinus pacem ſervarent & cum vicinis pacifice viverent, Angli ſigillum & communitatis Anglorum ſuper hoc petierunt, & petita obtinuerunt.

Matrimonio inito pax conciliatur.

POST hanc concordiam tribus tranſactis annis, apud Cardros anno vigeſimo quarto regni ſui Robertus Bruſeus viam univerſæ carnis ingreſſus eſt: Rex maximo regno dignus, quem Guillelmo Wallaceo in re militari præpono; etſi Roberto Guillelmus Wallaceus majori corpore & robuſtiore fuerit, ſic enim & Alexandro Macedone, ut opinor, robuſtior erat: ſed non propterea in re militari excellentiam ſuper eum habuit. Verum Guillelmus in hoc efferendus eſt, quod ſuo Marte & prudentia, qui de parva domo natus erat in magnum virum evaſit; a Scotia Anglos expulerit: ſed in hoc non minorem Robertum Bruſeum invenies, licet de principe domo natus eſſet & conſanguineos affineſque principes viros haberet; poſt enim triſte principium, omnibus ſuis amiſſis, etiam amicis deſtitutus eſt: qui tamen ſemper invicto manſit animo, & Scotos Angli ſequaces, & principes viros Angliæ de Scotia ejecit: & bis cum Anglo difficillimis & formidandis præliis congreſſus eſt, ſemel in Scotia, ſemelque in Anglia; & toties Anglum vicit. Juſtitiam inter ſubditos illibatam obſervavit: & multas conſtitutiones Rege dignas, quæ hodierno die apud Scotos manent, edidit. Robertum tamen Kennedo, Gregorio, Davidi, aut Alexandris non antepono; ſicut nec unum eorum illi præfero: ſuas enim prærogativas ſinguli varias habuerunt, gratia quarum eos pares relinquo.

Roberti Bruſei obitus & præconia.

Guillelmi Wallacei præconia.

MO-

MORIENS tria Robertus in teſtamento reliquiſſe fertur: primum, quod Scotiæ inſulas Scotorum Rex a ſe non abdicaret, nec principibus viris eas daret: & id forte erat, quia adire eos & punire delinquentes eſt perdifficile; & propterea facile in Reges inſurgunt. Teſtamentum Roberti.

SECUNDUM, ab eo teſtamento cautum erat, quod Anglis Scoti non darent diem longam & determinatam de prælio committendo: & id rationis eſſe poteſt, quod Angli exteros ſtipendiarios copioſe adducunt, qui tormentis æneis quibus ſunt aſſueti utuntur; & magnas tallias pro bello gerendo Regi Angli præſtant, qui, inidoneis relictis, præſtantiſſimos cogit, & impenſas copioſe tradit pro exercitu ordinando: & ſic meliori politia ſemper in magno bello plus proficit quam viribus. E diverſo; tempore belli Regi Scotorum plebeii nihil dant; ſed ad bellum apti & inepti cum Rege omnes promiſcue proficiſcuntur, quare nullus ſervatur ordo; nec præſtantes milites, imbellibus relictis, eliguntur: propterea ſæpiuſcule demiror quomodo in magno bello Anglos Scoti interdum vicerunt. Si tallias imbelles Regi perſolverent, ut viribus pollentes eligerentur, crebrius victores evaderent: in cujus rei argumentum, quando tumultuarii & inopinati cum Anglis Scoti pugnant in æquali numero, pluries ſolent eſſe victores quam victi.

TERTIUM, quod cor ſuum cum aliquo probo milite contra infideles pugnaturo deferendum reliquit; quod Jacobo Douglaſſeo principi viro commiſit: quia antea votum emiſerat, ut in propria perſona contra infideles pugnaturus iret. Sed is non eundo minime deliquiſſet, quia pro pace ſui regni, quæ alia via veriſimiliter & ſecure procreari non poterat, manere potuiſſet. Sed Regis conſilium in hoc non approbo, quod Jacobum Douglaſſeum extra patriam miſit: conſiderare enim debebat quod ad Scotiæ regnum, non obſtante matrimonio, Angli anhelarent, & Jacobi Douglaſſei præſentiam novit regno utiliſſimam, ut qui Thomam Ranulphum unice dilexit. Sed forte dices oculatiſſimus erat Regis conſilium diſcutit.

Robertus, ſentienſque quod non capit fortuna duos quando illi ſunt æquales, quemadmodum iſtos judico, propterea, honeſtiſſima occaſione habita, Jacobum Douglaſſeum extra regnum miſit. Quod ſi ita fecerit non eſt factum ejus improbabile; bella enim civilia timens non multum imprudenter egit: ſed quia viri conſtantia & ad regni tranquillitatem pia affectio cognita erat, ſatius judicaſſem Jacobum debere domi manere.

CAP. X.

De Thoma Ranulpho Scotiam prudenter regente, & fraude monachi ſublato.

POST Roberti Bruſei obitum, cuſtodiam Scotiæ Thomas Ranulphus optime exercuit, & optimam juſtitiam per totum regnum miniſtravit: legem ſtatuit, quod ſi equitum quiſpiam de equo deſcendens frenum ſellæ affigeret, pro freno furto ſublato vicecomes loci perſolveret: ſimiliter de aratrorum ferramentis: & ſolutionem a Rege finalem vicecomes haberet. Verum interea propria ferra quidam ruſticus abſtulit, & vicecomitis loci pecuniam petiit, qui circa furtum explorandum exactiſſime quis ſceleris actor eſſet inquirit; & demum ipſe agricola querimoniam faciens reus inventus eſt: & cum crimen detegeret laqueo ſuſpenſus eſt. Divitis & pauperis cauſam æqua lance, ſine perſonarum acceptione, trutinavit: homicidas non auro, ſed extremo ſupplicio mulctavit, ne ad homicidia perpetranda aditus daretur. Licet enim per aurum ſaccus regius impleatur; tamen Deus offenditur, ſicariis porta aperitur,

Lex Ranulphi.

Juſtitiæ pulchrum exemplum.

ritur, juſtitia læditur, Rex contemnitur, & crebriter de medio tollitur. Et, ut paucis viri geſta complectar, poſt Bruti in Britanniam ingreſſum Regum nullum recolo qui melius quam hic vir rexerit. Virorum in bello fortiſſimus erat. Corporis robur moralem fortitudinem, de qua loquor, minime arguit; pulcherrimo tamen erat iſte corpore, & corporis viribus pollebat; ſed multo magis animi fortitudine, quæ eſt vera virtus, emicuit. Viri fama ſic apud Anglos claruit, ut licet ad Scotiæ regnum propter impuberem Regem oculum avidiſſime flecterent, tamen Thomæ Ranulphi gratia pacem inchoatam continuarunt: ipſo enim ſuperſtite ſe Scotiam poſſe capere impoſſibile putaverunt. Demum quidam Angliæ monachus, qui ſe phyſicum ſeu medicum jactabat, in Scotiam ſe contulit, & cum regente familiaritatem haud parvam contraxit: cui toxicum medicinæ loco miniſtrat. Natura veneni præſens ac momentanea non erat, ſed virum ſucceſſive corrodebat: hoc autem fecit monachus perfidus, ut libere in patriam ſuam repedare poſſet. Eo autem in patriam recepto, indies regni cuſtos ac regens magis tabeſcit, & Angli ad aures ejus mors, licet falſo, percrebruit: quare Anglus tempus opportunum adeſſe ratus, quo Scotiam ſuo imperio adjungere poſſet, ingentem exercitum undique contrahit, & ad Scotiæ limites iter dirigit. E contrario Scotos numeroſo in exercitu Thomas Ranulphus veneno plenus, in lectica ductus, contra Anglum pugnaturus ſe properavit. Anglus, audito Scotorum adventu, caduceatorem ſciſcitaturum an Scotiæ cuſtos ſuperviveret miſit: quod cuſtos intelligens veſtem auream induit, lecticam egreditur, & ſuper equum ponitur, ſanitatem vultu artificioſe ſimulans; Angloque caduceatori refert ſe & Scotos Edwardi animoſitatem libentiſſime velle experire: & ſic magnis muneribus donatus ad Edwardum caduceator abibat, Scotiæ cuſtodem aſſerens ſuperſtitem, optime valentem, nulloque morbo laborare: contra quem tamen malus religioſus clamavit, Etſi ventrem ferreum haberet, mortem non evaderet. Anglo tamen conſultum eſt quod plurimum conduceret pacem inchoatam non violare, alioquin cum feroci

Ranulphi præconia.

Ranulphus toxico inficitur fraude monachi.

Ranulphi toxico pleni pro patria molimina.

gente & præclariſſimo duce, in cujus fortuna totus exercitus non parum confidit, & quem tanquam patrem quilibet diligit, & publica voce omnes patriæ patrem appellare conſueverunt, pugnare Marte ancipiti neceſſum eſſet. Quorum conſiliis Edwardus acquieſcens, exercitu diſperſo, Londonias vadit, & religioſum, tanquam mendoſum fallaciſſimumque virum, omnes ſubſannabant rigidiuſque arguunt. Verum dum cuſtos in lectica Edimburgum duceretur in itinere in Muſſelbourgo, tabo invaleſcente, fato ceſſit, & apud Dunfermelyngum inter Reges regenteſque honorifice tumulatus eſt. Hunc virum Guillelmo Wallaceo non poſtpono, immo Roberto Bruſeo eum poſtponere nequeo, propter animi fortitudinem, & clariſſimam juſtitiam, & conſpicuas animi virtutes quibus emicuit.

Ranulphi mors & laus.

CAP. XI.

De Jacobi Douglaſſei geſtis & interitu: deque Edwardi Balioli in Scotia ſucceſſu, victoria, coronatione, & tandem fuga.

COR Roberti Bruſei in urna aurea circa collum Jacobus Douglaſſeus ferebat, ad occidentalem Heſperiam ſecum deferens, quo Guillelmum de Sancto Claro & Robertum Logane auratos equites ſecum duxit: & illic contra Agarenos in regno Granatæ fortiter pugnans occubuit. Poſt hæc Donaldus comes Marræ Scotiæ cuſtos ac gubernator electus eſt; cujus in tempore, anno a partu virgineo trecenteſimo trigeſimo ſecundo ſupra milleſimum, Ed-

Douglaſſei obitus. Donaldus Scotiæ regens.

Balioli auſus.

Edwardus Baliolus Scotus, Anglo perſuaſore & fautore, in Scotiam deſcendit, regnum vere ad ſe ſpectare aſſerens. Solum ſexcentis viris ſtipatus in Scotiam venit, in pleriſque tamen Scotis nigro parlamento poſtea occiſis, plus quam in propriis conſanguineis confidens, ad Duplin pervenit. Contra quem Marchiæ comes Patricius Dunbarus triginta millibus virûm ſtipatus, & comes Marræ multis aſſociatus concurrunt; qui ipſum ob ſuorum paucitatem contempſere, proptereaque nocturnas excubias non fecerunt. Quod ubi Edwardus Baliolus reſcivit, ſuper eos ſopore gravatos de nocte inſiliit, & tanquam porcos ſine ulla reſiſtentia trucidat. De quo eventu ipſe Baliolus magno animo vir, plurimum gaviſus, & illud fauſtum principium pro omine capiens, cum reliquis principibus in clara luce pugnare auſus eſt: contra quem in loco munito ſtantem Scoti tumultuoſè & ſine ordine in magno numero irruerunt. In hoc conflictu Edwardus Baliolus victor evaſit: comes Marræ & Alexander Fraſer cum multis nobilibus interierunt, & Duncanus Fyfenſis comes captus eſt. Dehinc Sancti Joannis villam munitam, parva facta reſiſtentia, Edwardus Baliolus cepit: in cujus fidem Duncanus Fyfenſis comes & Guillelmus de Sancto Claro epiſcopus Dunkeldenſis jurant, quorum potentia adjutus regio diademate apud Sconam inſignitus eſt. Dein David Bruſeus novem annorum puellus, ſuorum cuſtodum conſilio, cum Angli ſorore ſua ſponſa in Franciam abiit, & a Franco honorifice ſuſceptus eſt: ubi octo annos & ultra deliteſcebat. Proh dolor! ubi Thomas Ranulphus, ubi Jacobus Douglaſſeus, ut ſtirpi Roberti Bruſei in hac calamitate ſuccurrant? Iidem pugnatores qui cum Roberto Bruſeo & Thoma Ranulpho ſemper vincere conſueverant ſuperſtites, ſed ſine claro duce fuerunt: & ideo in bello pauca admodum memoratu digna fecere. Alexandri Macedonis aciem ſine duce, poſt Alexandri mortem, facile victam, quæ ſub duce Alexandro ſemper invicta manſerat, legimus. Quare ſicut ſine pugnaci milite ducis officium eſt mutilum, ſic pugnaciſſimus exercitus ſine duce. Propterea recte Cæſar dicebat, quod primo in Heſperiam occidentalem

Balioli lætum auſpicium.

Balioli victoria.

Succeſſus.

Coronatio.

Bruſeus in Franciam profugit.

lem iret, ut exercitum ſine duce & poſtea ducem ſine exercitu caperet. Cæterum anno ſequenti villa Perth per Jacobum & Simonem Fraſer & Robertum Keth capitur: in qua Duncanus Fyſenſis comes, cuſtos ex parte Edwardi Balioli, captus eſt, & etiam Andreas de Tulibard, qui de traditione contra Regem convictus mortem ſubiit condignam. Eodem anno Joannes Ranulphus Moraviæ comes, Archibaldus Douglaſſeus domini Jacobi Douglaſſei frater, & Simon Fraſer Edwardo Baliolo inſidias tendunt, qui tam multos Scotos nobiles ad pacem receperat: inter quos Alexandrum Bruſeum comitem Carriki & dominum Galvediæ ad ſe flexit. Sed mille viris repente eum invadunt, qui equo ſine freno protinus aufugit: de cujus fautoribus illic occubuerunt Henricus Baliolus, qui animoſiſſime ſe protexit, & aliquos in fuga peremit, Joannes Moubrayus, Gualterus Cumyngus, Richardus Kyrkbius auratus eques. Hoc in conflictu comes Carrik captus eſt, & per Moraviæ comitem liberatus.

Balioli fuga & amicorum cædes.

****

CAP. XII.

De Edwardi Angli & Edwardi Balioli in Scotos irruptione; Bervici obſidione, &, commiſſo prælio in quo plurimi Scotorum deſiderati ſunt, expugnatione.

SCOTORUM ſchiſma & bella civilia Edwardus Anglus intelligens, & tempus opportunum Scotia potiundi adeſſe ratus; affinitatis, jurisjurandi, & omnis fidelitatis immemor, ingentem exercitum Scotorum & Anglorum

glorum colligit: Edwardum enim Baliolum & fautores ejus ſecum in bello habuit. Mundanæ gloriæ hic Edwardus clarus erat, elarioris autem fuiſſet ſi cum Roberto Bruſeo aut Thoma Ranulpho præliatus fuiſſet: ſed Scotos inter ſe jam victos aggreditur. Duæ partes ferme pares pro regno apparentibus titulis laborarunt, & homieidia inter eos varia perpetrata ſunt; & regni apicem utraque pars petebat: quare inter eos paeem impoſſibiliter poſſe fieri eenſuit, propterea callide Edwardi Balioli partes tanquam infirmiores, ut Seotos attereret, ſequutus eſt. Et tamen jus nullum niſi ſophiſtieum, ut ex præhabitis liquet, Baliolus habuit: propterea probiores viri partes Bruſei foverunt. Davidis Bruſei fautores Angli fraudem & aſtutiam conſiderantes, Bervici arcem Marchiarum comiti, & villam Alexandro Setonio cuſtodiendam commiſerunt. Quo in tempore Andreas Moraviæ comes ab Edwardo Baliolo & Anglis apud Roxburgum prope limites captus eſt: & per idem tempus Guillelmus Douglaſſeus dominus de Liddiſdale ab Anglis eaptivus pecunia redemptus eſt. Paulo poſt obſidionem, pridie idus Apriles ad Bervicum Anglus venit, & a terra & a mari urbem invadit. Sed urbem Setoniei viriliter tuebantur; naves incendunt, & cladem non modicam obſidentibus inſerunt: ſed in navium oppugnatione domini Setonii filius ab Anglis capitur. Ad diem Sanctæ Magdalenæ dira & quotidiana obſidio duravit. Demum ea lege eum Anglis Scoti conveniunt, quod ſi intra ſtatutum tempus urbi ſuppetias non ferrent, eam Anglo conferrent: in eujus ſecuritatem Thomam Setonium natu maximum dominus Setonius obſidem dedit. Cæterum poſt Andreæ de Moravia captivitatem, Archibaldus Douglas Douglaſſeorum primus, in Scotiæ cuſtodem electus eſt: qui ſexaginta hominum millia Davidis Bruſei partes foventia collegit, Angliam hoſtiliter ingredi intendens, quatinus obſidionem diſſolveret. Sed oppidanorum ſuaſu vocatus ut pugnaret, imprudenter paruit. Sed quia in ſua hora punctualiter non pervenerat, urbem vi conventionis Anglus petit. Et quia oppidani Scotorum aciem vieinam conſiderant, urbem non dant. Quare Thomam Setonium

Factiones Scoticæ.

Andreas Moraviæ comes capitur.

Bervicus obſidetur.

Archibaldus Douglaſſeus Scotiæ gubernator.

Obſes ſuſpenditur. tonium obſidem, in utriuſque parentis viſu patibulo elevato, laqueo ſuſpendit, exiſtimans quod morte filii & hæredis parentes, & potiſſimum pia mater, ut villam ſubito Anglis dent, flecterentur. Verum urbem & patriæ libertatem vitæ filii cordata mulier antepoſuit; marito dum filius ad patibulum levaretur dixit, Juvenes ſumus & alii hæredes ſuperſunt, unius mortem patienter toleremus. Pro urbis tuitione prælium de Halidone commiſſum eſt. In loco eminenti & opportuno, Edwardus Anglus, & Edwardus Baliolus pugnaturi ſteterunt, & in alio monticulo Davidis Bruſei auxiliares, quos per vallem deſcendere, & alium montem conſcendere ad pugnam oportuit. Loci munitionem primi ceperunt: prudentiores vero Scoti prælium eo in loco diſſuadent, ſed Angliam hoſtiliter ingredi, & omnia ferro & igne perdere, ut Anglos ab obſidione retraherent, ſuaſerunt. Jacobi tandem Douglaſſei cuſtodis, viri tamen in hoc caſu non fortis ſed audacis, conſilio, quia cuſtos erat, uſi ſunt: prælium adoriuntur; & dum ad alterius montis jugum armati conſcendere ſtuduerunt, lapidum impetu plures ceciderunt: & quatuor aſcendentibus unus reſiſtere poterat: & ſic ſine bello cruento optimates viri, qui Davidis Bruſei partes ſequuti ſunt, ceciderunt: quorum præcipui hi fuerunt, Archibaldus Douglaſſeus cuſtos, Jacobus, Joannes, & Alanus Stuartus fratres cognati germani Davidis Bruſei necnon Roberti Stuarti Scotorum Regis futuri fratres germani, Hugo comes Roſſenſis camiſia Sancti Duthaci indutus (quæ, comite perempto, Anglica virtute ad villam de Tayno delata eſſe dicitur) Kenathus Suthirlandiæ comes, Alexander Bruſeus Carrici comes, Andreas, Jacobus, & Simon Fraſer fratres, cum multis aliis nobilibus viris. Hoc prælio commiſſo Anglis traditus eſt Bervicus: Comes Marchiæ, & dominus Setonius in verba Angli & Edwardi Balioli jurare coacti ſunt: & ſic Davidis Bruſei fautores ferme omnes extincti ſunt, aut eum deſerere viventes coacti ſunt. Noſtri neſcio quibus prophetiis intenti, dicunt eodem in loco futurum prælium Scotis fauſtum, Anglis vero pernicioſum;

Margin notes: Mulieris Scoticæ virilis animus. — Prælium apud Halidonem. — Illuſtres Scoti cæſi. — Camiſia Sancti Duthaci. — Bervicus hoſti traditur.

Digitized by Google

cioſum: ſed hujuſmodi prophetiis modicum fidei adhibere ſoleo.

CAP. XIII.

De Balioli in Scotia tyrannide: & Davidis oppreſſione, & Roberti Stuarti in Davidis favorem ſucceſſu.

POST prælium montis Halidoniæ prope Bervicum commiſſum, Edwardum Baliolum in omnibus Scotiæ munitioribus locis ponunt: & ad propria Anglus redit. Hoc virtutis amore non fecit Anglus: præſumendum eſt quod Baliolus ei occulte promiſerit regnum Scotiæ ex ipſo tenere. Nam ſi quæratur quare Balioli jus verum non habentis partes conſtipaverit, Davide Bruſeo cui ſororem dederat neglecto? aliud vere non inveniam niſi quod Davidem Bruſeum fortiorem apud Scotos vidit, nec ejus ope aliquid in Scotia obtinere ſperabat; ſed ſolum Edwardi Balioli auſpiciis ſe in Scotia pedem tenere ratus eſt. Verum qualitercunque res ſe habuerit, ſic Davidis Bruſei pars attenuata eſt, quod ſolum quattuor arces in tota Scotia ſibi parentes habuit, ſcilicet Dunbrettane, quam Malcolmus Flamingus cuſtodiebat, Lochlevin, in qua Alanus de Veypont, Kildromme in qua Chriſtiana Bruſea, & Urquhart, in qua Thomas Lauder erat. Cæterum anno ab orbe redempto 1334. novi ſchiſmatis ſeminarium apud Perth ortum eſt: dominus enim Henricus de Bellomonte, David Atholiæ comes, & Richardus Talbotus filias fratris Alexandri Moubray Alexandro præferre volebant. Partes tamen

Baliolus Scotiam occupat. Anglus redit

Davidis extenuatio.

Arces Davidi ſervatæ.

Alexandri Edwardus Baliolus tuebatur. Non memor erat hic Edwardus illius ſapientis dicti: Qui ſententiam inter amicos fert amicorum alterum irritare fere ſolet: qui vero inter inimicos ſententiam fert amicum novum facit. Unde hi tres potentes viri indigne ferentes ad propria ſua redeunt. Ad Angliam Talbotus properavit, ſed in tranſitu in Laudonia captus eſt: Henricus de Bellomonte verſus Dundark in Buchaniam properat, cujus arcem fortiter reparat, & toti Buchaniæ imperat. Henricum in Dundark Andreas Moravienſis obſedit, &, arce relicta, eum in Angliam ire coegit. Comes vero Atholiæ apud Lochindork, & Edwardus Baliolus ad Bervicum ſe retraxit. Horum principum commotionem Edwardus Baliolus formidans, Alexandrum Moubray ut aliorum amicitiam procuret, a ſe removet: terras omnes Seneſcalli Scotiæ illis comitibus Edwardus Baliolus dat. Dehinc Alexander Moubrayus Andreæ Moraviæ, Baliolo relicto, adhæſit. Tunc pro arbitrio Baliolus omnia in Scotia moderabatur; quem dominus Stuartus, Scotiæ poſt Davidem Bruſeum verus hæres, ad Dunbrettan timens aufugit, qui a Malcolmo Flamingo amice & perhumane ſuſceptus eſt. Inſuper anno ſequenti magno cum exercitu Edwardus Anglus Scotiam ingreditur: ad quem Edwardus Baliolus venit, & Davidem Atholiæ comitem Scotiæ locumtenentem ordinarunt, & paulo poſt Edwardus Anglus in Angliam ſecum Edwardum Baliolum ducens diſcedit. Ex hoc paſſu colligo quod Scotiam Edwardus Windiſora ſibi tenere ſtuduit, cum jam Edwardum Baliolum in Scotia fortificatum in Angliam ſecum abduxit. Terras omnes Stuarti & Cumyngenſium de Botha jam Atholiæ comes ſibiipſi applicuit. Hoc in tempore Davidi Bruſeo ſe ſubjectum publice confitebatur nemo, demptis puerulis, qui ludentes Davidem Bruſeum ſemper Regem appellarunt. Quo tempore Robertus Stuartus moleſte ferens quod David Atholiæ comes ſuas terras ſibi vendicaret, nuncium ad dominum de Louchquhaw, Cambele nomine, ut cum copiis ad ſe veniret miſit: qui cum quadringentis viris ad eum venit, & arcem de Dunhowm oppugnant & tandem expugnant: quod viri

Edwardus Windiſora Scotiæ regnum affectat.

David ſine regno habitus.

Robertus Stuartus.

Louchquhaw.

viri de Botha ſub Stuartis educati audientes, glomeratim ad eum tanquam ad ſuum verum principem deveniunt. Quod dominus Alanus Lile vicecomes intelligens, manu armata eorum iter impedire moliebatur, & eos inermes opprimere. Verum cum illi Brandani famuli vocati hoc vident, ad lapidum cumulum vicinum accedunt, & lapides inſtar grandinis in vicecomitem magno cum impetu jaciunt, eumque lapidibus obruunt, & ejus auxiliares in fugam vertunt; & ſuis pro laboribus a domino ſuo Stuarto petunt quatinus a multura ſint expertes: quibus Stuartus, ut par erat, annuit. Mox Thomas Bruſeus comes Carriki, Guillelmus Carruther, & multi alii ad Stuartum accedunt.

Alani vicecomitis cædes.

Stuarti ſucceſſus.

CAP. XIV.

De Ranulphi comitis in Scotiam reditu: de cuſtodum electione, unius captivitate, alterius ſtrenue geſtis: de urbium incendiis, & inſtauratione, & variis belli eventibus.

HOC in tempore Ranulphus Moraviæ comes a David Bruſeo in Francia deliteſcente ad Scotiam venit, & a domino Stuarto in Dunbrettan læte receptus eſt: cujus ope Clydiſdalia, Carrikum, Kyla, & Cunnyngamia ad eos convertuntur: & Robertus Stuartus & dictus Moraviæ comes cuſtodes Scotiæ electi ſunt. Quo facto, contra Atholiæ comitem comes Moraviæ proceſſit, & eum ad Lochabir uſque proſequitur, & eum in Davidis Bruſei fidem jurare coegit. Tunc conſilium ſuorum apud Perth congregant: illi conſilio hi interfuerunt, Andreas de

Ranulphi comitis in Scotiam reditus.

Conſilium procerum.

Moravia de captivitate redemptus, Patricius Dunbarus Marchiæ comes, dominus Stuartus, Alexander Moubrayus, David Atholiæ comes, Guillelmus Douglaſſeus de Nyddiſdaile. Verum Edwardi Angli & Edwardi Balioli in Scotiam adventum audiverunt: propterea jubent ut loca pervia plebs deſereret, & ad munitiora ſe conferret. Quo in

Gelriæ dux.

anno Gelriæ dux ab Anglis tam prece quam precio contra Scotos pugnaturus vocatus eſt, & magna navium claſſe in in Scotiam deſcendit: cum quo cuſtos, Marchiæ comes, Guillelmus Douglaſſeus & Alexander Rameſayus apud Burramure pugnarunt; & prælium haud incruentum committi-

Gelrenſes vincuntur.

tur: ſed Gelrenſes victi ſunt: verum, redemptione data, reliqui Gelrenſium libere in Angliam proficiſci permittuntur. At Gelriæ ducem, ne a Scotis inter tranſeundum occideretur, a cuſtode in propria perſona humanitatis officio comitatus eſt. Quod Angli intelligentes, clanculum milite col-

Cuſtos Scotiæ capitur.

lecto, cuſtodem incautum capiunt. Licet enim meridionalibus boreales viribus & Marte præpolleant, prudentia tamen ad bellum neceſſaria ſæpiuſcule vacant. Cuſtodis ca-

David Atholiæ comes ad Anglum deficit.

ptivitate habita, David Atholiæ comes ad Edwardum Anglum & Edwardum Baliolum apud Pertham ſe convertit, eis promittens quod ſi eum Scotiæ cuſtodem deligerent, in brevi Bruſcos omnes attereret, & eos in Edwardi partes converteret, converſoſque ſolidaret: qui ejus ſuaſioni aſſenſerunt, & iterato in Angliam pergunt. Hic David erat inconſtans & imperii avidus; ſi Scotos omnes in Edwardi partes duxiſſet, haud dubium eſt quin Edwardo reluctatus

In inſontes ſævit.

fuiſſet, & violentia regnum invaſiſſet. Inſontes & inopes plebeios oppreſſit, & omnia pro arbitrio, ratione neglecta, perperam egit, & in viros innoxios ſævitia inhumana debacchatus eſt. Arcem de Kildromme obſidere incepit:

Andreas Moraviæ comes cuſtos.

contra quem Andreas de Moravia (qui poſt conſanguinei ſui comitis Moraviæ captivitatem a Bruſcorum parte in cuſtodem electus eſt) procedit, ſecum habens duos principes viros Bruſco deditiſſimos & fortes, Marchiæ comitem &

Prælium atrox.

Guillelmum Douglaſſeum; & in foreſta Kilblene prælium atrox committitur, in quo Atholiæ comes, Gualterus Cumyngus,

myngus, Robertus Bred, cum multis aliis interierunt. Et anno ſequenti arcem de Lochindork cuſtos obſedit, quam uxor comitis Atholiæ nuper occiſi ſervavit; quæ clanculum ad Anglum pro ſuppetiis miſit. Et paulo poſt, magno milite Anglus ſtipatus in Moraviam venit, omnia igne conſumens: Elgynum Moraviæ principem urbem incendit; templum, ſedem epiſcopalem, & canonicorum domos a flamma præſervavit. Poſt hæc ad Aberdoniam veniens, urbem ſolo tenus demolitus eſt. Dehinc Pertham viſitans, ex ſumptuoſis lapidibus urbis muros extrui jubet ſex cœnobiorum expenſis, ſcilicet Sancti Andreæ, Dunſermilingæ, Lundoris, Balmurinoch, Arbrothæ, & Cupri: & arces aliquot reparare juſſit, ſcilicet Sanctum Andream, Lochris, Strivilingum, Puellarum Arcem, & Roxburgum, in quibus ſuos cuſtodes & locumtenentes locavit. Quo in tempore frater ejus Joannes occurrit, qui regiones Scotiæ quæ Edwardum inſequebantur igni conſumpſit, & confugientes ad templa divûm incineravit: quem Edwardus ante ſummum altare Sancti Joannis apud Pertham arguebat; cui dure Joannes reſpondit; propterea a Rege Edwardo inibi confoſſus eſt. Ecce quonam pacto Joannis temeritatem in loca ſacra commiſſam fraterna cæde Deus punivit. Deus enim nonnunquam hominem ad injurias ſpurcas temere perpetratas puniendas intrinſecus impellit, ut contra delinquentes Hebræos, Syros & Aſſyrios impulit, qui tamen inordinate ſua imprudentia pœnam intulerunt. Poſt hæc Edwardo Baliolo apud Pertham relicto, in Angliam Edwardus tertius proficiſcitur: quo tempore Henricus de Bellomonte, in generi ſui comitis Atholiæ vindictam, omnes quos invenire potuit ſine ulla miſericordia interemit. Eodem anno menſe Octobri, Andreas de Moravia Bruſeorum vocatus cuſtos Dunoter, Kynnef & Laureſton arces, quas Balioli tenuerunt, vi capit, & eas captas demolitur, & tota illa hyeme, inter eum ex una parte & Anglos cum Baliolis, variis inſultibus pugnatum eſt, ita quod tota patria de Memys, Goury & Anguſia depauperata eſt. Quo anno ope Jacobi Douglaſſei ſuffultus hic Andreas, Falklandam, Sanctum Andream, Lochris.

Angli in Moraviam irrumpunt. Elgyni incendium.

Joannis Elthami ante altare cædes.

Anglus ad ſua redit.

Andreas Moravus & ejus geſta inſignia.

Lochris & Bothwille ſolo æquavit; arcem tamen de Cupro capere non potuit: quo facto, Angliam ingredi non formidavit, & borealibus Anglis cladem intulit. Vir animoſus hic Andreas & belli percupidus erat, Bruſcorum præcipuus imitator.

CAP. XV.

De Dunbari arcis obſeſſione & virili per mulierem defenſione; & per Francorum in Angliam irruptionem liberatione. De varia utrinque ſtrage; & de haſticis ludis, & quatinus liciti ſint.

Dunbari obſeſſio.

ANNO ſequenti idibus Februarii arx de Dunbaro obſeſſa eſt per Dominum Guillelmum de Monte Acuto Saliſburiæ comitem, & per comitem Arondale Anglos, qui miris machinamentis bellicis arcem oppugnarunt. Sex menſibus obſidio continuata eſt. Sed munitiſſimo loco ſuper mare arx ſita eſt; quam cordata mulier, Nigra Agnes de Dunbaro communiter vocata, tuebatur. Erat enim comitiſſa loci, cujus maritus comes Marchiæ & princeps inter Scotos vir illa tempeſtate erat: ſuos Scotos ad Anglo reſiſtendum verbis alliciebat; & induciarum tempore in arcis mœnibus ſtans Anglis cavillabatur, quia cavilliis & prudentia virili abundabat: propterea contra arcem duo Angli comites & principes viri inſiſtebant. Machinamentum bellicum, quod ſuem vocant, uno die artificioſe componunt, ſub quo magnum militem arcem di-

Agnes Dunbari virago.

Sus bellica.

ruturi

ruturi ponunt: quod cum Agnes videret, hoc cavillio uſa eſt, Niſi ſuem Angli probe cuſtodirent, eam porcellos eniti cogeret. Et picem liquefactam, ſulphur ardens & ſimilia ſuper ſuem in copia projicere facit, adjunctis graviſſimis trabibus & lapidibus ſuem cum porcellis in ea latitantibus deſtruxit. Magna tamen victualium penuria in arce laborarunt, &, propter duas liburnas quas in mari Angli habebant, commeatum per aquam facile habere non poterant: ſed viragini cordatiſſimæ Alexander Ramſayus compatiens, periculum periculo vincere ſtuduit; clanculum de nocte per naviculas cibum ad arcem portavit: quo habito Agnes lætior effecta, in die ſequenti ſuos in arce animavit, quatinus in Anglos nil mali meditantes inſilirent: cujus juſſibus parentes Anglorum non paucos trucidant. Durante obſidione Dunbari Anglorum nova phalanx ad Scotiam venit: quibus Laurentius Preſtonus in minori numero occurrens acriter eos recepit, & Anglos vicit, victoſque Scoti captivos abducunt. Sed letale vulnus, durante prælio, Laurentio Preſtono Angli inflixerunt, qui illic loci mox interiit: quocirca ſui irritati captivos Anglos ad unum interimunt. Hanc Scotorum immanitatem captivos viros occidentium reprobo. Aliam Anglorum cohortem in Scotiam Richardus Tallebotus duxit, quam Guillelmus Kethus de Galleſton fudit, & Richardum captivum duxit.

Agnetis cavillium.

Angli nuper ingreſſi Scotiam occiduntur.

Laurentius Preſtonus cadit.

Captivi interimuntur.

Nova cohors Anglorum interimitur & dux capitur.

DUM Angli arcem Dunbari vi capere nequibant, dolo eam capere moliebantur: per Scotos interpoſitos janitori & arcis cuſtodibus magna munera, modo arcem prodant, promittunt; quibus cuſtodes aſſenſum præbuerunt, ſed Agneti hoc factum detegunt. Anglorum aliqui ingrediuntur, & de Monte Acuto, ſi non fuiſſet per ſuos in ingreſſu retractus, arcem intraſſet: quod in turri ſuperiore Agnes contemplans, hoc cavillio uſa eſt, Bene valeas de Monte Acuto: intendebam quod nobiſcum cœnares, & hanc arcem contra Anglum defendiſſes. Interea bellis Gallicis Anglus implicitus, pro his qui Dunbarum arcem obſederunt miſit, & ſic Dunbari arx per Agnetem de Dunbaro ab hoſte illæſa ſervata eſt.

Dunbari obſidio diſſolvitur.

Andreæ cuſtodis obitus. Robertus Stuartus cuſtos.

Anno ſequenti Andreas de Moravia cuſtos obiit, cui Robertus Stuartus, licet ætate adhuc immatura, ſuffectus eſt, & in illo officio ad adventum Davidis Bruſei uſque permanſit. Quo in anno Guillelmus Douglaſſeus de Niddiſdel, Anglis expulſis, Tivedaliam cepit, quam ad Davidis Bruſei fidem reduxit. Hic cum Anglis creberrime in pauciori numero præliabatur, & plerumque eos vincere conſueverat, plagis tamen plurimis in corpore ab eis acceptis; ſed quanto plures plagas accepit, tanto durior miles effectus eſt. Hujus Guillelmi Douglaſſei & Alexandri Ramſayi probitatem Henricus Lancaſtriæ comes Darbius audiens, eos videre & cum eis haſtico concurſu certare anhelabat. Bervici igitur militaribus armis cum eo & ſuis concurrerunt. Quo in tempore

Haſtici ludi.

Patricium Gramum quidam Anglus an ſecum haſta ludere vellet, interrogat: cui cavillio hoc utens Patricius dicebat, quod haſta ludere non recuſaret, ſed Anglo conſuluit quod bene pranderet, quia in paradiſo cœnaret; & inter currendum Anglum peremit, & ita a caſu verum dicebat. Hæc

Haſtiludia.

haſtiludia periculoſa oſtentationis gratia plurimum deteſtor, quia execrabilia ſunt, in quibus homines ultimo vitæ diſcrimini ſine neceſſitate ſe exponunt: propterea tempore belli juſti ſic concurrentes non peccant; ſed tempore pacis, oſtentationis aut etiam exercitationis gratia, peccant. Et con-

Confeſſio vulpina.

feſſio ante haſtiludium eſt vulpina, cum operam rei illicitæ protinus dare proponunt. Haud tamen eo inficias quin obtuſis lanceis, exercitationis gratia, a morte cavendo concurrere poſſint.

CAP.

CAP. XVI.

De Perthæ & Strivilingi obſeſſione; Edimburgi receptione; Alexandri Ramſayi in re militari fama; Davidis Regis receptione, & de Scotorum in eum fide.

ANNO a virgineo partu trecenteſimo undequadrageſimo ſuper milleſimum, Pertham urbem muniſſimam Robertus Stuartus cuſtos obſedit: cum quo hi nobiles viri interfuerunt, Guillelmus Roſſenſis, Patricius Marchiæ comites, Mauricius de Moubray dominus Clidiſdale, Guillelmus Kethus de Galleſton, cum multis aliis. Urbem eo tempore Thomas Urthidus tuebatur, magna Scotorum Anglorumque multitudine ſuffultus. Per duos menſes duaſque ſeptimanas obſidio continuata eſt. Illo tempore Guillelmus Douglaſſeus de Francia veniens, quinque naves cum armis ad Scotos adduxit, ſuper cujus adventu cuſtos plurimum lætatus eſt: qui ad dominum Guillelmum Bullok cuſtodem arcis de Cupro interceſſorem mittit, qui ita ei perſuaſit, ut in Davidis Bruſei fidelitatem juraret; qui ad cuſtodem veniens eum plurimum in obſidione juvit. In Perthæ obſidione Guillelmus Douglaſſeus in crure vulneratus eſt, quia ſemper ſe periculis objecerat; & plurimi tam in urbe quam extra eam deſiderati ſunt. Sed demum poſt duos menſes & duas ſeptimanas urbs capta eſt, vita & bonis fortunæ urbis cuſtodibus relictis. Propter continuam hominum ſtragem terra non erat culta, multi fame perierunt. Quidam ruſticus Cryſtyclok nuncupatus, mulierum & puerorum carnibus tanquam lupus veſcebatur:

Pertham obſidet Stuartus.

Carne humana victitans Scotus ruſticus peccavit.

& perperam egit, licet enim ſuam vitam defendere habebat modo licito, non tamen cum aliorum jactura alios perimendo: ſecus eſſet in neceſſitate reſpectu bonorum fortunæ.

Strivilingi obſeſſio & receptio.

Poſt Pertham captam, Strivilingam arcem cuſtos obſedit; quam Thomas Rukbyus rebus ſalvis dedidit: cujus cuſtodiam Mauritio de Moravia de Clidiſdale cuſtos tradidit. Arcem Edimburgenſem adhuc Angli habuerunt, quam Scoti tali artificio ceperunt: anno 1341. Guillelmus Douglaſſeus, Guillelmus Bullok, & Gualterus Fraſer Gualterum Curri, qui navim in Tay habebat, vocarunt, qui navim ſuam ad Fortham ducens, arcis capitaneum adivit, ſecum duos utres optimi vini deferens. Dicebat enim & capitaneo quod ei duo dolia vini, & totidem cerviſiæ cum dolio panis biſcocti dono daret, ut eum protegeret quatinus reliqua venderet, & poſtridie prima luce hæc ad arcem mitteret. Talia dona gratis oblata multi non renuunt: portam aperire mane jubet capitaneus, & cum dolia cum equis intro ſuſciperet, octo robuſti viri armati interius, chlamydati ſuperius, ingrediuntur cum doliis aqua plenis; janitores perimunt, & ſonum dant: quo audito, Guillelmus Douglaſſeus & alii latitantes ſupervenerunt & Anglis trucidatis arcem cepere, in quam Guillelmum Douglaſſeum fratrem nothum Guillelmus Douglaſſeus impoſuit.

Edimburgus recipitur aſtu novo.

Alexandri Ramſayi fama in re militari.

EO tempore in cavea de Hauthorndane habitationem tenuit Alexander Ramſayus, qui tantæ famæ & militaris gloriæ fuit, ut nullus nobilis in Scotia probus miles qui non ſteterat ſub Alexandro Ramſayo reputaretur: hujus ad curiam ſuos liberos glomeratim domini miſerunt, quatinus militiam ſub tanto viro addiſcerent. Cum quibus crebriter Angliam ingreſſus ditia retulit ſpolia, & magnam clientum multitudinem alebat. Iſque per dies hos Angliam ingreſſus, magnam prædam ſecum abſtulit; ſuper quem Angli in multo majori numero ſupervenerunt, ita quod omnes capi vel occidi putabantur: quibus præcepit ut fugam effingerent, ut eos Angli diſperſi & palantes inſequerentur, & dum ſignum daret buccinæ, omnes conglobatim redirent:

quod

quod & factum eſt; & ſic victor evadit, aliquot occidit, aliquot fugat, & prædam ſecum non modicam aufert. Fictio & inſidiæ in bello juſto ſunt licitæ: ad urbem Haye Joſue inſidias tetendit, præcipiente Domino. Illic homo verum occultat, quod non expedit hoſti revelare, & ad illam veritatis occultationem ſe putat hoſtis decipi, licet decipere non intendat. Eo tempore Guillelmus de Monte Acuto apud Gallias captus eſt, quem Francus liberat pro domino Joanne Ranulpho Moraviæ comite, qui ad Scotiam veniens in arce ſua de Lochmaben Guillelmum Bohoun comitem de Northampton late dominantem invenit; quod graviter ferens, occidentalis limitis cuſtodiam petiit, & limites ad terminos in quibus ſunt dilatavit. Mediis limitibus Guillelmus Douglaſſeus, orientalibus Alexander Ramſayus præfuit, qui limites ad terras ab Alexandro ultimo poſſeſſas extenderunt.

Dolus an virtus quis in hoſte requirat.

Guillelmi Montis Acuti reditus & geſta.

ANNO Domini milleſimo trecenteſimo quadrageſimo ſecundo omnibus Anglis & Scotis qui Anglorum partes ſequuti ſunt ejectis, & pace compoſita, Scotiæ cuſtos & tres ſtatus pro Davide Bruſeo miſerunt, quatinus ad regnum pacificum regendum veniret: qui cum Joanna Edwardi Windeſori ſorore Scotiæ Regina Inverbervy applicuit, qui cum omnium plauſu receptus eſt. Licet hic infauſtus vir multa infortunia & calamitates paſſus erat, tamen adhuc optimi patris amor apud probos Scotos indelibilis manſit: & quorum patres Roberti Bruſei partes ſequuti ſunt, eorum filii Edwardo Anglo & Edwardo Baliolo principibus, ſub quibus pacifice vivere poterant, adverſati, præelegerunt cum terris, cum vita, & cum omnibus mundanis aleam jacere, antequam verum ſuum Regem desererent. Regum præterea nullus principibus & nobilibus erat magis devinctus quam iſte David, qui apud Gallos, quia juvenis erat, in principio deliteſcebat; & pondus diei & æſtus portantes pro eo, vigiliis, frigore, inedia ſudoribus, & ſanguinis effuſione principes ei regnum lucrati ſunt, & illud ei pacificum obtulerunt. Davidem Bruſeum apud Scotos nunc regnantem relinquentes,

Davidis Regis receptio.

Scotorum in Regem fides.

linquentes, Anglorum annales, ubi manſimus, aggrediemur.

CAP. XVII.

De Edwardi tertii Anglorum Regis pædonomis, i. e. pueritiæ gubernatoribus. De fœdere inter Scotos & Anglos icto. De Roberti Bruſei præſtantia & Scotiæ libertate, contra Caxtonum. De contentione ſuper regimine principis habita, & de morte patris ejus nonnulla repetita.

Edwardi tertii pædonomi.

NEPTEM comitis Hanoniæ Edwardus tertius anno milleſimo trecenteſimo vigeſimo ſeptimo in conjugem duxit: cui propter juventutem duodecim viri in Anglia præcipui ſunt deputati, ſine quorum conſilio nihil ageret; qui in parlamento quotannis reſponderent de his quæ tempore ſui conſilii fiebant; archiepiſcopus Cantuarienſis, Eboracenſis epiſcopus, Winceſtriæ epiſcopus, Herfordiæ epiſcopus; & octo viri temporales, comes Lancaſtriæ, comes Marchalli, comes Kentiæ, & comes Guarenæ; & quatuor aurati equites ſive barones, Thomas Wake, Henricus Percius, Oliverus Ingham, & Joannes Rous. Multa tamen conſilio Iſabellæ matris Regis & Rogeri Mortymeri fiebant. Poſt hæc anno ſecundo regni ſui par-

parlamentum ſive magnam congregationem apud ſeptentrionalem Hamptoniam Edwardus collegit; ubi concluſum eſt quod Edwardus ſororem Joannam de Turri Davidi Bruſeo Scotorum Regi in conjugem traderet, abrenunciando omni juri ſuperioritatis in Scotos prætenſo: & quicquid vere vel apparenter Regibus Anglorum Scotorum Reges fecerunt, hoc annullavit, revocavit & irritum fecit; & hoc authentice ſigillavit. Inſuper & nigram crucem, precioſam illam in reliquiis habitam, quam avus ejus de Scona abſtulerat, reſtituit; inſuper terras quas olim Angli in Scotiam habebant ex toto & in perpetuum dereliquit: & Scoti triginta librarum millia argenti Edwardo Regi darent. Hoc matrimonium Bervici, præſente Regina matre Joannæ, completum eſt. Poſtea invectivam in Robertum & Davidem Bruſeos Caxtonus facit, quot verba tot mendacia aſſumens: aſſerens videlicet quod Anglis a diebus Bruti ſubjecti fuerant Scoti, & quod Albanactus primus Scotorum Rex filius Bruti erat: & addit, Iſtud per Scotorum Anglorumque annales eſt notum. In parte, licet non in toto, rudi viro danda eſt venia: modum loquendi vulgarem Anglorum Scotorum hoſtium imitatus eſt. Vitam Roberti Bruſei cum quocunque Anglorum Rege vir neuter, id eſt neque Anglus neque Scotus, ſed ſimultatis eorum expers, recte comparabit. Et forte Roberto poſt Arthuri dies, ſi vera de eo referantur, præſtantior invenietur nemo. Rurſus falſum eſt quod a Bruto originem Scoti traxerunt, ut in libri fronte diximus. Et illo dato non conceſſo, eo inficias quod Anglis vel quibuſcunque Scoti cum in Britanniam venerunt erant ſubjecti. Suum Bedam Anglum Venerabilem legat & perlegat, & inveniet quod non ſolum Scoti Britonibus non erant ſubjecti, ſed eos Romanorum ope adjutos crebriter intrepide invaſerunt: nec in Beda unquam ſuperioritatem inveniet ullam. Si Edwardo Langſchanks, hoc eſt Edwardo primo poſt Northmannos, Joannes Baliolus ſe ſubjecit, hoc non juvat; tum primo, quod a ſuo jure, ſi quid prætendebat, deſtitutus erat; tum ſecundo, quod non erat in libertate conſtitutus; tum tertio, quod Rex liber

Fœderis inter Anglos & Scotos in matrimonio Davidis forma

Nigra crux Scotis reſtituitur.

Roberti Bruſei præconia.

Scotiæ libertas.

non poteſt ad nutum ſuum populum alteri ſubjicere. Et per idem, non valet Edwardi Balioli ſubjectio ſiqua facta ſit Edwardo tertio. Conſilio ſuorum prudentiſſimorum qui ſuo lateri adhæſerunt ſuperioritatem illam mathematicam Scotorum Edwardus tertius annullavit. Non valet iſtius Caxtoni dictum, quod hi conſules a matre Regis & Rogero Mortymero regebantur; quia duodecim viri in toto regno ſupremi, quatuor epiſcopi, quatuor comites, quorum aliqui erant Regis avunculi, & quatuor barones ſenes, contra rationem ab una muliere & viro parvi momenti regerentur, eſt inopinabile & indecorum. Rurſus dicere Anglos in Scotos ſuperioritatem habere, eſt lites & bella inter Chriſtianos alere, quæ finem non ſunt veroſimiliter habituræ. Pro hac ſuperioritate Edwardus primus injuſte Scotos vexavit, & multos interemit. Nonne Guillelmus Wallaceus, Robertus Bruſeus & alii Scoti illius temporis non pauciores Anglos trucidarunt; nec quieverunt quouſque ad limites quos Alexander ultimus dereliquit devenerunt? Et ſi Edwardus tertius multos de medio viventium ſuſtulit, & ſuæ promiſſioni contravenit; & erga affinem fratrem & ſororem peccavit, Edwardo Baliolo favendo. Edwardum utrumque, Anglis extinctis, Scotiæ primores ſine Rege expulerunt: nec Anglorum Rex aliquis unquam illa ſuperioritate gaviſus eſt. Scriptorum bonorum & ſapientum eſt paci conſulere, & non aperire ſeminaria belli: quare hi duodecim prudentes viri ad Regem regendum electi, quando parlamentum apud ſeptentrionalem Hamptoniam tanquam ſanguinis Chriſtiani effuſionem abhorrentes, ut ſeminaria belli a ſuis Regibus tollerent, omnem ſuperioritatem prætenſam (quæ in rei veritate mathematica eſt) annullarunt, probe conſuluerunt, quia pro hac ſuperioritate in eorum tempeſtate ducenta Anglorum Scotorumque millia deſiderata ſunt: & Scoti remanentes non minus potentes ad Anglis reſiſtendum quam ſui patres erant, & pro firmiore pace matrimonium contraxerunt. Et ſic judico ſemper faciendum, ut Anglorum filias Scoti Reges accipiant; & contra: & ſic uno dierum ad totam Britanniam jus verum alter habebit; quia ſine vero jure

jure, non video quod Anglos Scoti, vel Scotos Angli capient. Matrimonium ergo prudentum conſilio initum eſt.

POST matrimonium inter Joannam de Turre ſororem Edwardi tertii & Davidem Bruſeum, Iſabella mater Regis, & Rogerus Mortymerus Regem utrumque rexerunt. Hoc indigne ferentes Henricus comes Lancaſtriæ, Thomas Brotherton comes Marſhalli, & Edmundus Wodſtok avunculi Regis, volebant quod Rogerus Mortymerus curiam relinqueret, de ſuis Regina viveret, nil tangendo eorum quæ ad regnum pertinebant. Quod Regina intelligens, Regi filio perſuaſerat, ut viros mox colligat, ſtatim invaſurus Henricum Lancaſtriæ comitem qui apud Bethfordiam reſidebat. Cui Rex acquieſcens, una nocte cum matre xxiii. millia paſſuum equitarunt, quatinus comes Lancaſtriæ caperetur: ſed comes Marſhalli & comes Kentiæ pro comite Lancaſtriæ interceſſerunt, ut xi. mille libras Regi daret, & ſuam pacem haberet. Poſthac apud multos rumor divulgabatur, quod Edwardus Carnarivanus pater Regis ſuperviveret, & in arce de Corſf in Thomæ Gournay cuſtodia. Quod frater ejus Thomas Wodſtokus comes Kentiæ intelligens, literas Thomæ dedit, quod laborare voluit ut frater ad regnum reſtitueretur; gratia cujus & potiſſimum conſilio Mortymeri occiſus eſt. Et poſt hunc Mortymer erat ſuperbus: contemnebat enim principes, & privato commodo totaliter ſtuduit; & cum hoc Edwardum Carnarivanum occidi fecit. Demum luit extremum ſupplicium anno Domini 1330. ſicut bene meritus eſt. Temporibus peccata latent, & tempore parent.

Contentio de gubernatione Regis.

De Edwardi Carnarivani nece: de qua ſupra.

CAP. XVIII.

De periculo in quo verſantur Regum aſſeclæ, & de factionibus in Scotia ſub Davide Bruſeo habitis.

Regum aſſeclarum pericula.

HIC animadvertant homines, nihil periculoſius eſſe quam Regum lateribus coaſſiſtere. Homines ut plurimum Regibus applaudunt; & bona fortunæ habent, quibus facile cornua ſuperbiæ dantur; & hinc eos odio principes habent: & ſi inique agant, & proprio commodo ſtudeant, vulgus eos habet exoſos. Quare crebrius de eminente ſede in imum ruunt, ſicut aliquos tempore meo vidi, & de multo pluribus apud diaria legi. Quare multo ſatius eſt in vita privata domi vivere. Et inſuper adde, quod cum Regibus impediti vix duas horas pacis & otii habent. Poſt hoc tangunt annales hiſtoriæ quomodo Joannes Baliolus cum Edwardo filio ſuo apud Dunpier in vita privata in Gallia vixit: hoc dominium Gallus ei de regno extorri gratioſe conceſſit. Poſt Joannis Balioli mortem Edwardus in Galliam venit; cui regnum Scotiæ promiſſum eſt, ſi ipſum ab Anglo tenere vellet: eum non paucos in Scotia adhuc intellexerunt habere fautores. Circa res Scoticas Anglorum annales non parum diſcrepant, nec facta in Scotia ita in particulari norunt ſicut recitavimus; propterea de illis ſuperſedeo. Iſte Edwardus tertius ſive Windiſorus erat animoſus, & imperii cupidus: cum Philippo Valeſio Franco & Scotis in bello multum verſabatur. Britannorum bella extra regnum geſta, ſive a Scotis ſive ab Anglis, parum proſequor.

Joannes Baliolus in Francia.

Edwardi Windiſori geſta.

ANNO

ANNO quo David Bruſeus in Scotiam rediit, Alexander Ramſayus Roxburgum ab Anglis recepit: cui David arcem in cuſtodiam dedit, cum vicecomitatu Tevidaliæ, quem prius Guillelmus Douglaſſeus moderandum habuerat. Imprudentiſſime erat iſtud factum, officium honorificum a viro cordato & optime de republica merito tollere, licet meritiſſimo viro collatum fuiſſet, quia hoc erat inter ſuos ſchiſma alere. Ad paucos poſt dies Alexandrum Ramſayum inhumane nil mali ſuſpicantem vulneravit, & in arce de Ermitagio incarceravit, & illic eum fame obire coegit. Tempore hujus Alexandri Ramſayi multa in Scotia, & potiſſimum in ejus ducatu, geſta ſunt; quo extincto omnia infeliciter contigerunt. Licet contra Guillelmum Douglaſſeum David Bruſeus indignatus eſſet, tamen medio Roberti Stuarti probitatem viri oſtendentis, in gratiam Regis devenit; & arcem Roxburgi cum vicecomitatu Tevidaliæ in ſuo regimine habuit. Ecce quomodo David Bruſeus ſua imprudentia virum in re militari probiſſimum amiſit: in quo a patris probitate & prudentia plurimum diſcrepabat.

Scoticæ hiſtoriæ proſecutio.

Scoticæ ſimultates.

CAP. XIX.

De Caliſii obſeſſione, & Davidis Bruſei infelici in Anglia expeditione & captivitate. De Edwardi in Scotia graſſatione, & gubernatoris Scotiæ electione; deque illuſtrium virorum cæde.

Caliſii obſeſſio.

DUM Caliſium Edwardus tertius obſedit, ad Davidem Bruſeum Philippus Valeſius Francus mittit, quatinus Angliam hoſtiliter ingrediatur, ut Caliſii obſidionem diſſolveret: qui Gallo parens Angliam ingreſſus eſt, terras eccleſiæ deſtruens. Guillelmi Douglaſſei in re militari periti conſilio ſpreto, juvenum conſilium ſequutus eſt: quem Angli cum magno exercitu inopinate invadunt, & Davidem capiunt cum multis aliis magnis viris. Siquidem eccleſiæ terras deſtruenti feliciter ſuccedere non poterat. Pater autem ejus, licet pugnaciſſimus, Robertus ita facere non ſolebat. De quodam Joanne Couplant Vaſcone David captus erat, duobus tamen Joannis dentibus a Davide uno ictu prius evulſis. Duarum ſagittarum ferra in ejus corpore manſerunt; ſed unum artificio extraxerunt, alterum artificio nullo extrahere poterant: ſed cum Sanctum Ninianum in Scotia viſitavit, ſua ſponte ferrum divinitus egreſſum eſt. Poſt Davidis captivitatem Anglis duæ arces traditæ ſunt, ſcilicet Roxburgus domino Perceo, & Eremitagium. Illa tempeſtate Marchiam, Tevidaliam, Twedaliam, Foreſtham, Vallem Annandiæ, & Galweiam habuerunt. Primo limites ad Cokburnſpeth & Soltre poſuerunt, deinde ad Carlinlyppos & Croſ-

Davidis captivitas.

Davidis facinus.

Ferra inhærentia corpori ejus.

Niniani miraculum.

Arces Anglo traditæ.

Croſſecarne. Eo tempore Edwardus de Baliolo apud Brintel in Galloweya moram traxit: qui cum Perceo Anglo Laudoniam ferro & igne populatur, & terras circa Glaſgow pertranſiens ſimiliter deſtruens Conyngham & Nidiſdallem, in propriam eſt reverſus. Propter hujuſmodi direptiones in Scotiæ cuſtodem electus eſt dominus Seneſcallus, qui cum Davide ab Anglis non erat captus. Ea tempeſtate Guillelmus Douglaſſeus, filius Archibaldi fratris domini Jacobi qui a Paganis occiſus eſt, a Galliis in Scotiam eſt reverſus. Hic fuit primus comes de Douglas. Ad Douglaſdale terram ſuam veniens, quam Angli de novo occupaverant, eam, Anglis ejectis, cepit, & foreſtham Ettrik ſibi attraxit, & Tevydaliam. Anno domini milleſimo trecenteſimo quinquageſimo tertio David Barclay auratus eques Aberdoniæ, mediis Guillelmi Douglaſſei tunc captivi in Anglia, occiſus eſt, propter Joannis Douglaſſei de Dalketh interitum, cui dictus David interfuit. Erat enim iſte Joannes de Dalketh frater Davidis. Præterea anno domini quinquageſimo tertio ſuper milleſimum trecenteſimum Guillelmus Douglaſſeus de Nyddiſdale occiſus eſt in ſylva de Etrik apud Galvort cum venatum exiret, per Guillelmum Douglaſſeum filium ſuum ſpiritualem dominum de Douglaſſe, & poſtea comitem; propter odium quod in eum conceperat ob Alexandri Ramſayi mortem, vel propter ambitionem; uterque enim erat animoſus, & terras vicinas habuerunt. Iſto Guillelmo ſic occiſo nullus, eo vivente, fuit pugnacior: nec tamen eum Alexandro Ramſayo, nec contra, in animoſitate & felicitate præfero: ſed in honeſtate & animi nobilitate Alexandro priores do partes. Erat enim iſte nimis vindicativus, & cauſa magni homicidii non ſolum in Anglos, ſed etiam in duos viros Scotos egregios. Modo viri ſanguinum & doloſi non dimidiabunt dies ſuos: propterea non mirum ſi Guillelmi Douglaſſei mucrone periit.

Edwardi geſta.

Cuſtos Scotiæ

Guillelmus Douglaſſeus comes primus.

David Barclayus cæditur.

Guillelmus Douglaſſeus cæditur a filiolo ſuo.

CAP. XX.

De Eugenii Galli in Scotiam miſſi, & Scotorum cum eo contra Anglos geſtis. De Gallorum honorifico reditu. De Anglorum in Scotiam graſſatione, & triſti in Angliam reverſione; & Scotorum poſt illam geſtis.

Eugenii Galli in Scotiam miſſi geſta.

ANNO Domini milleſimo trecenteſimo quinquageſimo quinto quendam nobilem Eugenium de Garrenteris in Scotiam Francus mittit, qui paucis quidem Francis, ſed in re militari peritis, eſt comitatus. Hi in Scotiam venientes ſummam auri ſecum attulerunt ad congregandum militem in Anglos: verum pecuniam cuſtos & Scotiæ primores acceperunt, nihil militibus dantes. Sed tamen comes Marchiarum & dominus de Douglaſſe ſuos cogunt & Angliæ limites aggrediuntur: Guillelmum Ramſayum de Dalhouſſy cum levis armaturæ viris in Angliam mittunt, ut eam ſpoliarent. Scientes autem quod protinus ſe colligerent Angli contra Scotos, imperant Ramſayo ut fugam ſimularet, & Anglos ad ſe apud Nisbet-moram latitantes deduceret: quod & probe egit. Contra Anglos igitur illos cum Scotis Galli obviam eunt, & fit pugna atrox: in quo ex Scotorum parte Joannes Haliburton vir animoſus cecidit, & Jacobus Turnbull equeſtris ordinis viri; ſed Angli victi ſunt. Thomam Grayum Angli locumtenentem cum filio Thoma & hærede, Jacobum Dares cum multis aliis probis viris captivos abduxerunt: pro quorum redemptione pe-

Conflictus cum Anglis. Scoti cæſi.

Angli victi & capti.

pecuniam non modicam habuerunt. Eodem anno Thomas Seneſcallus Anguſiæ comes, & comes Marchiæ Bervicum obſident; quam cum difficultate ceperunt: illic Alexander Ogill vir nobilis cum multis aliis Anglis pro villæ defenſione occubuerunt; & Eugenius de Garrenteris & Galli in hoc conflictu ſe viriles oſtenderunt; quos muneribus donatos Robertus Seneſcallus ad Gallias remittit, ut qui Regis ſui intentionem optime compleverint: licet non dubitaverit quin Scotiam Anglus novo peteret exercitu, quia Scotorum Regem penes ſe habebat, memor apud Britannos dicti communis; Qui vult Gallias capere a Scotis ordiri neceſſe eſt. Froſſardus de hac materia loquens dicit, quod Scotorum multi Bervici muros Gallis conſcendentibus aſcendere recuſarunt. Unum hic dicam, Vaſcones & meridionales ſeptentrionalibus agiliores multo melius urbes obſident & mœnia conſcendunt quam ſeptentrionales: & patet de Helvetiis & de Vaſconibus. Septentrionales tamen, ſi ordinate ponantur in prælio, plus in eo valent quam meridionales: calidiores enim ſunt, propter antipariſtaſim frigoris circumſtantis, & robuſtiores: multo tamen minus in corpore agiles quam meridionales. Hac clade illata, ingentem exercitum Edwardus tertius colligere facit, & Gallias relinquens in Scotos iter dirigit, octoginta millia armatorum ſecum ducens: cui Edwardus Baliolus ſuppetias ferens occurrit. Villam Bervicam ſine bello oppidani eis tradunt: & Edwardus Baliolus totiens videns ſe a Scotis ejectum, jus ſuum omne in Scotiam Anglo dedit. Verum hæc donatio propter duo non valuit; tum primo, quia in regno Scotiæ jus nullum habuit: tum ſecundo, quia non eſt Regis veri jus regni ſui ad ſuum arbitrium tradere. Hæc duo ſuperius explicuimus. Duo Edwardi tamen Scotiam ingredientes ipſam totam capere proponunt, & poſtea ad Gallias, Edwardo Baliolo in Scotia relicto, redire. Ad Hadingtonam devenerunt: victualia & cibum omnem Scoti ſubtraxerunt, & magnam navium partem, quas in mirabili multitudine per mare ducebant, amittunt: & amiſſionis cauſa, ut referunt, hæc fuit. Ex navibus Angli egredientes in parvulos debacchati ſunt,

Bervici obſeſſio.

Receptio.

Gallorum virtus & cum honore remiſſio.

Froſſardus.

Quæ natio ad urbes capiendas aptior.

Edwardi in Scotos expeditio.

Edwardus Baliolus jus ſuum Anglo tranſcribit, non recte.

Angli claſſem amittunt ob ſævitiam.

Sacrilegi miraculoſa cædes. omnes trucidantes. Albam eccleſiam, quæ mille paſſibus vix a mari diſtat, deveniunt; Divæ virginis ſimulacrum auro decoratum aliqui filii Belial ſpoliarunt, & illius ſpoliationis præcipuus in eccleſia interiit: dum enim ſub crucifixi imagine incederet, ſuper caput tranſeuntis nutu divino ſimulacrum cecidit, & caput pertranſeuntis auro onerati minutatim confregit. Et paulo poſt a ſeptentrione ventus ſubitus marinus in naves ſufflavit, quarum multæ ſcopulis colliſæ fractæ ſunt, aliquæ vero diſperſæ, ſic quod victualia a navibus Anglus habere non poterat. Anglus irritatus *Ædes Minorum crematur.* Hadingtonam incendit cum Minorum templo pulcherrimo quod Laudoniæ lampas dicebatur. Ego autem non approbo quod templa magnifica & ſic excellentia Minores habeant, & fortaſſe in eorum & villæ peccatum voluit Deus omnia incendio dari. Et conſequenter profectus, Laudoniam cum Edimburgo combuſſit: tempus hoc **The brynt Candelmes** vocatur, hoc eſt feſtum purificationis incineratum, quia illo tempore omnia Anglus combuſſit. Poſtea ad Angliam per *Anglus miles cæditur.* Foreſtam rediit, ubi ſuorum multos Scotorum inſidiis amiſit, & cum proprii corporis periculo non modico. Et licet in Anglia Regem Scotiæ captivum haberet, ultra tamen viginti leucas Anglus in Scotiam haud profectus eſt. Hac via Gallos ab Anglo Scoti multum relevarunt, licet duas urbes ut Gallos liberarent incineratas haberent. Poſt Angli diſceſſum dominus Guillelmus Douglaſſeus ſibi ſubjectos *Guillelmus Douglaſſeus ſuos ad fidem Regis compellit.* colligens in Galveyam vadit, ubi ferro & verbis omnes ad Davidis Bruſei partes ſequendas impulit. Illic Donaldus Macdowel in eccleſia de Cumnok fidelitatem Regi jurat; & Rogerus Kirkpatricius totam terram de Niddiſdale ad idem induxit: arces de Dalſwynton & Carlaverok de adverſariorum manibus eripuit, quas ſolo æquavit.

CAP.

Digitized by Google

C A P. XXI.

De Davidis Regis a Scotia, re infecta, in Angliam reditu. De Joannis Francorum Regis captivitate, & Archibaldi Douglaſſei per aſtum evaſione. De Davidis tandem redemptione, & Reginæ obitu ac laude.

CIRCA idem tempus, in Anglia obſidibus relictis, ad Scotiam David Rex revertitur, ut cum ſuis de redemptione tractet: qui non inveniens conſenſum populi ſecundum petita, ad Angliam reverſus obſides liberat. Poſt cujus diſceſſum, in Angliam irrupit qui Joannes Stuartus cuſtodis filius dominus de Kyle poſtea comes Carriki, noviſſime Rex Scotorum Robertus tertius dictus eſt. Exercitum hic Joannes collegit, & in Tevydaliam profectus illius terræ gentem in fidem Davidis Regis jurare fecit.

Davidis, re infecta, ad captivitatem reditus.

Joannis Stuarti fides.

ANNO Domini milleſimo trecenteſimo quinquageſimo ſexto Joannes Rex Franciæ ab Edwardo Walliæ principe captus eſt, cum quo etiam captus eſt Archibaldus Douglas filius nobiliſſimi Jacobi Douglaſſei qui cum Regis Roberti Bruſei corde a paganis extinctus eſt in bello, qui Archibaldus poſtea fuit dominus Gallowayæ & comes de Douglaſſe. Sed mira ſubtilitate iſte Archibaldus Douglaſſeus captivus evaſit. Erat enim iſte Archibaldus Douglas precioſis armis & eum decentibus indutus, propterea ipſum Anglus, qui eum captivum habuit, honorifice tractavit: verum quidam Scotus aſtutus Guillelmus Ramſayus de Colluthe auratus eques id percipi-

Joannes Rex Francorum capitur cum Archibaldo Douglaſſeo.

Archibaldi evaſio.

ens, ſe furia agitatum finxit, & Archibaldo Douglas dicit, Unde ex parte diaboli habuiſti hæc precioſa arma magiſtri tui? Quem Anglus mox juſſit accedere, & ſuas ocreas & cothurnos mundare, qui humiliter illi paruit; & inter illa mundanda eum objurgavit dicens, quod ſuum magiſtrum Guillelmum Ramſay conſanguineum in bello proditorie occidit; jubens eum corpus defuncti perquirere, quatinus ipſum honeſtæ ſepulturæ traderet: & finaliter pro ejus redemptione captivanti quadraginta duntaxat ſolidi, qui quinque Francicis non æſtimantur, traditi ſunt. Per hanc cautelam homines addiſcere poſſunt ſe de hoſtium manibus eximere.

Similis aſtus.

Nondum autem quattuor annis tranſactis, ſimili cautela fretus dominus Borthikus vir potens hoſtium manus evaſit, cujus ſamulus fecit eum veſperi ocreas ſuas extrahere extractaſque mundare: quem in Scotiam pro utriuſque redemptione miſit: qui minime comparuit. Sed vitæ periculo, ſi captivans fuiſſet crudelis, ſamulus ſe expoſuit. Utrum iſtud juſte fiat, nec ne, non inſiſto. Hoc tempore ergo

Reges duo ab Anglis capti.

tam Francum quam Scotum Reges captivos penes ſe Anglus habebat: tandem dum David Bruſeus undecim annis apud Anglos manſerat, in hanc ſententiam conveniunt, quod ducenta millia nobilium ad certos annos David perſolveret, & Anglo principum filios vel principes viros pro illa pecunia obſides daret. Ego autem hic aliqua dicam. Si Anglus

Rex David qua conditione fuerit a Scotis redimendus.

ſuperioritatem in Scotiam ullam peteret, vel Davidem ad illud obligare vellet, vel intolerabilem pecuniæ ſummam in reipublicæ perniciem a Davide peteret, eum populus liberare non debuit. Sed imaginor quod in Regem tam principes quam populus amicitia uſi non fuerunt. Licet autem

Vectigales ne Regi quidem Scoti.

vectigalibus tam tempore pacis quam belli Scoti ſint inaſſueti, debebant tamen in hoc caſu Regi condeſcendere, & quilibet pro ſua rata vectigal admittere, & ducenta millia nobilium in primo anno dare. Video ex diuturna ſolutione, quod nullo modo Regi ſuccurrerunt: ſed ex ſuis regiis proventibus, qui propter diuturna bella pauci erant, volebant quod perſolveret. Aliqua ſunt erga Regem de jure naturæ ſervanda, utpote eum captivum pro mediocri pecunia liberare;

Digitized by Google

rare; potiſſimum ſi veroſimiliter ejusliberatio ſit populo utilis: nam ipſum diu detineri eſt in dedecus populi, ſui capitis non commiſerantis. Humanius egerunt Galli qui pro ſuo Rege Joanne liberando magnam ſui regni partem diminuere volebant. Secundo male facit populus non præbens ſubſidium filiabus Regis pro dote, quando honeſtum & pulchrum habent matrimonium: nihil enim ei dabitur pro matrimonio in propria patria, quia illic nec publica procuratur pax, nec pulchrum eſt matrimonium. In liberatione tamen Davidis aliquas arces Scotiæ in Nyddiſdale quæ Anglis nocuerunt diruere petierunt: & ad propria rediens hoc David adimplevit; Dalſwynton, Dumfreis, Mortown, Duriſdeir ſolo æquavit. Anno 1357. domina Joanna Regina Scotiæ Edwardi Angli ſoror a Davide ſuo viro facultatem petiit, ut Sanctos peregre & amicos in Anglia viſitaret, quæ ante reditum in Anglia mortua eſt. Hanc bonam & probam mulierem judico, quæ maritum juvenem in Gallia extorrem & in Anglia captivum non dereliquit: propterea cum Penelope ſumma laude digna eſt, etſi in ſua vita parum felicitatis mundanæ habuit, ſecundum illud Ovidii;

Arces dirutæ.

Reginæ obitus & præconia.

Si nihil infauſti durus toleraſſet Ulyſſes,
Penelope felix, ſed ſine laude foret.

Et apud ſapientes laudem perennem conſequuta eſt.

CAP. XXII.

De Edwardi tertii & ejus filii obitu. De Richardi ſecundi regno, & principibus ab eo creatis, & uxoribus ductis.

Edwardi patris & filii obitus.

DAVIDE Bruſeo in Scotia relicto, ad Anglos redeo. Anno quinquageſimo primo regni Edwardi tertii Edwardus primogenitus ejus obiit; & anno ſequenti viam univerſæ carnis Edwardus ingreſſus eſt: vir ſane pugnax & imperii cupidiſſimus, quem plus laudarem ſi injuſte bella vicinis non intuliſſet, nec crudeliter in plebem & in religioſas domus debacchatus fuiſſet. Poſt Edwardum Windeſorum ſive Edwardum, poſt Normannorum conquæſtum, tertium, Richardus ſecundus Edwardi principis Walliæ filius ſuffectus eſt; natus Burdegalæ in Vaſconia, & anno ætatis ſuæ undecimo Londoniis coronatus eſt: qui parlamentum publicum eodem anno collegit, in quo ordinatum eſt, quod quilibet mas aut fœmina, pauper aut dives, in Anglia quatuordecim annos natus, Regi quatuor denarios daret, hoc eſt groſſum Anglicanum tres ſolidos Turonenſes valentem. Quarto anno regni Richardi plebs gravata duos plebeios viros erexit, ſcilicet Jake Strawe, hoc eſt Jacobum Stramen, & Gualterum Tiler; quos plebeii ſequuti ſunt: veneruntque Londonias Angliæ regiam, carcereſque regios fregerunt: multos & præcipue alienigenas bonis ſpoliant, Regis conſules interimunt; & tribus diebus per Londonias furibunda plebs debacchata, carceres omnes effringit & incarceratos quoſcunque liberat: Lancaſtriæ ducis domum comburunt, & Sanctum Joannem, locum pulcherrimum

Richardus ſecundus regnat.

Plebeiorum in Regem rebellio & ſupplicia.

rimum in fabrorum campo; legiſtarum & advocatorum libros combuſſerunt. Sed die Lunæ Londoniarum Major & civitas congregata Jacobum Strawe occiderunt; & plebs hinc inde diſperſa eſt: ſed multi eorum comprehenſi erant, & in eo numero quo comprehenſi furcis ſunt affixi. Hanc pœnam & Londonienſium animoſitatem laudo: decet enim indomitam plebem, multorum capitum belluam, in caput inſurgentem acriter punire, ut cæteri timorem habeant. Sexto anno regni ſui Richardus Annam Regis Bohemiæ filiam uxorem cepit; & in octavo anno magno cum exercitu contra Scotos procedens, dum ad Scotiæ limites pervenit cum eis convenit, & Londonias rediens, duces, marchiones, & comites creat. Anno nono ſui regni Edmundum Langle Cantibrigiæ comitem ducem Eboraci creat: Thomam Wodſtokum comitem de Boukyngham ducem Gloceſtriæ facit. Iſti erant ei patrui. Et Lionverium Oxfordiæ comitem marchionem de Dublyne, Henricum Balyngbrok ducis Lancaſtriæ filium, comitem Derbyum, Edwardum filium ducis Eboracenſis comitem Ruttelondiæ, Joannem Holonde Kentiæ comitis fratrem comitem Huntingdonæ, Thomam Moubraye comitem Notyngham, & Michaelem de la Pole comitem Suthfolciæ & Angliæ cancellarium. Anno ſeptimo decimo regni Richardi Anna Regina mortua eſt; & anno ſequenti Iſabellam Franci filiam uxorem duxit: quam cum conjuge apud Londonias relinquemus, & ad Scotos ſtylum convertemus.

Rex uxorem ducit, & duces ac comites creat.

Anna Regina moritur. Iſabella Franca ducitur.

S ſ I CAP.

CAP. XXIII.

De Davidis Regis reliquis geſtis: ut decimas eccleſiarum impetraverit, de Anglo in Scotiæ Regem eligendo conſuluerit; & , conſilio ſpreto, juvenculam duxerit; a qua, quia ſterilem invenit, divortium fecerit: deque ejus obitu.

David decimas impetrat.

QUUM David Rex ab Anglorum manibus liberatus eſt, miſit ad Pontificem quatinus decimam fructuum eccleſiæ Scoticæ pro triennio impetraret: quod Pontifex ei conceſſit; & rationabile erat. Si enim pro captivis eccleſiæ fructus dandi ſunt, pro captivo Rege non ſunt negandi. Eodem anno apud Rogerum de Kirkpatrik Jacobus Lindeſay hoſpitatus eſt, qui Rogerum nocte clanculum occidit, & ſe ad magnum intervallum a Carlaverok, in quo Rogerum occidit, abiviſſe putans, vix ad ter mille paſſus diſceſſerat, & captus eſt: & ad Davidem Bruſeum ductus, ultimum ſupplicium luit. Iſti erant hæredes eorum qui Joannem Cumyngum apud Dumfreſam, in fratrum Minorum templo interemerunt; ſed nonnunquam parentum peccata in ſobolem uſque ad quartam generationem redeunt, quoad pœnam temporariam & mundanam. Eodem anno in Laudonia mirabilis fuit aquarum inundatio, qualis a multis ſeculis in Scotia non viſa eſt. Iſtud ab aliqua conſtellatione pluvioſa contingere poterat, ſicut tempore Pyrrhæ & Deucalionis cataclyſmus particularis eveniſſe dicitur. Anno Domini milleſimo trecenteſimo ſex-

Jacobi Lindeſayi dirum facinus & ſupplicium.

Inundatio miranda in Scotia.

ſexageſimo primo, tam in Scotia quam in Anglia magna fuit mortalitas, quæ ab aere infecto, vel juſto Dei judicio ratione peccatorum commiſſorum a Deo infligitur; ut ſi Deum amore homines non revereantur, ſaltem timore eum timeant. Dein ad duos annos ſequentes grande parlamentum David Bruſeus collegit; in quo ſuadere laborabat ut Anglum aut ejus hæredem, vel aliquem ejus hæredem futurum in Scotia Regem acciperent, quia prolem non habebat. Neſciebatur qua occaſione ad hoc movebatur: fortaſſe hoc in Anglia captivus Anglis clanculum promiſit; vel fortaſſe Scotis utile judicavit, & multo melius eſſe tam Anglis quam Scotis unum habere Regem, dum in libertatibus ſuis Scoti viverent. Sed unam propoſitionem addo, Maximæ fuiſſet imprudentiæ alium a vero hærede Angli in Scotiæ Regem acceptare, quia hac via non fuiſſet regnorum unio & pax. Nam ſi duos fratres quorum unus eſt Rex, & alter in temporalibus ſubjectus, unum regnum in pace vix capiat, quid erit de duobus fratribus duo regna ſuperba & vicina confidentia in viribus habentibus? Regi Scotorum tres ſtatus ſine deliberatione contradixerunt; dicentes ſe habere hæredem verum ipſo defuncto, & adultum, & de republica bene meritum, quem exhæredare noluerunt. Et ſic ab omnibus Davidi contradictum eſt: & aliqui illud ita indigne tulerunt, ut vicos & urbes regni ſpoliaverint, quatinus Regi timorem incuterent, & ut addiſceret totum regnum a Rege non dependere, ſed contra. Optimatum tamen major pars, dum Rex propoſitum mutavit, Regi adhæſerunt; & alios juſtitiam perturbantes inſequuti ſunt, quos ad Regis gratiam redire coegerunt. Tempore hujus parlamenti legi Joannam Reginam vixiſſe; quam imaginor hoc marito ſuo, & non multum imprudenter, perſuaſiſſe, quia eam plurimum, ſicut digna erat, Rex amavit. Licet enim prolis bonum ex hac muliere non habuerit, bona tamen fidei & ſacramenti, quæ incomparabiliter primum bonum anteeunt, ſynceriſſime habuerunt. Poſt hoc parlamentum paulo poſt Regina diſſoluta eſt. Cum Regi ſuo Scoti de Anglo ſucceſſuro contradixiſſent, Margaretam Logy mulierem ſpecioſam in uxorem

Mortalitas ingens in Britannia utraque.

Davidis de Rege inſtituendo conſilium.

Status regni abnuunt.

Bonorum matrimonii præſtantia.

Margareta Logy.

Rex duxit, quatinus ex ea hæredem procrearet: qui ex ea liberos non habens, indignatus mulierem contempſit, & divortium celebravit. Hujus occaſione dico quod Scoti hac noſtra tempeſtate nimis leviter divortium procreant: & plerique laici ad ſalutem animæ ſufficere exiſtimant, dummodo in foro exteriori falſorum teſtium ſuggeſtione divortium celebretur: & ſic alias mulieres, quas conjuges putant, in adulterio contrectant. Ab eruditis in hac parte erudiendi ſunt, ut legem Dei de matrimonio non violent, ut quos Deus conjunxit homo non ſeparet. Si ab initio matrimonium per verba de præſenti inter perſonas habiles contractum fuerit; nulla cauſa ſuperveniente, quæcunque illa fuerit, vinculum illud ab ullo homine, Papa vel alio, diſſolvi poteſt. Quia vero circumſtantiæ facti inter Davidem Bruſeum & dominam Margaretam Logy me fugiunt, non poſſum de vero divortio ſententiam doctrinalem ferre. Romanum Pontificem Avinione exiſtentem Margareta viſitavit, in cujus curia tam ex parte Davidis quam ex parte ejus multæ impenſæ factæ ſunt. In hoc tam Regem quam mulierem improbo. Mulierem quam acceperat Rex abigere non debuit, nec acceptam regni limites pati egredi. Mulier etiam illa debebat domi ſtare, & religioſe vivere, & juſſibus regiis, qui humanus erat, acquieſcere. Non decet mulierem, potiſſimum principem, late a domicilio vagari. Nec Davidem Bruſeum vel Alexandrum laudo, qui ſuis uxoribus Anglorum ſororibus facultatem impertiverunt Cantuariam peregre aut fratres viſitandi. Cum unius regni mulierem Rex aliquis ducet, ſui regni ſamulos Reginæ aſſignabit, eamque pellem antiquam mutare & novam inducre humane faciet.

Divortiorum repreſſio.

Viva priore aliam ducentes.

Mulieribus non eſt danda evagandi venia.

PAULO poſt Edimburgi David obiit, anno ætatis ſuæ quadrageſimo ſeptimo & regni ſui trigeſimo nono: in monaſterio Sanctæ Crucis ante ſummum altare inhumatus eſt. Solum mediocribus Regibus Davidem comparo, in re militari parum exercitatus erat, apud mundum infauſtus, verum patientiæ materiam & non timoris habuit. Sed finaliter in ſuo regno pacem poſuit: ſylveſtres Scotos, qui propter

Davidis obitus.

pter ferinos mores non domantur, bonis cautelis compeſcuit. Mores eorum conſideravit; libertatem, munera, & dominium appetunt: unum donis, & muneribus alium alliciebat, ſe mutuo occidere inſtigabat. Erant enim pro tranſgreſſione rei mortis, & ipſe erat perſona publica, non potens illos rebelles alia via facile habere: hoc igitur modo eos ſtabilivit. Davidis mores.

CAP. XXIV.

De Richardo Anglo qui avunculum cepit, & a ſuis captus interemptus eſt. De ducum creatione & exilio. De Henrico quarto & quinto Anglis; & de Roberto Steuarto Scoto.

DAVIDE Scoto nuper defunčto relicto, ad Richardum Anglum ſui nominis ſecundum ſtylum verto.

ANNO xx. regni ſui Richardus malo conſilio avunculum ſuum Thomam Wodſtokum Gloceſtriæ ducem cepit, & Caliſium miſit: qui Regis juſſu illic interfectus eſt. Poſtea pro comite Arundelliæ & comiti Warvici miſit, quos penes ſe Londoniis tenuit. Et xxi. anno regni ſui grande parlamentum collegit, in quo comes Arundellus ad mortem damnatus eſt, & in monticulo prope Londoniarum arcem capite truncatus; & Warvici comes in inſulam Mannæ ad perpetuos damnatus carceres. Poſt hæc varios Richardus creat duces: ex comite Darbio ducem Herfordiæ erigit, comes Notinghamæ dux Northfolciæ factus eſt. Poſtea eodem anno inter Herfordiæ & Northfolciæ duces quædam diſ-

Richardus Anglus avunculum capit.

Arundelliæ & Warvici comitis condemnatio.

Ducum creatio.

diſſenſio orta eſt, & alterum alter ad ſingulare prælium provocavit: & cum certamen ingredi parati eſſent, conflictum Rex impedivit; ducemque Herfordiæ ad decem annos exterrem facit, & Northfolciæ dux perpetuo exulavit, quid Venetiis mortuus eſt. Inſuper Thomam Arundellum Cantuariæ archiepiſcopum depoſuit, & ab Anglia proſcripſit. Vigeſimo ſecundo anno regni ſui Richardus ſub novis literis & ſigillis magnam pecuniæ molem collegit in plebis jacturam; & poſtea in Hiberniam pugnaturus vadit. Quod Henricus Bolynbrok comes Derbius, quem Richardus ducem Herfordiæ fecerat, intelligens, in Angliam rediit ducatum Lancaſtriæ petiturus; cum quo Thomas Arundellus & Arundelli comitis occiſi filii venerunt: ad quos Angli agminatim currunt. Richardum Regem capiunt, quem dux Herfordiæ ad Londoniarum turrem miſit; quem illic tenuit quouſque Angliæ optimates Londonias veniunt: qui omnes uno ore Richardum Regem exauthorizant, propter extorſiones & plebis exactiones immoderatas, & principum occiſionem & exilium nimis leviter datum. Poſtea Richardum exauthoratum ad Pontemfractum mittunt incarcerandum: qui illic fame confectus vitam præ tædio in mortem commutavit. Ego, ut quid ſentio dicam, aliqua in Rege reprobo, primo, principum damnationem indebitam; ſecundo, pro ſe ditando populi oppreſſionem. Sed procerum & plebis levitatem non approbo, immo vehementer deteſtor. Reges in ita levi cauſa exauthorare & deponere, eſt principibus futuris cornua ad ſeditionem in rempublicam aperire: quæ tanquam atrox labes & ruina peſtifera in republica fugienda eſt. Sed quicquid ſit, via facti an juris, Angli eo modo quo diximus proceſſerunt, & ducem Herfordiæ Regem, nomine Henricum quartum, creant: qui creatus Henricum filium & hæredem principem Walliæ ducemque Cornubiæ & comitem Ceſtriæ Regem creat. Hos autem miſſos faciemus, quouſque Scotorum geſta circa hos annos produxerimus.

Herfordiæ & Northfolciæ ducis exilium. — *Epiſcopi exilium.* — *In Hiberniam expeditio.* — *Richardus Rex a ſuis captus deponitur.* — *Fame necatur.* — *Factorum Regis & ſubditorum cenſura.* — *Henricus quartus. Henricus quintus.*

DAVIDE Bruſeo, anno a verbo incarnato milleſimo trecenteſimo ſeptuageſimo, mortuo, Scotiæ tres ſtatus in Lyth-

Scotorum geſta.

Lythgow de Rege futuro creando convenerant. In Robertum Steuartum Regis Davidis nepotem, major & ſanior pars convenit: cui tamen Guillelmus Douglaſſeus ſe oppoſuit, aſſerens ex parte Baliolorum & Cumyngenſium ad ſe jus regni pertinere. Sed huic Georgius Dumbarus comes Marchiæ, & frater ejus Moraviæ comes, & dominus Erskynus qui tres in regno præcipuas arces in cuſtodia habebat, ſcilicet Puellarum arcem, Strivilingum & Dunbertanam, viriliter reſiſtunt: quibus ei contradicere temerarium erat. Propterea juri prætenſo, quod de facto nullum erat, abrenunciavit: ſed Jacobo Douglaſſeo filio & hæredi filia Regis ex legitimo matrimonio procreata data eſt in conjugem: & mox Robertum Steuartum Sconam ducunt, & eum Regem creant. Hac via Robertum Scotiæ ſecundum Regem, & Steuartorum primum, ſub quo cognomine hodierno die Scoti ſtant, habemus: & per conſequens, apud Scotos jam centum duodequinquaginta annis ſub ſeptem Regibus, quorum præſens puellus hoc anno 1518. ſeptimum annum ingreditur, Steuarti imperarunt: in quorum primo quintum librum claudimus.

Robertus Steuartus Rex Scotorum creatur.

Filia Regis Douglaſſeo nubit.

Steuartorum regnu.

D E.

Digitized by Google

DE
Geſtis Scotorum.
LIBER VI.

CAP. I.

De cubicularii Dunbari cæde & induciis per eam violatis; deque ultione ſæva & ſtrategemate a pueris excogitato; & variis belli motibus atque eventis.

CIRCA illud tempus, durantibus induciis, ad nundinas villæ Roxburgi, quam Angli tunc in Scotia habebant, cubicularius Georgii Dunbari Marchiæ comitis perrexit; qui ab Anglis in foro eſt peremptus. Ejus occiſores, prout moris eſt, dominus ejus petiit pœna legis talionis plectendos: verum ſurda aure Angli Cubicularii Dunbari cædes.

Dunbari ferocitas.

gli pertranſeuntes, juſtitiam non miniſtrarunt: quod indigne comes ferens ſibi ſubjectos in nundinis proximis anni ſequentis collegit; & Roxburgum hoſtiliter invaſit, & maſculos omnes trucidat: quæ in nundinis invenit ſuis impertivit, & villam ſpoliatam incineravit. Quod factum non approbo ſed deteſtor; primo, quia injuriam magnam vicino intulit; ſecundo, quod belli juſti circumſtantias non tenuit; tertio, quod multos innocentes pro uno occidit, & demum quod bonis eos ſpoliavit. Et ſic violatæ ſunt induciæ quæ ad quattuordecim annos tempore liberationis Davidis de captivitate capiebantur. Quibus violatis, affines ſeu contermini & limitanei ad ſanguinem & ad ignem ſe converterunt.

Bellum Angli innovant.

Prælium atrox.

Scoti vincunt.

Paulo poſt magno cum exercitu Scotiam Angli intrant, & terras Joannis Gordoni, qui cum comite Marchiæ principalis erat, invadunt; & cum multis bonis ſpoliant. Quod Joannes Gordonus indigne ferens, ſuis collectis amicis, Angliam intrat, & in duplo plura bona ſurripit. Cui dominus Joannes Lilborn cum exercitu duplicato ad locum Carram nomine, obvius occurrit; & fit hinc inde atrox prælium, ita quod Joannes Gordonus illic male erat vulneratus, ſed victoria potitus dominum Joannem Lilborn cum fratre, & aliis nobilibus in Scotiam captivos ducit.

Nemus Duns.

Strategema novum.

Henricus Percyus Northumbriæ comes hæc conſiderans, magno collecto milite, terras comitis Marchiæ totaliter ſpoliare intendens in Scotiam intrat: ad nemus Duns Doctore Subtili decoratum vicum pervenit, in quo caſtrametatus eſt. Sed de nocte Scoti, & potiſſimum juvenes, lapillos in pellibus extenſis impoſuerunt, quemadmodum lapillos in veſicam aere plenam imponeres, & tota nocte talem ſonum fecerunt; quod Anglorum equi, habenis & loris fractis, de dominorum manibus elapſi ſunt; & per totam noctem exercitum inſomnem tenuerunt: quare exercitus pedes cum confuſione, nulla clade illata, in Angliam repedavit.

Tho-

Thomas Muſgraiſus. Joannes Gordonus.

THOMAS Muſgraiſus capitaneus Bervici egreſſus eſt, quatinus Northumbriæ comiti ſuppetias daret; quem Joannes Gordonus captivum abduxit: & in occidentali limite Joannes Jonſtonus ſimiles prædas ex Anglia tulit. Ecce quomodo ex una ſcintilla homicidii ſolius cubicularii comitis Marchiæ, magnus ignis in multorum ſpolia & necem crevit. Unde hic dico quod induciarum violatores graviſſime peccant: a Regibus enim ſuis facultatem non habent, & multis damnis & peccatis futuris aperiunt ruinam. Melius eſt crebro parvas injurias pati quam illatas vindicare; & hoc quando majora incommoda reipublicæ vindicta quam tolerantia affert.

Induciæ non violandæ.

Roſſenſis ſoboles.

ANNO ſecundo regni Roberti Regis, filia comitis Roſſenſis coronata eſt Regina: ex qua duos filios Rex genuit, Atholiæ comitem Gualterum, qui poſtea de Jacobi primi proditione convictus eſt & propterea membratim laniatus, & Davidem Stratherneum comitem.

Bervicus recipitur. Rothſaius naſcitur. Guillelmi Douglaſſei motus.

SECUNDO anno Regni Roberti ſecundi arcem Bervici ſeptem plebeii Scoti furtim ceperunt: quo anno David dux Rothſayæ natus eſt. Et anno decimo regni ejus Guillelmus primus comes Douglaſſeus viginti millium virorum exercitum collegit, & villam de Penner nundinarum tempore inopinate invaſit, & opes nundinarum omnes diripuit, & captivos abduxit, & peſtem mirabilem, qua tertia hominem pars in Scotia extincta eſt, attulit; quia culpæ quam commiſerat, Deus pœnam adjecit. Paulo poſt Angli de Combria quadraginta millia virorum congregant, & per Solway Scotiam ingrediuntur, multos trucidant, & bonis ſpoliant. Quibus ad Angliam revertentibus quingenti Scoti in loco anguſto occurrerunt, & cum clamore magno in Anglos irruunt, & eorum magnam fecerunt ſtragem; bonis ſpoliant, & ultra trecentos captivos abducunt. Anno undecimo regni ſui Gualterum Wardlaw cardinalem Glaſcuenſem epiſcopum in Franciam mittit, pro antiquo fœdere inter Francos & Scotos innovando.

Anglorum motus.

CAP. II.

De expeditione Joannis Gant, Archibaldi Douglaſſei, Anglorum, Francorum, Richardi Angli. Scotorum in Anglia: & de charta inventa.

Joannes Gant.

ANNO duodecimo regni Roberti Joannes Gant Lancaſtriæ dux ad limites Scotiæ acceſſit, & pro triennio inducias accepit. Quo tempore Jacobus Strow, de quo ante mentionem fecimus, Londonias manu violenta venit: quod Joannes Gant intelligens ad Scotiam venit, finemque tumultus in Anglia expectans, Hadingtonæ ſtetit.

Archibaldus Lochmaben capit.

ANNO quartodecimo regni Roberti, Archibaldus Douglaſſeus dominus Galloway ope comitum Marchiæ & de Douglas obſedit arcem de Lochmaben, quam & cepit. Hoc Angli in arce de Roxbrugh percipientes baronem Grayſtok pro capitaneo ad arcem mittunt: quem Georgius comes Marchiæ auro & argento & magna ſupellectili onuſtum cepit, & ad arcem Dunbari mittit.

Expeditio Anglorum irrita.

ANNO decimo quinto regni Roberti Richardus Anglus ducem Lancaſtriæ cum ingenti exercitu in Scotiam mittit; & magnam navium claſſem bellatricem per mare: qui Edimburgum venit, & nullis nocens, ſed propria exponens, ad ſuos in pace revertitur. Quo anno Tivedaliam omnem, quia poſt prælium de Duram Anglorum reliquiæ illic manſerant, ad Scotos Douglaſſeus convertit: & paulo poſt in arce de Douglas obiit; & honorifice in monaſterio de Mel-

Guillelmi Douglaſſei obitus.

ros

ros ſepultus eſt: cui Jacobus Douglaſſeus in comitatu ſucceſſit. Hoc in tempore Joannem Guian Franciæ Ammiraldum bis mille viris ſtipatum in Scotiam Francus miſit; qui arma & munera ultra proprias impenſas Scoto detulerunt. Hic Joannes Guian Burgundus erat, & in re militari conſpicuus; qui comiti Douglaſſeo, in re militari tunc inter Scotos primo, ſe conjunxit, & cum eodem comite crebriter Angliam hoſtiliter ingreſſus eſt. Tres arces Francorum ingenio Scoti ceperunt, quas ſolo æquarunt, ſcilicet, Furdum ſeu Cornubiam, Wark & Cornvaliam. His peractis ad Archibaldum Douglaſſeum Galwayæ comitem & occidentalis limitis cuſtodem Franciæ ammiraldus vadit, cum eo Combriam intrat, ubi omnia ferro & igne perdunt: demum Carliolum obſidere propoſuerunt. Cæterum ne Galli illic eſſent in periculo, ad Roxbruchum, arcem Scotis viciniorem, obſidionem ponunt: ſed eam non ceperunt. Tribus autem menſibus elapſis, in quibus Galli a militia nunquam quieverunt, cum Scotorum bona venia ad Gallias redierunt.

Joannes Guian Francus, & ejus cum Scotis expeditiones.

EODEM tempore Richardus Anglus Scotiam ingreditur: monaſteria de Melros, Driburgo, Newbottill & Edimburgenſe combuſſit, & ſine damno hinc ad ſua rediit. Poſt cujus diſceſſum Robertus Steuartus, comes Fifenſis, Regis ſecundo genitus, ſecum habens Jacobum comitem Douglaſſeum & Archibaldum Douglaſſeum comitem Galwayeum, cum triginta millibus virorum Angliam ingreditur per arenam de Sulvey: qui illic terram frugiferam & opulentam invenientes prædam maximam abducunt. Ad Robertum capitaneum illic antiquiſſima charta delata eſt, in qua ſic ſcribebatur; **I King Athelſtane, Giffis heir to Paulane, Odam and Rodam, Als gud and als fair als evir tha myn ware; and yairto witnes Mald my Wyff.** Et cum iſte Robertus poſtea dux Albaniæ & Scotiæ gubernator electus eſſet, dum longas chartas & literas audiebat, ſic dicere ſolitus erat; quod in diebus antiquis major erat fidelitas & probitas, in quibus majores hac prolixitate non ſunt uſi. Et hoc probavit per literas Athelſtani quas memoriter

Richardi Angli in Scotiam inſultus.

Scotorum in Angliam irruptio.

Charta pervetuſta Athelſtani.

Explicatio chartæ.

ter recitare conſueverat. Hoc eſt Latine dicere; Ego Rex Athelſtanus do Paulanæ dominium de Odam & Rodam, ita libere ſicut ego hæc poſſedi: & huic dono Matildis mea uxor teſtimonium dabit. Archibaldo Douglaſſeo fuit filius illegitimus Guillelmus nomine, in re militari clariſſimus, qui hoſtium magnas catervas paucis effundere ſolebat; qui ob ſuas virtutes in Regis Roberti gratiam ſic devenit, ut Rex ei filiam Ægidiam nomine matrimonio tradiderit, cum dominio de Niddiſdale eis & eorum hæredibus imperpetuum.

Guillelmus nothus Archibaldi, & ejus probitas.

CAP. III.

De prælio apud Oterburnum commiſſo, & aliis conflictibus inter Anglos & Scotos; & præcipue inter Henricum Percyum ſeu Perſeium, & Jacobum Douglaſſeum habitis.

ANNO ab orbe redempto 388. ſuper milleſimum, commiſſum eſt prælium ad Oterburnum. Et in hac parte plus fidei Froſſardo Morinenſi canonico ſeu Tervanenſi quam Scoto dabitur, qui cum Anglis & Scotis qui prælio interfuerant colloquium habuit, ut aſſerit. Ejus ſententiam in hac parte imitabor. Linguam vernaculam Gallorum intelligens hoc clariſſime intuebitur, ſi Latine loqui didicerit: nec tamen omnia ejus dicta in hac parte complectar, ſed hiſtoriæ ſententiam, ſicut in aliis feci, explicare elaborabo. Dicit itaque quod Scotiæ principes apud Aberdoniam concluſerunt quod Angliam ingrederentur; & congregarunt ſe in magno numero ultra triginta millia, & ad Jedwardam venerunt, Regi Scoto nihil ſignificantes, quia

Froſſardum hic ſequitur.

Scotorum inſcio Rege expeditio.

quia eum in re militari imbellem cenſuerunt. Principes viri illic erant Jacobus comes Douglas, comes Marchiæ, Moraviæ comes, Dunbari cognomine & fratres, comes Fyfenſis, comes Mentethus, Archibaldus Douglas Gallowidiæ comes, Robertus Ekinus, dominus Mungumbrius, dominus Guillelmus Lindeſayus, & Jacobus frater ejus, Thomas Vaire, Alexander Lindeſayus, Joannes de Sancto Claro, Joannes Haliburton, Robertus Lawderus, Alexander Ramſayus, dominus Setonus, David Flamingus, Patricius Hepburnus, & filius ejus. Comes Fyfenſis, ſecundo genitus Scotorum Regis, per partes occidentales cum magno exercitu Angliam ingreditur: Jacobus Douglas comes Marchiæ, & comes Moraviæ per partes orientales Angliam cum quater mille electiſſimis equitibus celeriter ingrediuntur ad Duram uſque, hoc eſt circiter triginta leucas, & redeuntes ferro & igne omnia perdunt: ad Novum Caſtrum urbem munitam ſuper Tynam flumen veniunt, in qua duo filii comitis Northumbriæ Henricus, Hateſpur vulgariter dictus, & Rodulphus frater ejus cum ingenti nobilium multitudine erant. Tres Scotiæ comites, qui gloriæ cupidi & potentes ad propria ſine urbis obſidione redire nolebant, urbem aggreſſi ſunt; in qua in duplo plures bellatores erant, oppidanis demptis, quam aggreſſores. Extra urbis portam erat quoddam ligneum munimentum, in quo exiſtentes Anglos Scoti ad extra obſederunt, & duo conſpicui duces, ſcilicet Jacobus Douglaſſeus Scotus, & Henricus Percyus Anglus ad manus confligebant. De manu Percyi pulcherrimam Douglaſſeus lanceam rapuit in altum, clamans, quod illam in Scotiam ferret. Obſidionem nox diremit; & Scotiam verſus in die ſequenti Scoti iter direxerunt, & arces in itinere obſederunt, quarum aliquas capiunt & ſolo tenus proſternunt.

Scotorum trium principum audacia.

Henricus autem Percyus voluit eos bello invadere; cui diſſuaſum eſt, quia non erat veriſimile quod tam magnam urbem ſic hominibus munitam tam parvus populus obſidere auderet, ſi majorem exercitum, ad quem in neceſ-

ſitate confugere poſſit, prope ſe non haberet. Sed cum poſtero die Scotorum magnum exercitum eſſe ab hoc parvo ſeparatiſſimum didicerunt, ipſe & ſui conſilium inierunt Scotos invadendi; quod & fecerunt: nam decem mille pugnatoribus limitaneis in bello exercitatiſſimis Scotos inſequitur Henricus Percyus, in loco cui cognomen eſt Otterburn. Scotorum aliqui erant in cœna, aliqui dormientes & in requie, quia propter cujuſdam arcis oppugnationem erant omnes multum laſſi. Mox Angli qui eos adorirentur præmiſerunt. Sed ut Anglorum inſultum tardarent, quouſque ſe armarent, tandem tres comites Scoti viri fortes, gentem etiam habentes electiſſimam licet paucam, clamantes in altum, Douglas, Douglas, contra hoſtem in bellum prodeunt. Capitaneos propterea ut auguror, in belli exordio proclamant ut hoſtem duces nominis ſui auſpicio quando ſunt famigerati terreant: ſecundo, ut ſuos duces amore & honore ad bellum animent & alliciant. Et licet, ob unitatem, caput ceperunt Douglaſſeum, tamen comes Marchiæ vel erat illi æqualis vel paulo inferior. Fit hinc inde prælium atrox: Percyus inſtat, quia numero multo major, & juventutem nobilium totius Northumbriæ ſecum habens; & quia maximi comitis in Anglia primogenitus & princeps erat, & ſtomachatus eo quod de manu ſua clavam pulcherrimam apud Novum Caſtrum Douglaſſeus rapuerat. Ex oppoſito duo erant Scotiæ comites in regno præcipui & gloriæ militaris primi, quorum uterque principi Northumbriæ ſe æqualem cenſebat; erat & Moraviæ comes, ille qui præclarum virum dejecit. Hi tres cum ſuis conſanguineis & nobilibus illas partes Angliæ non petebant, niſi ut pro gloria cum Percyi famatis liberis (quia pater jam ſenuerat) pugnarent. Malebant enim membratim diſſecari quam ſegniter & ignominioſe aufugere, aut capi. Prælium magnis ſudoribus ad magnam noctis profunditatem continuant, lucente Luna in principio Auguſti, ut hoſtem ab inimico ſegregare poſſent. Quando tales inſultus faciunt in terra aliena, Lunæ lumen de nocte expectant, ne in tenebris & ab hoſte & a ſuis feriantur; more nautæ, qui ſine lumine non navigat ne ſcopulis navis col-

Henrici Percyi virtus.

Scotorum in caſu improviſo virtus.

Ducum nomina cur invocatur.

Prælium atrox.

collidatur. Scotorum pars pugnando quodammodo campum perdere videbatur, quia licet ad hoſtem facies continuo haberent, ultra tamen limites primi conflictus Angli intrarunt. Et ſi Patricius Hepburnus nobilis bellator, & filius ejus Patricius non optime certaſſent, Douglaſſei vexillum a Percyanis ablatum fuiſſet. Vexillo autem in acie ſublato, ad quod pugnantes oculum dirigunt, funditur exercitus. Hoc ergo vexillum Percyani propter duo eripere propoſuerunt: alterum, ut exercitum protinus perderent; alterum, ut Henrico Percyo complacerent, ei vexillum Scotorum ſupremum dando pro parvo de manu ejus ablato. Pro quo conſervando Patricius Hepburnus cum filio plurimum inſudavit, multos ictus & vulnera ſuſcipiendo, & non minora hoſti dando. Vexillum ſuum & totum belli pondus peſſum ire Douglaſſeus videns, in formam Libyci leonis excanduit, clavam ferratam ex utraque parte ſcindentem, quam duo communes viri levare non poſſent, ſolus levavit, aut a cliente accepit, quia pulchro corpore & bene compaginato & magnis viribus erat, & ante totam Scotorum aciem in Anglos irruit: & diro Marte ſic hoſtem poſtravit, quod circa ſe ad grande intervallum multos extinxit, & ſic viriliter inſiſtebat ac ſi totam aciem oppoſitam ſolus trucidaret: & hinc inde reſpiciens ut Henricum Percyum inveniret, multum ultra limites primi inſultus progreſſus eſt, & ita a ſuis omnibus relictus, quia circa alios invadendos & vitas proprias ſervandas occupati erant. Succeſſive tamen ad limites primi inſultus, audacia ducis, Scoti deveniunt, & Anglorum, ut videbatur, inſtabat ruina. Quod minor Percyus videns, in Scotos irruit, & mox inter eos includitur: putabatur autem ſolum miles eſſe gregarius, & non princeps vir ſicut putabatur Douglaſſeus ab Anglis. Percyum multum læſerat Scotus vir nobilis Joannes de Makerel Moraviæ comiti ſubjectus, & occidiſſet, niſi ſubito ſe captivum reddidiſſet, aperiendo quiſnam eſſet. Principes enim viros non facile occidunt, ſed ſi poſſunt capiunt; tum ut pecuniam pro redemptione lucrarentur, tum pro gloria & amore quo ſemper captivus eos proſequitur qui ſuam vitam ſervant;

Vexilli cauſa certamen.

Douglaſſei robur & animus.

Percyus junior læſus capitur.

vant; quia captivum ſuum contra patrem tanquam proprium effectum tuetur: & ſi in vitæ diſcrimine captus poſt captivitatem poſitus fuerit, donat eum libertate & armis, & cum hoc ei omnem opem adhibet. Comiti Moraviæ hoc aperuit dominus Joannes Makerel, an Mareſchal neſcio, ſimile enim nomen eſt, & Britannorum nomina Galli non optime pronunciant & ſyllabicant, poſtea, ſcriptorum vitio, literas frangunt: aliquorum tamen nomina, quia facilis eſt ſyllabicatio vel quia principes ſunt viri, recte ponunt. Et captori Moraviæ comes dixit: lucratus es calcaria, reſtat ſolum fratrem majorem natu capere, & ſudoribus finem conflictui imponere: & juſſerat ſuum vexilliferum ulterius in hoſtem progredi, aſſerens ſe alterum Percyorum habere captivum. Ex oppoſito majori ira Angli concitati, ut captivum liberarent vincendo hoſtem, viriliter incumbunt. Scoti reſiſtunt, & acriter laborant comitem Douglaſſeum inſequi, quem præcedere videbant: qui duobus ſolum comitibus, ſcilicet armigero domino Roberto Herto, & ſacerdote domino Guillelmo boreali unico, comitatus eſt, qui durante bello domini ſui lateri adhærere indefectibiliter ſolebat. Armigeros ſeu potius belligeros viros equitibus auratis paulo inferiores Britanni vocant. Illo die Hertum auratum equitem comes Douglaſſeus facere voluit: ſed recuſavit; quia quando aurati equites ob virtutem creantur, tunc etiam eis terræ perpetuæ, ut honeſte vivere poſſint, dantur. Preſbyter autem iſte fuit Archidiaconus Abredoniæ, qui halleberto optime uſus quinque vulnera letalia habuit. Hunc ſacerdotem in re militari plurimum laudant. Nec de ſacerdotibus mirabere: quadraginta enim ſacerdotum millia Britannia dare poteſt, qui contra totidem viros de quacunque gente prælium committere auderent. Formidandum enim: ſacellanum unum quilibet domicellus habet, & quinque aut ſex, principes viri, qui accincti enſe & clypeo cum dominis equitant. Hunc modum reprobo: cum enim in ſorte Domini cleri ſint, cultui divino & non militiæ vacare debent. Non tamen eo inficias, quin pro patriæ & corporis defenſione reſiſtere poſſint. Tria deinde acuta & magna ſpicula An-

Conflictus durus.

Presbyteri ſeu ſacerdotes bellatores in Anglia.

Sacerdoti utrum militandum.

Anglorum ſimul corpus comitis Douglaſſei transfixerunt; unum in ſpatulis; ſecundum in parte inferiore pectoris; tertium in crure: & ſic humi eum proſtraverunt, & ictum letalem in capite detecto dederunt. Et hoc cum noſtris annalibus quadrat, aſſerentibus quod male ei caſſis in capite ligabatur. Nonnulli ſed minus probabiliter referunt quod caſſidem oblitus erat propter ſubitum Anglorum adventum. Eum tamen Angli non noverunt: & hoc ad finem uſque prælii fœliciter Scotos latuit: adhuc enim durabat ferme tota nocte prælium; verum locum pugnæ propter occiſos partim variarunt. Fervore belli durante, dominus Jacobus Lindeſayus comiti conſanguineus & frater ejus ſupervenientes, qualiter ſe comes haberet inquirunt, qui eis aſſeruit quod horam vivere non poſſet; ſed dicebat in hoc ſe gloriari, quod more ſuorum avorum in bello non in lecto vitam finiret: eoſque per Deum rogatos fecit, quatinus ſuam mortem ulſciſcerentur, & nihil ante finem prælii amicis vel inimicis reſerarent. Credebat enim ſe ſua morte ſi ignoretur, eo quod in hoſtes irruit, adhuc inſtantis prælii occaſionem victoriæ fore; & ſuum vexillum juſſit altius erigi, quod jam tum nutare videbatur. At illi juſſibus ejus parentes, quia nobiles & cordati viri erant, ad vexillum ſe dirigunt clamantes, Douglas, Douglas. Et circa Anglorum ancoram plurimi interempti inventi ſunt, & Henricum Percyum dominus Mungumbrius vir fortis & nobilis captivum cepit: quo cognito, Angli ſe in fugam convertunt. Captivos Scoti ceperunt quos volebant. Anglorum hi capti erant; duo Percyi, dominus Robertus Ogilius, dominus Thomas Abertonus, dominus Joannes Lilbornus, dominus Guillelmus Walſingtonus, Baro Helconæ dominus: dominus Joannes Colpedupus ſeneſcallus Eboraci, cum multis aliis nobilibus viris. Concludendo de hoc bello Froſſardus dicit, quod in tota hiſtoria ſua nullum erat bellum ita inſigne virtute ducum, & ex utraque parte ita viriliter dimicatum, ſicut hoc. Nam ſæpe cautelis, aut tormentis bellicis, aut hoſtis ignavia, alterutra pars victrix evaſit: hic autem, longo & diro Marte, ſicut in duorum conflictu certatum eſt, & victoria

Douglaſſei cædes.

Percyus capitur, Anglique fugiunt.

Eo prælio qui Anglorum capti.

ter vel quater variata fuiſſe videbatur. Multos Scotos hic nominavit, quorum aliquæ domus corruerunt, aliæ exaltatæ ſunt, aliæ vero in ſolido ſtatu ſteterunt. Hinc Hepburnorum, Mungumbreorumque familias nominamus, quia ex eis duos comites tempore meo creatos habemus. Prælio ergo finito, ad equos pro fuga Angli mox volant, & eos Scoti equites inſequuntur: quia Scoti & Angli nobiliſſimi, equites quidem ad prælium vadunt, & equites ab eo diſcedunt, ſed pedites certant.

Scoti qui in hoc prælio certarunt.

CAP. IV.

De reliquiis dicti belli ab Duramenſi epiſcopo inſtaurati: & de Lindeſayi captivitate & dimiſſione.

Epiſcopi Duramenſis motus.

EO die quo comitis Northumbriæ filii contra Scotos pugnaturi proceſſerunt, veſpere epiſcopus Duramenſis ſeptem millibus virorum ſtipatus, ad Novum Caſtrum ſupervenit: quibus dictum eſt; turpe eſſe eis in urbe ſtare, liberis comitis eorum ſtantibus in campis; & fortaſſis jam in prælio. Quorum ita loquentium verbis epiſcopus commotus, extra urbem in campos abiit, ſed non ad magnam diſtantiam: conſuluitque principes viros qui ſecum erant, utpote dominum Guillelmum de Luſſy, dominum Thomam Cliffordum, & alios rei militaris peritos, quid opus facto eſſet? utrum Percyos celeriter ſequerentur, an tota nocte prope Novum Caſtrum reſiderent? Conſultum autem eſt ei ne ulterius progrederetur. Circa horam matutinam Angli a bello fugientes ſuperveniunt, qui ei totam belli ſeriem detexerunt: & in epiſcopi manus dominus Jacobus Lindeſayus Anglos perſequens incidit; qui tali fortuna ductus

Lindeſayus capitur.

ductus eſt: Cum Angli prælio male geſto, ſe per fugam ſalvare vellent, Scoti non multum læſi, quibus erat adhuc animus ad pugnam paratus, inſequuti ſunt. Inter Anglos autem dominus Matthæus Rademan ſolus auſugit: tanti enim erat prælii moles, quod vix duo mutuo in fuga cohærebant: quem dominus Jacobus Lindeſayus per pulchra arma inter cæteros omnes fugientes notat, & ſolum ſolus ad ter mille paſſus inſequitur. Tandem Anglus videns ſe non poſſe equi velocitate ſalvari, in pedes deſcendit, clypeo, ut moris eſt, in manus ſiniſtræ dorſo poſito, & enſe bene ſcindente in dextra. Dominus Jacobus Lindeſayus eminus deſcendit: qui prope dominum Matthæum Rademan non deſcendit, equo fixo ut non diſcederet, ut pediti pedes occurreret. Campum ingrediuntur: hallebardam Scotus, quæ enſe & clypeo præſtare videtur, habuit, & poſt aliquantam pugnam Anglum captivum cepit & eum enſe ſpoliat: quem Anglus rogatum facit quatinus ſe abire ſinat, jurejurando affirmans quod ante xx. dies in Scotiam ad eum veniret, & tunc faceret de eo quod captorem capto facere deceat. Cujus primo verbo dominus Jacobus annuit, ei enſem & omnia ablata reſtituens. Quia limitaneorum talis eſt modus: in bello acerrime pugnant, ſed victum victor ſalvat, quem humaniſſime ſervat, & plerumque in ſua fide ad ſua ire permittit: & ſi promiſſa non ſervet, illius imaginem ad caudam equi ſuper limites trahit; unde omnes ſui commoti ipſum perfidum fidefragumque in perpetuum reputant, in patriæ dedecus non modicum. Sed cum dominus Jacobus Lindeſayus a domino Matthæo Rademan abiret, ad Scotos redire proponens, ſed iter non cognoſcens, in epiſcopi Duramenſis manus incidit; hoſteſque errore Scotos exiſtimans, cognito epiſcopo, ſe captivum reddidit. Tunc epiſcopus ait, in bellum hodie non prodii & ecce virum nobilem & in armis pulchrum captivum habeo. Cui dominus Jacobus ait, ſic fortuna inſtabilis militibus inſidiatur, ut qui hac nocte virum nobilem captivum cepi, nunc captivus abducar. Ad Novum igitur Caſtrum ab epiſcopo Duramenſi abducitur; ad quod ſpectaculum multi Angli ſuperveniunt, inter quos do-

Z z z minus

minus Matthæus Rademan venit, & dominum Jacobum Lindeſayum videns, confeſſus eſt ſe eſſe ejus captivum, & eum liberavit, & ad prandium Jacobum Lindeſayum comiter invitavit: qui libens cum eo ivit. Interim epiſcopus Duramenſis habuit decies mille viros collectos, qui ad Novum Caſtrum venerunt, quos per portam Bervici educit, & iter rectum verſus Otterburnum educit, quatinus Scotos invadat. Super quorum adventu Scoti per exploratores ſuos edocti, quid de captivis Anglis facerent, deliberant, & an in eodem loco manerent, an Scotiæ appropinquarent. Aliquorum erat ſententia, quod captivos omnes trucidarent, ne tempore pugnæ nonnihil in eos perperam molirentur: verum in hac ſententia perſtiterunt, quod jurejurando captivi eſſent aſtricti, ſive Scoti ab Anglis ſupervenientibus vincantur, ſive non, ipſi manerent captivi ſicut antea, nec Anglos juvarent: funibus tamen eos ligaſſe dicuntur: quo facto, in optimo ordine pro ſupervenientibus Anglis ſe poſuerunt. Et duo fratres relicti campiductores tubicines & cornua perflare juſſerunt. Scotorum modus eſt, ut quilibet ad bellum gradiens cornu tanquam venator cum fune in collo ferat; & cum prælium ingrediuntur tali ſono ſe ad bellum animant. Similem ſonum Angli poſt eos dederunt: ſed cum ad duplicem tractum ſagittæ Angli Scotis eſſent propinqui, tunc ſonum cornibus mirabilem Scoti edidere, & in ſuo ordine intrepidi ſtetere. Georgius Dunbarus comes Marchiæ, vir acerrimus, & in re militari non parum exercitatus, ſuos animando dicebat, Pondus belli & æſtus, nobiliſſimi Scoti, hac nocte ſuſtinuimus: juventutem Northumbriæ cum duobus principibus fudimus: nihil eſt quod hunc ſacerdotem expectemus; nihil remanet niſi ut quilibet duos det ictus, quia in tertio campiductor pedem ſubtrahet, & grex ſequetur. Quod ſi diutius nobiſcum ita certaverint, ut (quod Deus omen avertat) vincamur, gloriam, quam magnis ſudoribus hac nocte peperimus, fœde amittemus. Sacerdotem, ſi viri ſumus, docebimus decere negligentes ſcholaſticos virgis percutere, & non inire bellum cum barbatis viris. Quando Scotorum modum epiſcopus & ſui bene conſiderarant, capto

Scoti fere cornicines.

Georgii Dunbari exhortatio.

Digitized by Google

capto conſilio, retroceſſerunt & Scotos non invaſerunt. Sicut autem Froſſardus imaginatur, inter ſe dixerunt quod multa per Scotos perdere poterant, & parum lucrari. Hoc viſo, ad cibum ſumendum cum captivis Anglis Scoti ſe pararunt: & quia Radulphus Percyus erat valde læſus, Moraviæ comitem, in cujus captivitate erat, rogatum fecit, quatinus ei facultatem daret ad Novum Caſtrum proficiſcendi, ut curaretur; ſua fide pollicitus quod ad comitis Moraviæ nutum in quemcunque locum Scotiæ voluerit, veniret, vel pecuniam per eum aſſignandam daret. Cui Moraviæ comes in promptu facultatem dedit: & pluſquam ſexcenti captivi hac via ad ſua redierunt. Henricum tamen Percyum & quadringentos alios captivos ſecum in Scotiam duxerunt. Et dicit Froſſardus quod quidam de Novo Caſtro in Berna in domo comitis Foxenſis ei retulit, qui a Scotis captivus erat, quod pro redemptione ſolum quæſiverunt quod Angli offerebant; & in eis multum humanitatis invenerunt. Et iſtud ex Froſſardo dictum eſt, quod ab omnibus captivis Scoti non habuerunt ultra ducenties mille Francicos: & tamen diebus paulo ante præteritis, a duce de Longavilla apud Morinos capto Anglus centies mille aureos nummos cepit. Et non credo ducem de Longavilla potentiorem in terris vel redditibus quam ſit Northumbriæ comes: ergo ſignum eſt quod ſeptentrionales Angli & Scoti limitanei legibus favorabilibus in redemptione utuntur: quod plurimum laudo. Joannem Swynton noſtri annales in hoc bello plurimum laudant. Joannes de Turribus, & Guillelmus Londe Scoti aurati equites illic occubuerunt, ultra illos quos Froſſardus numerat. Multa carmina ſuper hoc bello magiſter Thomas Barry primus præpoſitus Bothvillæ compoſuit ſed rhythmice, ſic enim inquit;

Angli ſe recipiunt.

Radulphus Percyus, data fide, dimittitur.

Henricus Percyus in Scotiam abducitur.

Joannis Swintonis laudes.

Muſa refert fatum fore ſcriptum carmine vatum.

Et quæ ſequuntur: quia enim carmina ejus nihil valent, & ſunt relatu indigna, ideo pertranſeo. Jacobo Douglaſſeo

Digitized by Google

Archibaldus Douglaſſeus.

Archibaldus Douglaſſeus Gallowayæ dominus in hæreditatem ſucceſſit.

CAP. V.

De Roberti junioris ad gubernationem Scotiæ electione non probanda: & de expeditione ejus in Angliam licet proſpera non laudabili.

Robertus junior fit Scotiæ gubernator.

ANNO ab orbe redempto 1389. Robertus Scotiæ Rex grandævus erat, & ad gubernandum impotens; & primogenitus ejus Joannes Carrici comes claudus effectus ictu equi Jacobi Douglaſſei de Dalketh. Propterea tres ſtatus Edimburgi Rex convocavit, qui Robertum ſecundo genitum comitem Scotiæ gubernatorem eligunt. Quicquid noſtri dicant, hunc Robertum ſecundum grandævum non judico fuiſſe in armis aut conſilio peritum. Quod non in armis, ſatis apparuit in prælio de Oterburno, ut Froſſardus relatu nobilium Scotiæ recitat. Et non video quare Rex grandævus, qui experientia pollere ſolet, minus ad regendum idoneus quam juvenis fuerit. Et Joannem primogenitum corporis claudicatio, ſi mentis claudicatio comes non affuerit, ad regendum impedire non debuit: nam regiones eques circuire poterat. Et ei gubernatorem regni dare, eſt in republica ſchiſma de duobus regibus aperire. Nec igitur Regis, nec trium ſtatuum, ſi Joannes prudens fuerit, conſilium approbo. Henrico Percyo apud Scotos captivo, marchiarum cuſtodiam comiti Marhello Angli committunt, qui Percyis & aliis Anglis exprobravit quod non melius pugnarunt in † Oterburno: de ſe, ſi cum Scotis congredi con-

Comitis Marchelli jactantia.

† Oterburne.

contigerit, magna promittens. Quod gubernator Scotiæ intelligens grandem exercitum collegit, & dominum Archibaldum Douglaſſeum ſecum ducens, Angliam ingreditur, & loca ea in quibus comes Marchel inhabitavit ſpoliat, & ſpoliata incendio delet. Interea magnum exercitum comes Marchel collegit; quem in quadam planitie a Scotis non remota tenuit. Hoc Scoti intelligentes, cominus accedunt ut cum eo pugnent: ſed Anglus ad quendam locum munitiſſimum planitiei vicinum, ſuum militem retraxit: ad quem caduceatorem Scoti mittunt, quatinus in apertum campumcum eis pugnaturus deſcendat; cum alia de cauſa in Angliam non venerint, niſi ut experirentur qualis eſſet campi ductor, qui verbis ampulloſis in hac ſententia tam Anglis captivis quam captoribus exprobraret. Quibus reſpondit, quod non audebat diſcrimini Regis viros exponere: ad quod illud Horatianum ex apologis Æſopi, Scoti plurimum ridentes objiciunt, Roberti junioris expeditio.

Parturiunt montes, naſcetur ridiculus mus.

CIRCUMQUAQUE propterea Scoti omnia vaſtant, & ſpolia non modica ad patriam ſine bello ducunt. Hoc gubernatoris factum improbatione eſt dignum. Non enim decuit pro viri jactabundi levibus verbis exercitum cogere & aliena ſubtrahere. Grandævi Roberti conſilium ea in parte fuiſſet melius, qui nimirum conſuluiſſet domi ſtare & pacem cum vicinis tenere.

Digitized by Google

CAP. VI.

De Roberti ſecundi Scoti obitu & prole. De Roberti tertii, prius Joannis vocati, coronatione & moribus: deque Alexandri Buchani motu; & ſylveſtrium Scotorum tricenorum digladiatione.

Robertus ſecundus obit.

ANNO a partu virgineo 1390. & anno xix. regni ſui Robertus ſecundus in arce ſua de Dundonald plenus dierum obiit, ſcilicet anno ætatis ſuæ ſeptuageſimo quarto: apud Sconam ſepultus eſt. Et eodem anno eccleſiam cathedralem Moraviæ de Elgyno, totius patriæ tunc decus, Alexander Steuartus Buchaniæ comes Roberti Regis filius incendio delevit. Ex Elizabeth filia domini Adam Mure tres filios Robertus Rex genuit; ſcilicet Joannem, qui poſtea fuit Rex; & Robertum Albaniæ ducem, & iſtum Alexandrum Buchaniæ comitem. Poſtea ex Euſemia Roſſenſis comitis filia Gualterum comitem Atholiæ & dominum de Brechin, & David comitem de Stratherne genuit: mortua enim Elizabeth Regina, hanc Euſemiam in conjugem accepit, & matrimonii gratia proles legitimatæ ſunt. Iſto anno dominus Cliffordus Guillelmum Douglaſſeum de Niddiſdale ſuper pontem de Danskenum in Spruſa proditorie interemit. Eodem anno Joannes primogenitus prædicti Roberti Regis corona regia inſignitus eſt, & nomen Joannes in Roberti nomen commutatum: & propterea erat Robertus tertius. Robertus enim Bruſeus erat Robertorum primus, non ſolum ordine, ſed virtute & honore.

Alexandri Steuarti dirum facinus.

Roberti ſoboles.

Cliffordi homicidium turpe.

Joannes filius Roberti commutatur, vocaturque Robertus tertius.

Nomen

Nomen, ut auguror, propterea mutarunt, quia Joannes infauſtos Reges ſuſpicabantur; cum ad paucos ante dies Joannem Francum ab Anglis captum viderent. Ego autem facile in re militari claros hoc nomine vocatos ciere poſſum. Nullum autem bonum vel malum in nomine conſiſtit. In conjugem Anabellam filiam Joannis de Drummond ob mulieris pulchritudinem accepit. Debebat ex alieno regno & non ex ſuo conjugem capere, gratia amicitiæ & mundanæ nobilitatis augendæ; & non viros mediocres Regis avos & cognatos facere: hoc enim vergit in Regiæ majeſtatis contemptum. Hic Robertus tertius ſubditis nullam intulit injuriam: ſuos pro expenſis factis optime ſolvere coegit; & ante ſuum diſceſſum ab aliquo loco, proclamare fecit tuba ad quattuor vel ſex horas Regis diſceſſum, ut mercatores & alii qui curiæ neceſſaria vendiderant, ante ejus diſceſſum ſolutionem haberent.

Murati nominis inepta cauſa.

Conjugium Roberti iii. non probabile.

Roberti iii. æquitas.

Anno 1391. Dunchanus Steuartus filius Alexandri comitis Bouchaniæ cum Cateranis venit in Anguſiam, & regionem ſpoliavit: cui vicecomes Gualterus Ogilvius occurrit cum fratre ſuo Gualtero Lichtoun, qui oppreſſi a Cateranis cum ſexaginta armatis occubuerunt. Poſtea multa de conflictibus ſingulorum cum ſingulis inter Scotos & Anglos habitis annales noſtri referunt; in quibus non immoror. Peccant Reges vel quicunque judices talia certamina paſſim admittentes. Peccat invaſor & reus, ſi ſuam vitam alia via protegere poteſt. Pluries ſiquidem expertum eſt, quod juſtam cauſam victus habuit: non enim vult Deus pietatem occultam hac mala via detegere; ſed mediis licitis ipſa eſt aperienda: quam ſi aliis viis invenire nequeunt, rem ipſam de qua contendunt in manu Dei derelinquant: non enim poſſunt homines ſententiam ferre, niſi ſecundum allegata & probata. Addo etiam quod parum gloriæ victor, & multum dedecoris apud vulgus victus acquirit: ergo imprudenter & male agit qui ſuam vitam tali aleæ committit. Et quæ ante duellum fit confeſſio eſt chimærina, cum in peccato perſiſtat, volens conſocium perimere; & propriam vitam, quam

Alexandri Bouchani motus.

Certamina duorum, quæ duella vocant, improbat.

quam ſervare tenetur, fortunæ exponit. Quare nullo modo a ſacerdote eſt abſolvendus: et ſi ſic diſcedat interea ſine pœnitudine, damnabitur. Circa hæc tempora tamen contigit tale prælium ſexaginta virorum inter Scotos ſylveſtres, ſcilicet, anno 1396. Caterani, hoc eſt ſylveſtres Scoti, moribus ſcrini, inter ſe convenire non poterant. Duæ factiones, ſcilicet Sceachbegus & ejus conſanguinei Clankay dicti, & Chriſti Jonſon cum ſuis qui Clanquhele dicebantur, inter ſe magna odia habebant, nec pacari poterant. Quare dominus David Lindeſayus, qui poſtea comes Craufordiæ factus eſt, & Thomas Dunbarus Moraviæ comes, factionum capitibus conſuluerunt, ut in certamine ſexaginta ſeu ab utraque parte triginta virorum, coram Rege ſuam cauſam deciderent: cui conſilio animo libenti annuerunt, & in inſula ſeptentrionali apud Sanctum Joannem, certamem ineunt. Triginta in nudis diploidibus ex una parte cum arcubus & bipennibus campum petunt; quibus totidem cum talibus armis occurrerunt: & more taurorum ſine ulla tergiverſatione ſe percuſſerunt. Ex una parte, ſcilicet Clankay, omnes, uno dempto, perempti ſunt: altera ex parte undecim ſuperſtites ſteterunt. Sed in principio unum non omittendum contigit: ex altera parte unus de conflictu aufugit, & ſic xxix. cum xxx. certamen inire nolebant; nec tricenarii unum de ſuis demere volebant. Et non inveniebatur aliquis qui locum fugientis intraret, & merito, quia non erat quæſtio de lana caprina in diploide ad mortem pugnare. Et cum diu Rex & optimates exſpectantes ſtetiſſent; in medium quidam vernaculus prodiit, inquiens, quis dabit mihi medium ſcutum, & illum ludum theatralem ingrediar: & ſi vivus evaſero victum per totam vitam meam quæro. Non longo, ſed groſſo & compacto nervoſo corpore erat ille certamen ingrediens, & unus de undecim qui evaſerant: cujus ſudoribus plures de illa parte vivi ſteterunt. Et hoc medio in terra illa procreata eſt pax. Mirum eſt quod Rex & principes illas factiones caſtigare non poterant: color tamen eſt apparens, quod duobus mortis reis facultatem Rex concedere poteſt, quatinus ſe mutuo trucidantes ſpectaculum præbeant: aut

Certamen ſexaginta virorum.

Hominis plebeii temeritas.

Digitized by Google

aut ſi conſtet alterutrum eſſe reum mortis, et ſe mutuo accuſent, nec conſtet uter inſons ſit, petantque ſingulare certamen ad probationem. Sed hunc etiam modum diſſuaderem.

****

CAP. VII.

De ducum novorum creatione; deque comitis Marchiæ, ob dotem filiæ repudiatæ inique retentam, in Regem & regnum conſpiratione & motibus. De Archibaldi Terribilis obitu & virtute. De Henrici quarti Angli in Scotiam irruptione: & comitis Marchiæ in Scotos vindicta, & Scotorum interitu & captivitate.

ANNO 1398. primogenitum ſuum Davidem Steuartum Carrici comitem ducem de Rothſayo, & Robertum fratrem regni gubernatorem ducem Albaniæ Robertus tertius creat. Ante dies illos comites & non duces habuerunt: quo anno David Lindeſayus comes Craufordiæ eſt declaratus. Anno 1399. dux Rothſayus Eliſabeth filiam comitis Marchiæ affidavit ſeu ſubarravit: cujus rei cauſa magnam Regi, dotis nomine, pecuniæ ſummam pater comes dedit. Sed Archibaldus comes Douglaſſeus, majore ſumma promiſſa, filiam ſuam Marjoriam dicto duci in conjugem dedit: quod comes Marchiæ indigne ferens,

Ducum creatio.

Rothſayi matrimonia.

 rens,

Marchiæ comitis motus.

rens, aut pecuniam a Rege reſtitui petiit, aut contractum conſummare: & de Regis reſponſo non contentus, minabunde, quia potens erat, Regi reſpondit quod damna non modica regno inferret. Et a Scotia diſcedens Roberto Maitlando nepoti ex ſorore arcem Dunbarenſem cuſtodiendam tradidit: poſt hoc ſub ſalvo conductu Angliam ingreditur. Sed arcem Dunbarenſem Archibaldo Douglaſſeo filio Archibaldi comitis ad inſtantiam Regis Maitlandus tradidit. Quibus indignatus Marchiæ comes, filios & amicos de Scotia ad ſe convocavit, & Scotiæ limites mirabiliter turbavit, quia limitanei erant ei ſubjecti & viri animoſi. Cum Henrico Percyo ad Popil & Lintown venit; arcem de Halis obſedit: apud Trapren & Merkil pernoctare intendebant: cœnam parare incœperunt. Super quos Archibaldus Douglaſſeus cum exercitu ſupervenit. Quod Percyus & Marchiæ comes intelligentes ocyſſime aufugerunt, & multa de ſuis reliquerunt: quos Archibaldus Douglaſſeus ad Bervicum inſequitur. Magna erat hic Regis & conſilii ejus imprudentia, principis viri filiam ſic contemnere, & ei de matrimonio illudere, & cum alia contrahere: ſaltem pecuniam reſtituere debebat, & Marchiæ comitem virum in re militari inſignem verbis lenire. Millies jam compertum eſt, & potiſſimum apud ſeptentrionales & ſtrenuos viros, quod ampliſſima dominia, vitam, & omnia pro injuria illata vindicanda principes viri expoſuerunt. In hac etiam parte Archibaldus Douglaſſeus comes peccavit: verum ferme æqualem virum timuit, ne ſe major matrimonii cauſa evaderet; voluitque qualitercunque, licet illicite, ſuum ſtatum tenere. Nec comitem Marchiæ a peccato excuſo: immo iniquiſſime egit, vim ſuo regno pro injuria illata inferendo. Anno 1400. Archibaldus Douglaſſeus, dictus Gryme ſive Terribilis, primus hujus nominis comes, mortem obiit: qui in re militari præclarus & animoſus Galloweyam Regi ſubjecit, & propterea eam, licet inconſulte, in hæreditatem perpetuam ei Rex dedit. Magnos enim viros in dominio nimis extollere reipublicæ plurimum officit. Hic Archibaldus dominium multum ampliavit; fidelis in promiſſis, eccleſiaſticos

Regis conſilium improbat.

Archibaldi Terribilis obitus.

ſticos in honore habuit: nec cœnobia nec eccleſias alias oneravit. Monialibus de Lincloudan expulſis, clericorum collegium inſtituit. Præſumendum eſt quod caſtitatem non ſervarunt, alias eas non expuliſſet. In hoc virum hunc laudo. Etiam collegium de Bothville inſtituit, quod ſufficienter dotavit. Hoc eodem anno Henricus Rex in Scotiam intravit. Sed hic annus ſeu hiſtoria noſtra cum Anglorum annalibus non quadrat: noſtri enim annales dicunt hunc Henricum fuiſſe ducis Lancaſtriæ filium; ergo tunc debuit eſſe Henricus quintus, & per conſequens poſt hos annos fuit: immo Henricus quartus, Lancaſtriæ dux, depoſito Richardo, regnare incepit, ſecundum Anglorum annales, circa annum Domini 1407. Sed cum difficultate poſſumus præciſum numerum inter varios ſcriptores ſervare, ſub rudi Minerva numero annorum capto. Circa hæc tempora Henricus (ut puto) quartus Scotiam intravit, & ad Edimburgum devenit: cujus arcem, in qua dux de Rothſayo, & Archibaldus hujus nominis ſecundus comes Douglaſſeus erant, obſedit. Interea dux Albaniæ Scotiæ gubernator magno cum exercitu ad Calder-moram pervenit; ſed propter quaſdam ſimultates inter ipſum & ducem Rothſayum nihil probe egit, ſed Anglos in patriam liberos ſine prælio abire permiſit. David dux Rothſayus, prudentum conſilio ſpreto, pro ſuo arbitrio fecit quod voluit: quocirca ad Albaniæ ducem fratrem Robertus tertius miſit, quatinus ducem Rothſayum tanquam captivum caperet ad tempus, quouſque ad ſanum conſilium rediret: quod ope Archibaldi Douglaſſei ſuffultus fecit. Referunt Joannem Remorgenay in hujus rei cauſa fuiſſe; qui primo duci de Rothſayo ſuaſerat, patruum regni gubernatorem, quacunque occaſione data, capere & de medio tollere: quia majoris famæ in regno erat quam ipſe. Nonnunquam revera perniculoſa conſilia, quatinus illa via exaltentur & principibus ſint familiares, nonnulli dant. Quod dux Rothſayus recuſavit, inquiens, quod patruo non noceret. Et quando optatum Joannes iſte aſſequutus eſt, gubernatori ſuaſit futurum Regem e medio tollere; qui ipſum alioquin perderet. Et fertur quod

Henrici Angli in Scotiam irruptio.

Henricus quartus.

Davidis Rothſayi inſolentia.

Guillelmus Lindeſayus illius erat conſilii cum Joanne Remorgenay, quia ſororem ejus dux Rothſayus affidavit, ſicut filiam comitis Marchiæ quam reliquit. Breviter dux Rothſayus in arce Fauklandæ incarceratus diem clauſit extremum. Ecce quam periculoſum erat ei principum filiabus aut ſororibus illudere. Circa idem tempus comes Marchiæ & Angli Scotis plurimum nocuerunt, quia orientales limitanei Scoti, inter Scotos in re militari nulli ſecundi, dominum ſuum antiquum regno extorrem (ut moris eſt) dilexerunt; & ſic multa mala Scotis aliis illata ſunt. Quare dominus Archibaldus arcis Dunbari capitaneus cum Laudoniæ dominis convenerat, ut ſucceſſive Angliam intrarent, ut quilibet ſucceſſive præeſſet: cui omnes alii, licet majores, pro illa vice paruerunt. Et omnium primus Joannes Haliburton Dirltonius intravit: cui Patricius Hepburnus Haleſius junior ut præeſſet ſucceſſit; quia pater jam octogenarius erat. Hic Patricius in Angliam ingrediens per diem ultra tempus deputatum ſtetit: quare comes Marchiæ & comes Northumbriæ eum proſequuti ſunt, & in Nesbit-mora invaſerunt, & ibi occiderunt: etiam alii Scoti validi viri capti ſunt, ſcilicet Joannes & Thomas Haliburton, Robertus Lawdre Baſſeus, Joannes & Guillelmus Cokburn, cum multis aliis valentibus, ita quod flos totius Laudoniæ illic periit. Hoc videns Archibaldus comes Douglaſſeus, more majorum alticordis, ſed in re militari ineptus, cuſtodem Scotiæ adiit: ſuppetias ab eo ad comitem Marchiæ & Anglos invadendos petiit: qui cum eo Murdachum filium & primogenitum mittit. Hi duo principes viri Angliam ingrediuntur: contra Percyus Henricus qui in Scotia captivus erat, & Georgius Scotus comes Marchiæ cum magno bello apud Milfeld devenerunt; illic locum eminentiorem, Homildon vocatum, Douglaſſeus aſcendit: quos Percyus aggredi voluit; ſed comitis Marchiæ in re militari peritiſſimi conſilio, alia arte Scotis damnoſa utuntur. Sagittas & tormenta ænea in Douglaſſeum injecerunt, & ſociorum ejus plurimos peremerunt. Quod Douglaſſeus percipiens de monte acriter in partem oppoſitam deſcendit. Nihilominus cer-

Ducis Rothſayi exitus.

Comitis Marchiæ in Scotos ultio.

Patricius Hepburnus.

Scotorum in Anglia captura.

Cokburn.

Archibaldi motus.

Scoti machinis perimuntur.

certaminis victoria excuſſus, multos validos viros illic amiſit; quorum hi præcipui erant, Joannes Swyntonus, Adam Gordonus, Joannes Levingſtonus Kalenderus, Alexander Ramſayus Dalhouſius, Gualterus de Sancto Claro, Rogerus Gordonus, & Gualterus Scotus. In iſto bello captivi ſunt Murdachus Steuartus gubernatoris primogenitus, Archibaldus comes Douglaſſeus altero lumine privatus, Thomas Moraviæ comes, Georgius comes Anguſiæ, Robertus Erskynus Alvayus, Guillelmus Abirnethius Saltonus, Jacobus Douglas magiſter Dalketus (magnorum virorum hæredes ſeu tutores, Magiſtros Scoti vocant) Guillelmus Erthus, Joannes Steuartus Lornus, Joannes Seitonus, Guillelmus de Sancto Claro Hirdemanſtonus, Georgius Leſlius Rothſaius, Patricius Dunbarus Belins, Alexander Home, Adam Foreſterus Corſtorphynus, Guillelmus Steuartus Angus, Robertus Steuartus Duriſdeir, Gualterus Bikcartonus Luſneus, Robertus Loganus Leſtalrikus, Rameſayus Grennokus, Helias Kenninmont, Laurentius Ramſayus Clatius, Joannes Karus Samelſtounus, Ferguſius Macdoualus Galvedienſis. Ecce ergo quid fecit unius principis viri comitis Marchiæ Georgii Dunbari in Regem indignatio. Ex hoc diſcant Reges viris acribus licet minus potentibus non illudere, nec eorum filiabus. Pro hac fœmina ſpreta melius fuiſſet Scotis ducenties mille aureos nummos in dotem dediſſe. Nunc ad Anglos ſermonem convertamus.

Scoti deſiderati.

Capti.

Digitized by Google

CAP. VIII.

De Henrici quarti Angli, qui inſidias evaſit & rebelles domuit, obitu: deque Roberti tertii Scoti ob filii captivitatem interitu.

Henricus quartus inſidias evadit.

HENRICUS quartus, quem creatum Richardo exauthorato diximus, in primo anno regni ſui feſtum Nativitatis apud Windeſoram tenuit. In profeſto Regum aliquot principes viri Regi ſignificarunt, quod volebant, habitibus diſſimulatis, cum Rege colludere, ſicut amicitiæ gratia homines interdum faciunt: & erant hi principes, dux Surryus, Exceſtriæ dux, dux Salisburryus, Glouceſtriæ comes: hi ſub faciebus larvatis Regem trucidare proponebant. Et ſuper hoc Henricus quartus a duce Albemarli certior factus, ſtatim Windeſoram relinquens Londonias venit: ſuamque fraudem detectam principes intelligentes, ad varia regni loca aufugerunt; ſed a vulgo comprehenſi ad ſupplicium, ut par erat, ducuntur.

Rebelles Regi Anglo ſuccumbunt.

ANNO tertio regni Henrici quarti Henricus Percyus Northumbriæ comitis hæres, conſilio patrui Thomæ Percyi Worceſtriæ comitis, cum gravi exercitu contra Regem pugnaturus venit; & apud Shrovesburryum pugnatum eſt. Hoc in bello Henricus Percyus occubuit; & Thomas Percyus captus ad ſuſpendium tractus eſt, cujus caput Londonias miſſum eſt. Hic noſtri annales referunt, quod Georgius Dunbarus Marchiæ comes erat cum Anglorum Rege. Volebant enim Percyi quod regnum relinqueret Rex, vel conditiones eis promiſſas in ſui coronationis principio impleret.

Digitized by Google

pleret. Et quia magnum exercitum Percyi habebant, quadam cautela comitis Marchiæ Rex dixit Percyis, quod aliquantiſper expectarent, quouſque conſultaret an cum ſana conſcientia tenebatur coronam deponere. Sic Percyorum viri multi dilapſi ſunt. Cum Percyo erat Archibaldus Douglaſſeus ejuſdem comes apud Homildown captivus: qui tres Reges ſophiſticos peremit, hoc eſt, viros Regum veſtibus indutos; & illic multum læſus erat.

Archibaldus tres in regali ornatu peremit.

ANNO octavo regni ejuſdem Henrici, comes Northumbriæ & dominus Bardolfus venerunt de Scotia in præjudicium & jacturam ipſius Henrici Regis; qui a Northamhumbris capti ſunt & occiſi. Ipſe autem decimo quarto anno regni ſui mortem obiit, hoc eſt anno Domini milleſimo quadringenteſimo vigeſimo primo, ſecundum Anglorum annales.

Henrici mors.

ROBERTUS tertius Scotiæ Rex poſt mortem ducis Rothſayi, Jaçobum filium xiv. annos natum ad Franciam mittit, ut mores addiſceret, vel ut cum melius illic incolumem poſt fratris mortem ſervaret; quia jam erat unigenitus. Per inſulam Bas cum domino de Sancto Claro navim intravit, & apud Flamburghead ab Anglis captus eſt. Non ſatis erant cauti in juvene mittendo. Fieri poteſt ut aliqui mali Scoti, ſpe lucri, hoc Anglis indicaverint: fortaſſe aliqui juvenes conſanguinei ad regnum anhelantes; vel quod in Scotia Angli exploratores, ut in uſu eſt, habuerunt. Poterat enim Rex ita ſecrete negocium tractare, quod omnes hoc latuiſſet. Filii unigeniti captivitate audita, Robertus tertius triſtitia, ſubito xvi. anno regni ſui, mortuus eſt. In hoc Rex magnanimus non erat: cum Anglis ſecurior videbatur eſſe quoad vitam quam cum propriis, pecunia enim vel matrimonio juvenis liberari poterat, ſicut rei eventus docuit. Bonus vir, ſed parum bonus Rex, hic Robertus tertius fuit.

Robertus tertius Scotus filium in Franciam mittit: quo ab Anglis capto, dolore conficitur.

CAP. IX.

De Henrici quinti Anglorum, & Jacobi primi Scotorum geſtis; & Scotorum in Francos fide: deque utrorumque vario Marte, & Henrici quinti obitu & præconiis.

Henricus v. hæreticos delet.

HENRICO quarto Anglo ſuffectus eſt Henricus quintus, vir in armis clariſſimus. In cujus primo anno aliqui hæretici, quos Lolardos vocant, male de eccleſia & clero ſapientes combuſti ſunt: inter quos Rogerus Acton auratus eques combuſtus eſt. Anno ſecundo regni ſui propoſuit in medium inter ſui regni primores titulum quem ad Nortmandiam habuit, & optimatum opem quæſivit; quæ ei cum talleis a populo eſt, conceſſa: ſed antequam per meridionalem Hamptoniam mare aſcenderet, cum trucidari propoſuerunt aliqui primores viri regni, ſui a Francis inſtigati ſumma ingenti auri. Principum nomina fuerunt hæc; Cantibrigiæ comes, Eboracenſis ducis frater, dominus Scropus Angliæ theſaurarius, Thomas Grayus auratus eques ex parte ſeptentrionali Angliæ ortus: qui in Hamptonia ad mortem judicati ſunt. In primo anno deſcenſus Harfletum cepit, & prælium de Eggyncourt in Picardia commiſit; de quo Gallorum hiſtoriæ ſunt refertæ. Sed unum hic dicit Caxtonus Anglus, quod Francorum annales non habent, & non eſt facile creditu, videlicet quod inter Anglos ſolum eo in bello cecidere 26. quorum duo erant Eboracenſis dux primæ aciei & vangardiæ ductor, alius Southſolciæ comes.

Normanniam petens inſidias patitur.

Proditorum nomina.

Expeditio in Normanniam.

Anglorum victoria.

Anno

ANNO quinto regni Henrici Joannes Eldcaſtellus dominus Cobhamus propter hæreſim Londoniis eſt combuſtus. **Hæretici combuſti.**

ANNO a partu virgineo 1419. in Scotiam pro auxilio comitem Vindocinenſem vulgo Vendoſmum Francus mittit. **Auxiliares Scoti in Franciam miſſi.** Ea tempeſtate Scotorum Rex in Anglorum manibus erat, in profectione ad Franciam captus puellus; ut ſuperius diximus. Sed Albaniæ dux tunc Scotiæ cuſtos ſuum filium ſecundo genitum Joannem Steuartum Buchaniæ comitem, & Archibaldum Douglaſſeum comitem Wigtonenſem primogenitum Archibaldi Douglaſſei comitis de Douglas, cum ſepties mille viris miſit. Apud annales Gallicos in vita Caroli ſexti invenies, quomodo Jacobum primum Scotorum Regem, **Jacobus primus.** quem Anglus captivus habebat, ad urbes & cohortes in quibus Scoti erant adduxit; hoc medio ratus Scotos in ſuam partem trahere qui Delphino auxiliares venerunt: ſed Scoti, parvi habito Rege, Delphinum inſequuti ſunt. Hæc in Roberti Gaguini hiſtoria invenies. In hac parte Scotos approbo: ſciebant enim quod regni Scotici conſtantia & **Scotorum in Francia tuenda fides.** fundamentum in ſuo Rege non ſtaret; & quod licet ſuum Regem captivum Anglus haberet, Scotiæ tamen regnum captivare non poterat: & a Scotiæ optimatibus mandatum habebant, ut Delphino, patre ejus etiam neglecto qui Anglis conveniebat, opem omnem præſtarent: quia ſi Delphinus ab Anglis ſuperatus eſſet, jam Francorum regnum penitus erat everſum; pro cujus tuitione propter antiquam amicitiam vel mori pulchrum putabant. In Gallis paucis, & in Scotis fidelibus Delphini tota vis & nervus pendebat. Comitem Buchaniæ Joannem Steuartum Scotiæ cuſtodis filium in Delphini coneſtabilem eligunt, ut apud Gallicos annales notiſſimum eſt. Cum magnam partem Galliæ jam Henricus quintus haberet, in Angliam profectus eſt: Clarentiæ ducem fratrem, **Galliam Clarentiæ dux fere regit.** ſtrenuum in armis virum, apud Gallias rectorem reliquit: cum quo Buchaniæ comes coneſtabilis & Archibaldus Douglas comes Wygtonius cum Gallis & Scotis occurrunt: Clarentiæ ducem occidunt. Eum Gaguinus ſuam **Clarentiæ dux cæditur.** aciem præceſſiſſe aſſerit, ſuper galeam ſertum aureum gem-

mis honeſtatum portantem, & propterea ab hoſte melius notatum. Ejus imprudentiam reprobo: imprudenter enim tali inſigni uſus eſt ut ſe hoſtibus notum faceret. Annales referunt Joannem Swintonem auratum equitem hunc Clarentiæ ducem lancea in facie multum vulneraſſe, & comitem Buchaniæ clava percuſſum occidiſſe. Ex Anglorum parte ceciderunt, ultra Clarentiæ ducem, comes de Ryddiſdala, dominus Roſcus, dominus Graius. Capti ſunt comes Somerſetus, comes Hundyntonenſis, & multi alii nobiles. Paulo poſt cum Anglis & Burgundionibus comes Buchaniæ apud Crevantum pugnavit: in quo altero prælio auxilio privatus, ab hoſtibus abductus eſt captivus. Tria millia Scotorum in fronte belli pugnantia illic occubuerunt. Apud Monſtreletum Gallum hiſtoriographum hæc nota ſunt. Circa hæc tempora ad Rupellam comes Glaſcuenſis, ut Gaguinus loquitur, Douglaſſenſis, vel Douglaſſeus dicere debebat, quinque millibus Scotis ſtipatus in Francorum opem veniens, plauſibiliter receptus eſt; cui ducatum Turoniæ Delphinus dedit: qui apud Vernolium cum Jacobo filio & hærede occubuit. Et in eodem bello Buchaniæ comes Delphini coneſtabilis deſideratus eſt. Pondus belli ſuper Scotos cecidit, quia eorum plurimi in prælio ceciderunt. Hoc apud Monſtreletum Gallum; licet hujus belli ruinam Lombardis in parte Gaguinus tribuat. Aliam cauſam memoriter Scoti recitant, quod duo Scoti de ducatu acierum inter ſe certabant, & uterque alteri præeſſe volebat: Franciæ coneſtabilis & Scotiæ cuſtodis filius Steuartus erat, & Scotorum Regis conſanguineus & eodem cognomine gaudens: contra apud Scotos, comes Douglaſſeus ſuo patri in viribus erat æqualis; & ſanguinem regium Britanni principes non tanti faciunt quanti Galli. Sed ſane coneſtabili Douglaſſeus cedere debuit. Sed qualitercunque ſit, Buchaniæ comes poſt multa egregie facta pro Gallis, illic occubuit, & Steuartus comitis Lenaxii filius, vir ad pugnam impiger, domini Aubigni noviſſime defuncti avus, cum Lindeſayo & pugnaciſſimo Swyntono & cum multis aliis Scotiæ nobilibus eo in bello perierunt. Malebant enim glorioſe mori quam ab Anglis

Qui Anglorum deſiderati & capti.

Scotorum ſtrages.

Douglaſſei cædes & comitis Buchaniæ.

Scotorum nobilium ſtrages.

Anglis captivi abduci. Apud nemus Vicennarum ad leucam a Pariſio trigeſimo ſexto anno regni ſui Henricus quintus obiit: Rex in re militari clariſſimus, & nulli Edwardorum aut Henricorum (quorum aliqui in re militari erant clari) ſecundus: Londoniis ſepultus.

Henrici quinti obitus & præconia.

Henrico quinto Henricus ſextus unius anni puellus ſucceſſit, quem ad tempus miſſum facio, quæ in Britannia medio in tempore agebantur tractaturus.

Henricus ſextus.

CAP. X.

De Georgii Marchiæ comitis in comitatum reſtitutione; arcis Jedwordæ dirutione; vectigalium novorum an licita ſit impoſitio, diſputatione. De pugna apud Harlaum, & in ea deſideratis: de Univerſitatis Sancti Andreæ inſtitutione: & de Roberti Albaniæ ducis obitu, & factorum ejus diſcuſſione.

Anno domini 1405. Georgius Marchiæ comes ad comitatum ſuum, & ad arcem Dunbarum reſtitutus eſt: ſic tamen quod arcem Lochmaban cum toto dominio de Anandia comes Douglaſſeus habuit. Eodem anno arx Jedwordæ per Tevidaliæ mediocres viros capta eſt: Sed quia ſine magnis impenſis arx ſolo æquari non

Georgii Marchiæ comitis reſtitutio.

Arx Jedwordæ capta diruitur.

 poterat,

poterat, apud Pertham concluſum eſt in conſilio apud Scotos generali, quod de qualibet domo duo denarii darentur pro arcis radicali everſione. Cui determinationi gubernator reſtitit, aſſerens, quod ſuæ gubernationis tempore nunquam fuerat taxa levata, nec etiam levaretur, ne pauperes ſibi talem abuſum introducenti maledicerent: de pecuniis regiis pro arcis direptione impenſas dedit. Hic vectigalium quæſtio ad diſputationem ſeſe offert, & utrinque diſputabimus. In primis, contra gubernatoris modum procedendi, argumentor ſic; Super eum erat communitas, immo ſuper Regem, ſuppoſito quod tres ſtatus fuerint illic legitime collecti: ergo male egit, eorum ſtatuto ſpreto, ſuam voluntatem præferendo. Forte dices, hoc eſt verum, ſi videatur quid ante omnem determinationem de taxa regno expediat. Ad eandem partem argumentor ſic; Communitas, ut annales referunt, hoc determinavit, & plura vident oculi quam oculus: ergo ſtatutum talliarum apud Scotos eſt licitum. Tertio, arguitur ſic; Angli qui non minus provide politizant, immo melius opinione mea, taxam levant; & ita fit in cæteris regnis omnibus: & ita Scoti modum vivendi ab omnibus ſegregatum habent. Multorum autem regnorum politia unius regni politiæ præſtat: Igitur. Quarto argumentor ſic; Melius eſt, tempore belli & neceſſitate inſtante, quod dives & ad bellum ineptus pecuniam daret, quam quod ipſe & cæteri omnes ad bellum prodeant, terra inculta relicta. Et quod quilibet focus hic duos denarios, qui parvum album præciſe valent, dediſſet, in nullius jacturam fuiſſet: ſed de ſacco regio non plura de regno colligenti totum tollere, eſt in gravem jacturam ejus; viſo quod non plurima a populo colligit.

Gubernatoris in pauperes reſpectus.

Vectigalia utrum nova licite imponantur.

Arg. 1. quod ſic & ſecundo. Evaſio.

Arg. 3.

Arg. 4.

Arg. 5.

IN oppoſitum arguitur ſic; Ex parva taxa ſemel admiſſa, magnam Reges tandem conflarent; propterea principiis obſtare operæ precium eſt. Etiam Reges bellum, & neceſſitates inſtantes pro bello fingerent, in populi jacturam & gravamen: ergo melius eſt a taxa aliquando deſiſtere. Sed huic objectioni reſponderetur; Non licebit ei ſine tribus ſtatibus

In oppoſitum. Arg. 1. Arg. 2. Reſponſio.

ſtatibus taxam colligere, ut in Anglia faciunt: in Anglia enim animoſius contra Reges, ſi præter rationem petant, quam in multis aliis regnis inſurgunt, ſic quod Reges perturbantur, & a taxa petita creberrime deſiſtunt: ergo non eſt formidandum taxæ crementum; quod potiſſimum pro pauperum parte eſt ponderandum. Sine alterius partis malivolentia vix quiſpiam reſolutorie & clare poteſt hic reſpondere: verum meam particularem opinionem (quam prudentum judicio diſcutiendam relinquo) ex dictis ingenioſus percipere poteſt. Roſolu. q.

ANNO 1410. ab incarnatione dominica, Patricius Dunbarus Georgii filius & hæres Faſtcaſtellum, hoc eſt fortem arcem, cepit; & in ea Anglum Thomam Holdenum, qui multa mala in Laudonia fecerat. Anno 1411. prælium Harlaw apud Scotos famigeratum commiſſum eſt. Donaldus inſularum comes decies mille viris clariſſimis ſylveſtribus Scotis munitus, Aberdoniam urbem inſignem, & alia loca ſpoliare propoſuit: contra quem Alexander Steuartus comes Marræ, & Alexander Ogilvyus Anguſiæ vicecomes ſuos congregant, & Donaldo Inſularum apud Harlaw occurrunt. Fit atrox & acerrima pugna; nec cum exteris prælium periculoſius in tanto numero unquam habitum eſt; ſic quod in ſchola grammaticali juvenculi ludentes, ad partes oppoſitas nos ſolemus retrahere, dicentes nos prælium de Harlaw ſtruere velle. Licet communius a vulgo dicatur quod ſylveſtres Scoti erant victi, ab annalibus tamen oppoſitum invenio: ſolum Inſularum comes coactus eſt retrocedere; & plures occiſos habuit quam Scoti domiti: ſed Donaldum non fugarunt; at viri temeritatem animoſiſſime repreſſerunt. Campiductorem ejus Maklane occiderunt, cum aliis nongentis, pluribus autem peſſime læſis. Sexcenti meridionalium ſolum interierunt, quorum aliqui erant viri nobiles, Guillelmus Abrenethyus primogenitus & hæres domini Saultoni, Georgius Ogilvius, ejuſdem domini hæres, Jacobus Skrymgeourus, Alexander de Irvin, Robertus Malvile, Thomas Muref aurati equites, Jacobus Luval, Alexander Strevilinus

Arx fortis capitur.

Pogna apud Harlaum.

Donaldi cum Scotis conflictus.

Qui viri in eo deſiderati & læſi.

Digitized by Google

cum quibuſdam minoris famæ nobilibus. Sed quia pauciſſimi evaſerunt non læſi, & diuturna erat pugna, atrox reputata eſt. Eodem anno initium Univerſitas Sancti Andreæ habuit. Prælatorum Scotiæ incuriam admiror, qui Univerſitatem ante hos dies nullam in regno habuerunt.

Univerſitas Sancti Andreæ inſtituitur.

Murdachus remittitur patri gratis.

ANNO 1415. Murdachum Steuartum gubernatoris filium comes Northumbriæ ſine redemptione in Scotiam miſit; eo quod nepotem ejus, durante Anglorum inſultu, gubernator humane ſervarat, & eum more proprii filii erudire fecerat.

Roberti Albaniæ ducis obitus & comparatio.

ANNO 1419. Robertus dux Albaniæ comes Mentethus & Scotiæ cuſtos, poſtquam regno 18. annis præfuerat, vir quidem juſtus & qui vires omnes ad bene regendum appoſuit, fato ceſſit: ſed Thomæ Ranulpho Scotiæ cuſtodi nullo modo comparandus. Et mirandum eſt, quare pro fratris filio Scotiæ vero hærede non laboraret, ut tempore ſuo ſceptrum regni gereret: ſi enim ad hoc efficaciter laboraſſet, virum plus extollerem. Forte dices, filius ejus dominus Murdachus erat adultus, &, deficiente Jacobo nepote, verus hæres; & regno fuiſſet utilius quod ad tempus in Anglia Jacobus maneret, quam quod ingentem pecuniæ molem de regno extraheret. Poterat tamen laboraſſe pro matrimonio, ita quod dotem in redemptionem ſupputarent.

CAP.

CAP. XI.

De Jacobi primi Scoti per conjugem in regnum receptione; & de redemptione Regum authoris ſententia: deque Regum in rempublicam peccato.

ANNO 1424. Joannam comitis Somerſeti ducis Lancaſtriæ neptem conjugem Jacobus primus cepit: ſed pro impenſis & redemptione minime ſufficiebat: pro reliqua pecunia obſides optimatum hæredes dedit. Sic autem de hoc matrimonio Caxtonus loquitur; Jacobi primi per uxorem in Scotiam receptio.

Anno 1422. dominus Jacobus Steuartus Scotorum Rex dominam Joannam duciſſæ Clarentiæ filiam conjugem duxit: quæ Clarentiæ duciſſa ex priore marito genuerat hanc dominam Joannam quam Jacobus primus cepit. Sed pro impenſis & redemptione dos minime ſufficiebat: pro reliqua pecunia obſides optimatum hæredes dedit. Ad Scotiam reverſus Jacobus primus Rex creatus eſt. Eodem anno Gualterum, Malcolmum de Commernald & Thomam Boyde de Kilmernok Rex arreſtare fecit. Et paulo poſt in eodem anno parlamentum congregavit, in quo multa pro reipublicæ utilitate propoſuit, & ſubſidium pro redemptione quæſivit. Et deliberatum fuit quod pro duobus annis immediate ſequentibus taxam haberet; talem ſcilicet, vigeſimam partem omnium bonorum mobilium, tam ſpiritualium quam temporalium: & illius pecuniæ collectores epiſcopum Dumblanenſem & abbatem Sancti Columbæ inſtituit: quos video ſolum a paupere plebe pecuniam collegiſſe, & vix centeſimam partem Procerum pro Regis redemptione conventus, & pecuniæ colligendæ decretum.

Digitized by Google

loco vigeſimæ: & tamen de collecta plebs murmuravit. Hic autem meam particularem opinionem dicere intendo, quam prudentiorum judicio diſcutiendam relinquo. Optimatibus & nobilibus regni, & eccleſiaſticis, & etiam plebi hæc collecta imponi debuit, quærendo gratioſe a nobilibus unam ſextam partem vel quintam reddituum quos annue exponere poterant; & ab eccleſiaſticis pro viribus etiam proportionabiliter imponendo: duos ſolidos ab agricola quærendo, qui octo boves pro aratro nutrit. Et indubie ſcio, quod ſic pecuniam ſufficientem, immo ſuperabundantem, ſine alicujus magno gravamine, Rex habuiſſet: idque opinor principibus fuiſſe melius quam ſuos hæredes pro redemptione obſides conſtituere. De eccleſiaſticis quid dicam? Conſcientiam non faciunt ſi proventus eccleſiaſticos in ſuis conſanguineis & affinibus prodige exponunt; capiti autem regni captivo, ſi in neceſſitate ſuccurrerent ex rebus eccleſiæ, conſcientiam faciunt, excolantes culicem & deglutientes camelum. Proventus enim eccleſiæ ultra eccleſiaſticorum neceſſitatem ſunt pro egenis ſuſtentandis, & pro captivis redimendis, qui aliter commode redimi non poſſunt, quemadmodum in præſenti caſu contigit: idque libenter facere deberent, ut a minuta plebe taxa diminuatur. Vicinos noſtros Anglos in hoc laudo; qui ut Richardum, Henrici ſecundi filium, apud Imperatorem injuſte captum liberarent, ſecundum quemque calicem, tam aureum quam argenteum, vendiderunt, & in Regis liberationem precium attulerunt. Difficillime Regi concederent noſtri quod Edwardo tertio pro recuperandis ſuis terris Angli conceſſerunt, ſcilicet omnium bonorum mobilium quintam partem, lanam omnem, & nonum in faſciculis granum per totum regnum. Hoc exemplum adduco, non tanquam licitum & ſequendum, ſed potius improbandum; verum ut ad Regem ſuum populi animum oſtenderem. Sed opinionem meam de taxa danda ſic reſtringo, quod nullo modo Regibus concedatur, niſi neceſſitate evidenti cognita, & etiam quam ſine ſua culpa Reges incurrunt: quemadmodum erat caſus iſtius Jacobi, qui ab amicis de regno, ut ſalvaretur, miſſus eſt, &

Sententia authoris de colligenda pro Regis redemptione pecunia.

Anglos laudat.

De taxarum collectione opinio.

xiv.

xiv. annos ſolum natus, captus. Et neceſſitatem abſtruſam ac emergentem interpretari habent tres ſtatus, & non Rex, nec ejus particulare conſilium. Ex iſto taxis inutilibus via non aperietur, ſed ſolum neceſſariis non contradicetur. Scio Ariſtotelem ſcite ſecundo Politicorum dicere, leges non eſſe mutandas: ſed ἐπιείκειαν pati debent conſilio ſapientum. Ecce quomodo populus poteſt honeſte vel inhoneſte ſuum Regem tractare.

ALTERA ex parte Scotorum Reges in rempublicam peccant, qui rigoroſe valde optimates puniunt in rempublicam inſurgentes, ut cæteri timorem habeant; & eorum terras fiſco applicant: ex quarum applicatione, ſi eas ſibi ſervarent, ingentes redditus haberent; ſed imprudentiſſime ſuis aulicis & principibus petentibus dono dant. Hoc enim pacto, viſo quod taxæ a populo non admittuntur, in rempublicam graviter peccant. Stipendia inſuper pecuniaria ſuis famulis dant, verum nobilibus famulis conjuges multarum opum hæredes, cum ratio expoſtulat, potius conferrent. Et ſi multos liberos, quod rarum eſt, genuerint, juniores in literis & moribus erudire ſacerent, eoſque ad beneficia eccleſiaſtica promoverent: non quod beneficiorum pluralitate ſuperabundent, ſed quia pluſcula ſunt in regno beneficia, quorum unum ſecundo genito Regis ſufficiat.

Regum Scotorum peccatum in rempublicam.

Ffff CAP.

CAP. XII.

De Ludovici undecimi Francorum Regis & Margaretæ Scotiæ matrimonio. De Jacobi Steuarti facinore & exilio, ac ejus conſciorumque ſupplicio. De aſſiſſio ſeu aſſeſſu procerum Scotiæ. De Alexandri Inſulani defectione & deprecatione.

Margareta Scota Ludovico xi. Franco nubit.

ANNO 1436. Ludovico undecimo filiam, Margaretam nomine, virginem formoſam & honeſtam, matrimonio Jacobus tradidit; & taxam pro dote dandam populo impoſuit priori ſimilem: ſuper qua populus non parum murmuravit. Cujus murmurationem Rex audiens, a taxa ceſſavit, & pecuniam jam collectam plebi reſtitui fecit. Ego pro opinione mea conſequenter dico, quod nobiles, eccleſiaſtici, & omnes taxam proportionabiliter amittere debebant; & ſignanter religioſi, qui de prædeceſſorum ejus terris perpetuis ter centum mille Francicos quotannis habent, quæ omnes terræ ad coronam ſpectabant. Propterea hunc de Davide Rege dixiſſe affirmant, quod pius erat, ſed regno Scotiæ inutilis: eo quod tot cœnobia ex terris regiis conſtrui fecit; prout in Davidis vita diximus. Matrimonium honeſtum eſt via favorabilis ad regni honorem & ad amicitiam augendam. Nihilominus matrimonium completum erat. Quia enim Carolo ſeptimo, dum Delphinus erat, Scoti erant gratiſſimi, & viginti Scotorum millia pro ejus regno conſervando in Francia ferro occubuerant, erga eos mediocri dote pro filio, ut opinor, Carolus contentus

tentus erat, Regum & regnorum amicitiam cognoſcens auro longe præferendam. Hoc anno ſecundum parlamentum apud Pertham Jacobus tenuit: in quo arreſtari fecit Murdachum Albaniæ ducem, & dominum Alexandrum Steuartum filium ejus juniorem, quem in die coronationis ſuæ equitem auratum militari balteo præcinxit; & hos etiam ſequentes, ut veterum familias intelligas, Archibaldum tertium hujus nominis comitem de Douglas, Guillelmum Douglaſſeum Anguſiæ comitem, Georgium Dunbarum Marchiæ comitem, Adam Hepburnum Halenſem, Thomam Hayum Zeſterium, Gualterum Ogilvyum, Gualterum Haliburton, David Steuartum Roſſythum, Alexandrum Setonium Gordonum, Patricium Ogilvyum Auchterhouſum, Joannem Red-Steuartum de Dundonald, David Murray de Gask, Joannem Steuartum de Cardin, Guillelmum Hay de Errol, Joannem Skrimgeour Conſtabularium de Dundé, Alexandrum Irwyne Drummum, Herbertum Maxwelum Carvelaverokum, Herbertum Herys Terreglenſem, Andream Grayum Fowliſium, Robertum Cunynghameum Kilmauriſium, Alexandrum Ramſayum Dalhowſyum, Guillelmum Creichtown dominum ejuſdem. Quo etiam die Rex arreſtavit Joannem de Monte Gomorri ejuſdem, hoc eſt dominum ejuſdem; & Alanum Otterburn ducis ſecretarium: & immediate miſit & arcem Fawklande accepit, & Dounam in Monteithe, qua extrahi Iſabellam fecit duciſſam comitis Lenaxiæ ejus filiam: & hos omnes cuſtodi arcis Sancti Andreæ commendavit: ſed paulo poſt Joannes & Alanus libertati donantur. Ad arcem Carvelaveroki dux tranſlatus eſt, & ad Temptalonam duciſſa. Et anno ſequenti in feſto Sanctæ Crucis, Jacobus Steuartus, qui ſolus de ducis filiis inarreſtatus regias manus evaſit, Dumbretanum combuſſit; ubi dominum Joannem Red-Steuartum de Dundonald, alias de Burlei, Regis patrui, & avi ſui dominum Roberti ducis Albaniæ patruum cum xxxiii. aliis viris interfecit: propter quod Rex juſte indignatus, prædictum Jacobum extorrem facit. Hic Jacobus in Hiberniam cum epiſcopo Argadienſi Finlayo prædicatorum ordinis facinoris tanti conſcio aufugit, & neu-

Equites aurati captivitati addicti.

Jacobi Steuarti facinus.

Exilium.

Conſociorum ſupplicium.

Nobilium ſupplicia.

Judices occiſorum.

Aſſeſſus aſſiſſiumve ut dicitur.

ter eorum unquam in Scotiam reverſus eſt. Quinto die poſt inventionem Sanctæ Crucis quinque Jacobi præfati conſocii Regi præſentati equis tracti ſunt & patibulis ſuſpenſi. Eodem anno xviii. die menſis Maii parlamentum apud Strivilingum Rex tenuit, in quo Gualterus Steuartus Albaniæ hæres, convictus de proditione, ante arcem decollatus eſt: ſic & frater ejus Alexander: ſimiliter pater ejus, & avus comes Lennaxiæ; ſed hoc poſtero die. In conſeſſu horum occiſorum judices fuerunt, Gualterus Steuartus de Athole Regis patruus, Archibaldus hoc nomine tertius comes de Douglas, Alexander Inſularum, de Roſs, Alexander Steuartus de Mar, Guillelmus Douglaſſeus de Angus, Guillelmus de Sancto Claro de Orknay, Georgius de Dunbar, comites, omnes ſeptem: Jacobus Steuartus de Bawane, Robertus Steuartus de Lorn, Joannes de Monte Gomorry ejuſdem, Gilbertus Hayus de Errol Scotiæ coneſtabilis, Thomas Somerwale ejuſdem, Herbertus Herice de Terregles, Jacobus Douglaſſeus de Dalketh, Robertus Cunynghame de Kilmavers, Alexander Levinſton de Kalender, Thomas Hayus Lochirwart, Guillelmus Borthik ejuſdem, Patricius Ogilvyus Anguſiæ vicecomes, Joannes Foreſter de Corſtorphin, Gualterus Ogilvyus de Luntrethyn, aurati equites. Non eſt veroſimile quod horum nobilium tam magna ſocietas, principes viros regio ſanguine cretos, ſine conſpiratione in Regem, morti traderent. Non enim ſemper clementem clementiæ habitus ad pœnam peccato debitam remittendam inclinat; immo ad potentes puniendos, quando ratio expoſtulat, impellit. Prudentum ſiquidem eſt, omnibus circumſtantiis hinc inde conſideratis, contemplari quando pœna eſt inferenda, & quando mitiganda. Quando enim veroſimiliter ex peccatorum indulgentia pejus reipublicæ contingeret, tunc peccatores impune derelinquere reipublicæ magna eſt jactura. Tantum de aſſiſſio: de quo, quia ſermo incidit, notabis, quod nec in legibus, nec in Gallia aſſiſſii viros habebis. Hoc modo aſſiſſium vocant. Quando de alicujus morte ambigitur rei, vicinos duodecim aut in numero majore evocant, qui rei caſum ancipitem interpretantes, eum aut libe-

liberandum, aut protinus occidendum declarant. Horum virorum congeries aſſiſſium vocant. Contra unum quemlibet reus excipere poteſt, dicendo eum eſſe actoris conſanguineum, affinem, aut alia neceſſitudine junctum: & tunc eum judex removebit. Verum ſine magno libramine ad mortem hi non judicabunt: ſuſpitiones & evidentias & omnia audiunt, & ſecundum hæc in judicio procedunt. A vicinis autem non parum conducit reo teſtimonium bonum habere. Hæc de aſſiſſio Britannorum lege dixiſſe paucis ſufficiat.

Exceptio permiſſa reo.

ANNO Domini milleſimo quadringenteſimo vigeſimo quinto, artem ſagittandi ſub certis pœnis Rex præcepit.

Sagittandi exercitatio.

ANNO milleſimo quadringenteſimo vigeſimo ſexto arcem de Invernys reparare fecit, & anno ſequenti parlamentum tenuit, in quo Alexandrum de Inſulis, comitem Roſſenſem & matrem ejus comitiſſam, filiam & hæredem quondam potentis comitis Gualteri Leſly comitis de Roſſeo, & multos potentes viros ſingillatim ad turrem invitavit, quos in arcta poni fecit cuſtodia. Super quo gaviſus coram ſuis, aſpectuque in terram paululum defixo, duo carmina a ſe compoſita coram eis recitavit, quæ hæc erant;

Conventus procerum & in eo damnati.

Ad turrim fortem ducamus caute cohortem;
Per Chriſti ſortem meruerunt hi quia mortem.

RHYTHMICE componere moris erat in illa tempeſtate, tam apud Gallos quam apud Britannos, cum quibus ſuo tempore manebat. Ultimam adverbii *cautè* longam breviabat: ſed Regibus ſic ex tempore componentibus danda eſt venia. In illa turri arreſtatus fuit Anguſius Duffus cum quatuor filiis ſuis, quatuor millium de Strathnaverne dux Kenetus More cum genero ſuo duorum millium ductore Joanne Roſs, Guillelmus Leſly, Anguſius de Moravia, & Makmanke: omnes iſti erant Scoti ſylveſtres. Ad quorum imperium multi Scoti ferinis moribus erecti ſunt, potius

Scotorum ſylveſtrium inſolentia & ſupplicium.

Digitized by Google

ad malum quam ad bonum, neſcientes in pace vivere: multos iſtorum occidit, & varios ad varias arces ſervandos miſit. Multum Regis animum ad juſtitiam & animoſitatem laudo. Ultra ſeptuaginta vel octoginta millia virorum hi viri ignobiles ad ſua imperia acquieſcentia habebant; & in locis ſuis particularibus tanquam principes habiti ſunt, omnia pro arbitrio, ratione neglecta, facientes. Anno milleſimo quadringenteſimo vigeſimo nono ſylveſtrium Scotorum conſiliis Inſularum dominus acquieſcens, præceptoque Regis contempto, villam de Invernes combuſſit, cui Rex ante monuerat, ne improborum conſiliis aurem præberet. Propterea exercitum Rex collegit, & Alexandrum Inſularum in Lochabir fugavit, qui ſecum de Roſſenſibus & Inſulanis ultra decem millia virorum habuit, quia inter omnes ſylveſtres iſte fuit præcipuus Inſularum dominus. Duæ tribus ſylveſtrium, ſcilicet Clankatan & Clancameron Alexandrum Inſulanum reliquerunt, & partes Regis & probe ſequuti ſunt. In feſto palmarum ſequenti uſque adeo debacchatum eſt, ut totam progeniem Clancameronum tribus Clankatan extinxerit. Tribus hæ ſunt conſanguineæ, parum in dominiis habentes, ſed unum caput progeniei tanquam principem ſequentes, cum ſuis affinibus & ſubditis. Lætos dies in ocio ducunt, de pauperum bonis victitantes: arcu, pharetra, & halbarda optime ſcindente, quia bonas mineras ferri habent, utuntur: groſſos pugiones ſub zona poſitos ferunt: frequenter nudis tibiis ſub cruribus; in hyeme chlamydem pro veſte ſuperiori portant. Alexander Inſularum varios ad Regem pro concordiæ tractatu miſit: quibus Rex animoſus non acquievit, ſed aſſeruit quod intra paucos dies eum magis humiliaret. At Alexander Regis conſtantiam percipiens, Edimburgum clanculum venit, & Regis curiam ingreſſus, ad genua ſolus provolutus, præſente Rege & Regina, enſe in cuſpide capto, enſis manubrium Regi dat, ac ſi ſe diceret in Regis manum caput ſuum ponere. A Regina autem & aſtantibus primoribus Rex pro Alexandri vita plurimum rogatus eſt, quem Rex ad arcem de Temptalon miſit, illic cuſtodiendum quouſque deliberaret quidnam de

Alexandri inſularum comitis defectio.

Sylveſtrium Scotorum tribus & factiones, & earum delectiones.

Sylveſtrium arma.

Alexandri Inſulani deprecatio ſupplex.

Digitized by Google

eo faceret. Matrem ejus comitiſſam de Roſſe ad Sancti Columbæ inſulam cuſtodiendam mittit, in qua annum & duos menſes ſtetit.

CAP. XIII.

De gemellis Regi natis, & Equitum auratorum in eorum regeneratione, pro more Britanniæ, creatione. De Bombardæ fabricatione, & fabrorum defenſione. De nobilium motu. De Scotorum ſylveſtrium conflictu. De Scotorum ut a Franco deſciſcant irrita tentatione: deque Marchiæ ducis exhæredatione: Alexandri Steuarti obitu, & ejus hærede.

ANNO a partu virgineo quadringenteſimo trigeſimo tertio ſupra milleſimum, Regi gemelli nati ſunt apud Sanctæ Crucis monaſterium Edimburgi xvi. die menſis Octobris. Priori extra uterum nato Alexander, ſecundo vero Jacobus nomen imponitur: quos eo die quo lavacro regenerationis nati ſunt, auratos equites cum illis cerimoniis humanis fecit; & varios aliorum nobilium hæredes auratorum equitum cingulis perſtrinxit. Sic apud Britannos in Regis primogenito facere ſolent. Ephebus Alexander obiit, & Jacobus ſupervixit. Eodem anno in-

Gemelli naſcuntur Scoto-Regi, Alexander & Jacobus.

Equites aurati de more creati.

Alexandri mors.

Digitized by Google

gentem bombardam, cui nomen erat Leo in Flandria, fabricari fecit; in cujus circumferentia groſſis characteribus nſculptum erat,

Illuſtri Jacobo Scotorum principi digno,
Regi magnifico, dum fulmine caſtra reduco:
Factus ſum ſub eo, nuncupor ergo Leo.

Tormentorum fabros defendit.

ET quia iſte Caxtonus hæc tormenta bellica arte dæmoniaca eſſe facta contendit, & quod primi tormentorum talium inventores inique egerunt; contra hoc ſit tale argumentum: Enſes, arcus, lanceæ, & hujuſmodi, eſto quod homines his occidantur, dicuntur bona pro quanto reipublicæ humanæ deſerviunt ad injuſtos invadendos, & ad juſtos defendendos: ſed ſic eſt de his tormentis: igitur. Confirmatur hæc ratio; quia ſine his tormentis multæ arces & urbes injuſte defenderentur, quæ eis capiuntur: ſed hoc eſt reipublicæ utile: ergo hoc medium, nullam maculam aliunde contrahens, eſt licitum. Nec obſtat ſi his inſtrumentis mali abutantur homines bonos occidendo; quia hoc idem per enſes, arcus, & cætera id genus arma contingit; licet plures his inſtrumentis quam aliis occidantur. Hoc autem concludit, quod in bello juſto ſunt optima inſtrumenta, & reipublicæ admodum utilia. Quod vero groſſos lapides ſulphurei montes evomant, nemo dubitat qui materiam fulminis & ejus generationem novit: ſimiliter de exhalatione in viſceribus terræ incluſa, quæ terram tremere facit, & eam rumpit, & groſſa ejus fruſta vel lapides in altum erigit: unde humanum ad imitationem naturæ poterit dici inventum.

Nobilium nova incarceratio.

SED ad contextum hiſtoriæ redeundo, Jacobus primus Rex anno 1431. Archibaldum comitem Douglaſſeum arreſtari fecit, & eum in Lochlevin cuſtodiri fecit: & dominum Joannem Kenedi Regis nepotem ponere fecit in Strivilingo, qui ſervabatur in locis illis uſque ad feſtum Sancti Michaelis: & in parlamento ſuo apud Perth, ad inſtantiam Re-

Reginæ, & aliquorum optimatum, Douglaſſeum comitem liberat: nepotem adhuc in carcere tenet. Miror quare annales non referunt cauſas tam Steuartorum occiſorum quam iſtorum incarceratorum, ut videatur an juſte & cum libramine viros carceribus manciparit, an, pro rebus minutis ad arbitrium, principes viros ſic tractaverit. Hoc tempore Donaldus Ballochus Scotus ſylveſter, filius patrui domini de Inſulis, cum inſulanis ſuis terram de Galeis apud Lochabir petiit, ut omnia perderet. Contra quem venerunt Alexander & Alanus Steuarti comites Marræ & Katneſs, bono collecto milite. Alanum Donaldus cum multis ſuorum interemit, Marræ comitem fugavit; & tamen multo inferior eis in virorum copia erat: & ubi hoc fecerat, ad Hiberniam ſe retraxit. Eodem anno acriter pugnatum eſt inter Anguſium Duffum & Anguſium Mureſſum apud Strathnavern: hi duo paulo ante Regis carceres evaſerunt, libertate donati erant. Mille & ducentos Cateranos uterque habebat, (Cateranos dicimus omnium ſylvicolarum indomitiſſimos:) ſic iſti rudes pugnarunt, quod ex utroque numero vix unus vivus evaſit: quia pari numero duellum intrarunt, & ſuum conſocium, & contra, de medio quilibet ſuſtulit. Hoc tempore Carthuſiam apud Perth Jacobus primus fundavit; in qua religioſi Sancti Benedicti hactenus perſeverarunt, & regulam more illorum patrum obſervant. Circa hæc tempora dominus Scropus ab Anglo in Scotiam miſſus eſt, quatinus hæc duo regna vicina pacem perpetuam firmarent, juvaretque Anglum Scotus, & e converſo; & in omni caſu & contra omnem gentem ſibi mutuo ſuppetias ferrent: & loca omnia de quibus dubitabatur, utrum ad Anglos Scotoſne pertinerent, Angli Scotis mox darent. Primores ſui regni Jacobus vocat, & unanimiter concluſum eſt, quod pacis fœdera cum Gallo vetuſtiſſima non rumperent. Eodem tempore Guillelmum Anguſiæ comitem, Guillelmum Creichton ſuum cancellarium, & Adamum Hepburnum Haleſium, auratos equites, ad arcem Dunbar capiendam Jacobus miſit: Georgium Dunbar hujus nominis ſecundum Marchiæ comitem ſecum detinuit, & arcis cuſtodibus ſtrictiſſime Rex

[Margin notes: Donaldi Ballochi motus. — Anguſioru conflictus. — Caterani & eorum feritas. — Carthuſiani apud Perth. — Scropus ad fœdus cum Scotis feriendum miſſus. — Scoti Gallo fidem ſervant. — Arx Dunbar capitur.]

præcepit, quatinus arcem in iſtorum trium manus ponerent: qui Regi ſine comitis deliberatione paruerunt, arciſque cuſtodiam Adamo Hepburno præfato tradiderunt. Anno ſequenti apud Pertham parlamentum ſeptimo Auguſti propter patris Georgii peccata filium exhæredavit. Superius retulimus quomodo contra Robertum tertium hujus Jacobi patrem, Georgius Dunbarus indignatus, in Angliam profectus eſt, & Anglorum præſidio ſuffultus Scotis jacturas varias & non modicas intulit. Iſte Georgius ſecundus in parlamento reſpondit, ſe de commiſſis veniam habuiſſe; & hoc eſt verum, a Duce Albaniæ Scotiæ tunc cuſtode: ſed illam veniam parlamentum judicavit nullam. Verum in eum clementia Rex uſus, Buchaniæ comitatum Georgio dat; & poſt Regis mortem, trium ſtatuum conſenſu, ex Marchiæ comitatu Georgio & hæredi quadringentæ marcæ quotannis conceſſæ ſunt, Jacobi ſecundi voluntatem ſpectando, quem de ſacro fonte iſte comes levaverat. Referunt enim quod Regibus Scotorum a communitate conceſſum eſt, quod nihil in pueritia eorum actum, ſolidum & fixum manebit, niſi ipſi Reges viginti annos nati id ratificaverint. Ecce quomodo antiqua, pollens, & in rei veritate animoſa familia per multos comites florens, a comitatu Marchiæ propter peccata mox corruit! cordatis viris exemplum præbens, ut licet a Regibus ſuis injuriam patiantur, æquanimiter ferant, aut per patientiam diſſimulent, & in patriam non hoſtiliter inſurgant.

Dunbari exhæredatio. *Regis clementia.* *Regum Scotorum authoritas.*

Anno milleſimo quadringenteſimo trigeſimo quinto Alexander Steuartus comes Marrius obiit, vir in juventute ſtabilis Catarenorum ductor; cum triginta annos eſſet natus in virum præclariſſimum & opulentiſſimum evaſit: terras multas emit, & partibus borealibus ſupremus præeminebat: Inſularum domino in bello de Harlaw reſiſtebat: cum Joanne Burgundiæ duce contra † Legienſes viriliter pugnavit. Et licet in bonis fortunæ abundaret, pace tamen inter ſuos habita, gratia militiæ exteras oras petiit. Huic in omnibus Jacobus primus ſucceſſit, quia hic valens vir nothus erat Alexandri Steuarti Buchaniæ comitis, qui Roberti ſecundi

Alexandri Steuarti obitus & præconia. *Joannes Burgundus.* *† Leodienſes.* *Jacobus primus Alexandri hæres.*

cundi Regis erat filius. Ex his patet quod varios bonos comitatus fiſco applicatos Jacobus acquiſivit, Buchaniæ comitatum cum Marchia. Prælium quod tunc inter Anglos & Scotos commiſſum eſt, non erat grande; quia tam de occiſis Anglis quam captis erant mille quingenti. Virum etiam nobilem Alexandrum Elphinſton die eodem Scoti amiſerunt. Scotorum campiductor erat Guillelmus Douglaſſeus Anguſiæ comes, cum quo erant Adamus Hepburnus Haleſius, & Alexander Ramſayus Dalhouſius aurati equites. Hoc anno Roxburgum arcem Jacobus obſedit, ſed non profecit. Hoc tempore Jacobus Kennedus Regis nepos ex ejus ſorore Anguſiæ comitiſſa, a Dunkeldenſi epiſcopatu ad Sanctum Andream evectus eſt.

CAP. XIV.

De Jacobi primi cæde, & Atholiæ comitis perfidia. De ejuſdem Jacobi primi & corporis & animi habitudine; in Francos fide, & cæteris præconiis.

ANNO domini 447. ſupra milleſimum, Jacobus primus in villa Perth-proditorie triginta vulneribus letalibus occiſus eſt xxi. Februarii, & in Carthuſia, quam fundaverat, ſepultus, anno regni ſui xxxi. & vitæ quadrageſimo quarto. Occiſio proditoria ſic perpetrata eſt: patruus ejus Atholiæ comes dierum malorum inveteratus, ad regnum ſemper aſpirabat: cujus arte & dolo dux Rothſayus Jacobi frater natu major periit, & dux Albaniæ Mur-

Jacobi primi cædes.

Atholiæ comitis perfidia.

Digitized by Google

dachus & duo liberi eju s, qui inter ipſum & Regem medii erant hæredes. Nepotem ſuum Robertum Steuartum Regi familiariſſimum, & Robertum Gramum virum aſtutum & temerarium, quem Rex ante in exilium extruſerat, ad hoc facinus perpetrandum ſic induxit, ita quod de ipſo perciperetur nihil, ſed omnium conſenſu ſaltem regni cuſtos, Rege perempto, eligeretur, & Jacobum ſecundum puellum per ſeptennium ad nutum rexerit, & ipſum fortaſſe de medio, ut regnaret, ſuſtuliſſet. Fertur enim ei dixiſſe quædam maga, quod ante mortem coronaretur: cui non parum fidei dedit.

Regis imprudentiam taxat.

Imprudenter autem Rex fecit quod continuo non habebat viros ſuo lateri aſſiſtentes, tam in vigilia quam in ſomno; viſo quod multos principes viros pro eorum demeritis extremo puniverat ſupplicio. Etiam in tantam familiaritatem comitis Atholiæ nepotem admittere non approbo: raro hæredem proximum vel ſecundum, ſi realiter de eis non deſcenderint, Reges in magnam familiaritatem admittunt: eos diligunt & honorant, ſed in cubiculum, vel cum paucis ad loca ſceleri accommoda, eos non admittunt. Ad multa enim mala cæca libido imperii multos impulit.

Jacobi primi habitudo & virtus cum corporis tum animi.

Fuit hic Jacobus, ut annales noſtri referunt, brevi corpore, ſed craſſo & robuſto: & hoc eſt quod Æneas Sylvius Scotiam viſitans, poſtea Papa Pius, de ipſo recitat, inquiens; Jacobus quadratus, plenus, multos regulos ſui regni punivit; tandem a ſuis confoſſus eſt. Apud Italos Britanni, quia bona habitudine ſunt, pingues putantur: carnibus enim & quidem formoſis ſeptentrionales abundant, in quibus pinguedo nulla eſt: hoc in Alemannis, Gothis, & Britannis videre eſt. Meridionales ſiccitate & ariditate macilenti, ſanguineos pingues putant. In Italia tali corporis habitudine præditi, quali fere in Scotia, pingues realiter eſſent: non autem apud boreales. Pulcherrimo erat Rex iſte ingenio, & admodum animoſus; luctator egregius, gravem petram vel ponderoſum malleum ultra omnes projecit; curſor velox, muſicus artificioſus, & in vocis modulatione nulli ſecundus. In cithara, tanquam alter Orpheus, Hibernenſes aut ſylveſtres Scotos, qui in illa arte præcipui ſunt, exſuperabat. Tempore longæ captivitatis

tis hæc omnia in Gallia & Anglia hauſit. In vernacula lingua artificioſiſſimus compoſitor; cujus codices plurimi & cantilenæ memoriter adhuc apud Scotos inter primos habentur. Artificioſum libellum de Regina, dum captivus erat, compoſuit, antequam eam in conjugem duceret: & aliam artificioſam cantilenam ejuſdem, *Tas ſen* &c. & jucundum artificioſumque illum cantum; *At Beltayn* &c. quem alii de Dalketh & Gargeil, mutare ſtuduerunt: quia in arce aut camera clauſus ſervabatur, in qua mulier cum matre habitabat. Henricus quintus, qui Gallias jam ferme habuit, niſus eſt eum allicere ut Scotiam de ſe teneret, & eum libertate daret: quod magnanimus facere recuſavit; malens ſe, majorum ſuorum more, diem extremum claudere ſine regno, quam regnum labefactare. Etiam ipſius non erat Anglo Scotiam ſubdere. Altera ex parte patruus Albaniæ dux, Scotiæ tunc cuſtos, parum pro eo redimendo laboravit, quia regno erat proximus: modo ſecundum illud Lucani;

Henricus quintus Anglus fruſtra Jacocobum tentat.

Nulla fides regni ſociis: omniſque poteſtas
Impatiens conſortis erit.

THOMA Ranulpho in juſtitia non fuit inferior, immo major; quia regnum pacatius Thomas quam Jacobus invenit: rebelles Scotos ſylveſtres licet fortiſſimos domuit, & miteſcere quodammodo fecit; licet enim aliquæ ſuapte natura ferinæ aves fuerint, ut grues, corvi, & hujuſcemodi, domantur: a fortiori, homines rationis participes prope polos nati domari poſſunt. Principes autem viros, ut Murdachum Albaniæ ducem cum liberis, pro eorum delictis non veritus eſt ultimo capitis ſupplicio ferire. Comitem Douglaſſenſem arreſtavit, & in carceribus tenuit. Ejus tempore nullus erat princeps qui aciem contra alium levare auderet; literis enim & juſſibus ejus protinus quilibet paruit. Eum Reginæ dixiſſe ferunt, quod in Scotia nullum relinqueret, niſi qui cum Regina dormiret: quod exponi aliter non poterat, niſi quod nobiles omnes interimeret. At licet memoriter noſtri, prout multa vera exempla annales hæc referant, nun-

Jacobi primi præconia.

quam tamen talia ſomniavit: nam ſine nobilibus regnum ab hoſtibus tueri non poterat, & nobilium multos unice dilexit. Hoſtium malivolentia, ad ſua ſcelera excuſanda, hæc inventa ſunt. Sic autem inter ſuos juſtitiam tenuit, quod, Regis nomine audito, in ſingulis paruerunt. Dum enim a quadam vidua quidam latro duas vaccas rapuiſſet, & illa affirmaſſet quod illud Regi indicaret, & in calceis propriis Regem adiret: furcifer ille duo equorum ferra capiens, clavis plantas pedum mulieris transfigit, aſſerens quod non iret in calceis ſuis; illique dixit: ad Regem abito, & eligas an primo de injuria corpori tuo illata, an de vaccis ablatis querimoniam facias. Et cum ipſa de pedum plagis curaretur, Regem apud Pertham moram trahentem adivit: qui, caſu intellecto, talem indaginem facit, ut ad Perth latro mittatur: quem chlamyde alba depictam mulierem cum equi ferris inducere facit, & per duos dies in urbem duci, & in tertio furcæ affigi. Patrem, avum, & proavum hic longe in virtute exuperat, nec Steuartorum aliquem, & tantum ſex fuerunt, puellum præſentem ſupputando, huic Jacobo primo præfero. Steuartos equis Marræ, qui in juventa boni ſunt & in ſenectute mali, plerique Scoti occulte comparare ſolent. Hoc vulgare dictum de Regibus refellere haud eſt difficile: optimum finem cum bono principio Robertus ſecundus cum Roberto tertio, & duo primi Jacobi conjunxerunt: & Jacobo ſecundo Jacobum quartum, ut ex ejus geſtis poſthac notum evadet, non poſtpono; & Jacobo tertio plerique Reges tam domi quam foris deteriores inventi ſunt. Sub pace bona Scotos Steuarti ſervarunt, & regnum a Bruſeis relictum non diminutum manu tenuerunt. Hæc de Jacobo primo dixiſſe ſufficiat.

CAP.

Digitized by Google

CAP. XV.

De parricidarum Jacobi primi diris, ſed meritis ſuppliciis: & de uxoris ejus Reginæ illaudatis nuptiis, maritique novi exilio.

JACOBO ergo primo de medio ſublato, regni principes conveniunt: comitem Atholiæ, nepotem ejus, & Robertum Gramum, cum eorum complicibus maxima cum diligentia quærunt, & quæſitos Edimburgi in Scotiæ regia ad mortem judicant talem: Comitem veſtibus exuunt, demptis his quæ pudenda tegunt, omnibus; & ducunt compluries per urbem, funibus eum in altum trahentibus, & poſtea eum labi ſinentibus prope terram: coronam ferream totam ardentem capiti ejus imponunt, volentes illud magicæ mulieris implere dictum, quo coronaretur; ut Monſtreletus Gallus dicit, propterea traditorum Rex oſtenditur. Et die poſtero ad caudam equorum eum fixerunt, & ſocium ſuper cledam figebant, eumque equi de vico in vicum traxerunt. Tertio, ſuper tabulam eum proſuerunt, & inteſtina ipſi adhuc viventi extraxerunt, eademque, ipſo vidente, combuſſerunt. Neque mirabere quod extractis inteſtinis homo vivat; quando enim in ventre quis eſt notabiliter læſus, inteſtina Chirurgicus extrahit; & illa iterato ordinate ſuis in ſitibus ponit. Poſtea, cor extrahentes in ignem projecerunt: demum caput obtruncant, & corpus quadripertiuntur, & quartam quamque partem ad quattuor regni primores urbes mittunt. Robertus Steuartus comitis nepos, quia inſtigatione alterius peccaverat, mitiorem pœnam ſubiit: patibulo enim affixus quadripertitus eſt. Robertus Gramus, quia fuit præci- Parricidarum dira exempla.

Roberti Grami ſupplicium.

puus percuſſor, diram pœnam paſſus eſt. Siquidem in currum eum inpoſuerunt ſub quodam patibulo currui adhærente; cui dexteram, quæ Regem percuſſerat, alligarunt, & ſic per urbem de vico in vicum trahebatur: & tres tortores ferris calidiſſimis eum pungebant in cruribus & aliis partibus, ut non ſtatim eum occiderent, ſed ut diutius pœnam toleraret. Poſtea eum quadripertiuntur. Chriſtophorus Chawmer & alii ſceleris affines turpiſſima morte occiſi ſunt. Monſtreletus autem refert, quod innocentes eorum conſanguineos etiam necarint. Has pœnas fateor graves, ſed ſcelus erat graviſſimum: quoniam in totam rempublicam peccarunt, ejus caput regno digniſſimum perimentes.

Grami frivola purgatio.

Robertum Gramum pro ſui excuſatione dixiſſe referunt, quod quia erat a Rege proſcriptus & in exilium miſſus, non erat Regi ſubjectus. Frivolam excuſationem furcifer vir Belial accepit in omne ævum infamis: propterea Proverbio rhythmice in vernacula lingua noſtri dicunt; **Robert Gramen that ſlew our King, God giff him ſchamen**: hoc eſt, Deum oratum faciunt, quatinus infamia Robertum Gramum notet, quia Regem noſtrum peremit.

Regina Steuarto nubit.

Poſt Regis mortem Jacobum Steuartum, virum mediocriter nobilem ætate juvenem, Regina maritum accepit. Apud Britannos Reginas ad ſecundas nuptias tranſire non eſt indecorum, ſicut nec in rei veritate eſt; quia ſecundum Apoſtolum, Melius eſt nubere quam uri. Verum aliquem in regno principis filium primogenitum, vel principem virum, ipſa maritum eligere debuit:

Steuartus exulat.

quod quia non fecit, ut intellexi, extorrem a Scotia Jacobum præfatum Jacobus ſecundus fecit: & non imprudenter; ut poſteros in ſimili caſu cavere doceat.

Steuarti ſoboles.

Ex ea tamen tres filios genuit: quorum unus Atholiæ comitatum, mutilatum tamen; alter comitatum Marchiæ habuit; tertio epiſcopatus Moraviæ creditus eſt: qui diebus his noviſſimis mortem obiit.

REBUS Scoticis ad tempus derelictis, ad Henricum ſextum Anglum calamum convertamus.

C A P.

CAP. XVI.

De Henrici ſexti Angli geſtis, & Thomæ Montis Acuti apud Aureliam interitu. De puella Franca; Philippo Burgundo; Reginæ Angliæ ignobilibus nuptiis; Henrici cum Lotharinga non ſatis fauſto conjugio. De principum Angliæ in Regem variis motibus.

MAGNAM Franciæ partem Henricus quintus invaſerat: cui Henricus ſextus filius, ut ſuperius allegavimus, ſucceſſit, puellus non unius anni: cujus infantiam patrui ejus Bethfordiæ & Gloceſtriæ duces regebant. Franciæ Bethfordus, & Gloceſtrius Angliæ regens effectus eſt. Anno quarto, poſt bellum Vernoliæ, in Angliam Bethfordus venit, & Henricum ſextum apud Leyceſtriam auratum equitem facit: & mox Henricus, auratus eques factus, hos auratos equites creat, quorum nomina ſequuntur; Richardus Eboraci dux, primogenitus & hæres Northfolciæ, Oxfordiæ comes, Weſtmorlandiæ comes, primogenitus Northumbriæ, Urmondæ primogenitus, dominus Roos, Jacobus Bottelar, dominus Martravas, Henricus Gray de Tankerville, Guillelmus Nevyll, dominus Fawconbridge, Georgius Nevyll, dominus Wellys, dominus de Berkle, primogenitus Talboti, Rodulphus Gray de Werk, Robertus Weir, Richardus Gray, Edmundus Hongerforde, Joannes Bottelar, Ronaldus Cobham, Joannes Paſs-

Henrici ſexti tempore geſta.

Equites aurati recens inſtituti.

Paſsheley, Thomas Tunſtall, Joannes Chydiok, Rodulphus Langeforde, Guillelmus Drury, Guillelmus Thomas, Richardus Carbonell, Richardus Wydewyle, Joannes Schredelowe, Guillelmus Chayne, Guillelmus Badyngton, Joannes June, Gilbertus Beauchampe.

> Thomas a Monte Acuto Aureliam obſidens perit.
>
> Britonis facinus.
>
> Henricus ſextus coronatus Londini & Parrhiſii.
>
> Puellæ Franciæ ſupplicium.

HOC in anno Thomas de Monte Acuto comes Saleſberienſis Aureliam obſedit, in cujus obſeſſione bombardæ jactu interiit; poſt cujus interitum in Francia Angli parum proſperarunt. Hoc in anno quandam viduam Londoniis quidam Brito ab ea amore Dei alitus interemit, & ejus bona ſpolians ad eccleſiæ confugium convolat; & illic cruce ſignatus, Hieroſolymam adire vovet: ſed cum prope locum in quo viduam occiderat incederet, a mulieribus lapidibus obrutus eſt. Hic addo, quod hanc pœnam & multo atrociorem hic homo ingratus meritus eſt. Septimo anno ætatis ſuæ Henricus Londoniis coronatus eſt; in cujus coronatione triginta ſeptem auratos equites creat. Poſtea in Gallias tranſiens, ſexto Decembris ejuſdem anni, Pariſii in noſtræ Dominæ templo Rex coronatus. Quo anno puella Franciæ, quæ Anglos expellere juvabat, Rothomagi combuſta eſt; & in Februario ſequenti in Angliam Henricus ſextus rediit.

> Philippus Burgundus Caliſium obſidet.
>
> Regina armigero nubit.
>
> Reginæ ex armigero ſoboles.

ANNO 1434. Caliſium Burgundiæ dux obſedit: ſed Gloceſtriæ ducis exercitum de Anglia profectum intelligens, obſidionem diſſolvit. Hoc anno Katherina, Regis mater & Henrici quinti uxor Caroli ſexti Franci filia, mortem obiit, quæ poſt mariti mortem, Owenum Walliæ armigerum clanculum, aliis neſcientibus, in virum accepit. Armigeros equitibus auratis inferiores Britanni vocant. Hic infimæ ſortis nobilis erat, ex qua tres filios & filiam genuit; qui a duce Gloceſtriæ Londoniis incarceratus eſt, eo quod conjugium tentavit, in ſimili caſu ſicut ſuperius de Jacobi primi uxore & Scotiæ Regina recitavi. Filiorum ejus unus Richemondæ comes, ſecundus Pembrochyæ comes, & tertius monachus effectus eſt. De primo filio memoriam habeto pro

An-

Digitized by Google

Anglorum Regibus, quia Anglorum annales, quando de eis loquor, potiſſimum inſequor.

ANNO 1447. Helenora Gloceſtriæ duciſſa, pro quadam conſpiratione, in inſulam Manniæ in exilium mittitur, ſub cuſtodia Thomæ Stanley aurati equitis. Circa hæc tempora in Anglia multi erant hæretici, & inventi pertinaces combuſti. Hoc anno Staffordiæ comes in ducem Bukyngham exaltatus eſt. Hoc anno Margaretam Lotharingi ducis filiam Henricus ſextus in uxorem duxit. Arminyaci ſororem prius in uxorem capere promiſerat; quod quia non complevit, Anglorum annales recitant fuiſſe cauſam quare quicquid Angli in Gallia haberent perderent. Henricus ſextus exauthoratus eſt, & in Scotiam Regina cum filio pro refugio proficiſcitur, & de Scotia in Lotharingiam, de qua venerat, rediit.

Gloceſtriæ dux exulat.

Hæretici in Anglia.

Henricus ſextus Lotharingam ducit.

Lotharingæ profugium.

ANNO milleſimo quadringenteſimo vigeſimo ſexto apud Bury Sancti Edmundi collectum eſt parlamentum, & paulo poſt Gloceſtriæ dux arreſtatus eſt per vicecomitem Bellimontis Angliæ coneſtabilem, in cujus ſocietate dux Bukyngham & alii varii erant. Gloceſtriæ dux poſtridie mortuus inventus eſt, ſive triſtitia, ſive aliorum dolo malo, non conſtat. Erat vir admodum literatus & prudens, qui nec in Regem nec in rempublicam unquam peccaverat; ſed procerum invidia de medio ſublatus eſt; cujus mortem Angliæ comites ægerrime tulerunt. Nemo bonus eſt cui viri innocentis de republica bene meriti mors non diſpliceat.

Hiſtoriæ repetitio.

Gloceſtriæ ducis mors.

ANNO 1427. Henrici Regis, Franciſcus Arragonius Anglorum partem ſequutus, tempore induciarum inter Gallos & Anglos, Fogieſium in Normandia accepit: quod magnæ perditionis initium erat; ea enim res quare Normandiam totalem Angli amiſerunt fuit occaſio.

Arrago Anglum juvare conatur.

ANNO 1428. regni Henrici, Somerſeti dux, & Shrewesburyæ comes Rothomagum & Normandiam totaliter deſeruerunt:

Digitized by Google

ruerunt: & quia Suffolciæ dux cauſa putabatur, in Londoniarum arce detentus eſt; & cum uno menſe illic ſteterat, libertate donatus eſt: ſuper quo & Gloceſtriæ ducis morte populus maxime commotus eſt. Parlamentum tamen præſente Rege continuatur, ſed ad Leyceſtriam mutatum eſt, in quo dux Suffolciæ erat. Communitas tamen a murmure & querela non deſiſtebat contra Suffolciæ ducem, dominum de Saye, & epiſcopum Salysburienſem: ſed ad populum pacandum Suffolcus ad tempus in exilium miſſus, in mari a quodam captus occiſus eſt.

Suffolciæ dux emittitur.

Suffolci cædes.

ANNO 1450. in quo erat jubileus Romæ, populus Kentiæ contra Regem inſurrexit, & Londoniis appropinquavit, & exercitum Regis in oppoſitum miſſum fudit: quod principum famuli, qui plebeii ſunt, videntes inſurrexerunt, depoſcentes ut regni traditores occiderentur, aut communitati Kentiæ ſe conjungerent. Dominum Sayæ Angliæ theſaurarium, epiſcopum Salysburienſem & baronem de Doubly, tanquam reos mortis petunt: quare dominus Sayæ arreſtatus eſt, & ad Londoniarum arcem, ut populus pacaretur, ductus eſt. Exercitu Regis victo, communitas cum ſuo duce Hibernico Londonias petunt tertio die Julii, & Henricus iſte, nomine ſuo & Regis, multa proclamare fecit, quod ſub pœna mortis nullus cibum potumve aut aliquid aliud caperet niſi ſolveret. Poſtea ad Londoniarum arcem vadunt, & dominum de Saye petunt: qui ad eos ductus eſt, & coram urbis Majore & plebis capite accuſatus, eorum judicium recuſavit, aſſerens ſe judicari deberi a paribus & a principibus, non a vulgo. Hoc furibundus populus audiens, ſine ulteriori inquiſitione juſſit ut confeſſionem extremam faceret; & ante mediam ejus confeſſionem finitam, caput obtruncant.

Kentii rebellant.

Theſaurarius capitur.

Obtruncatur.

POST hæc Hibernicus iſte plebis ductor multos opulentos Londoniarum mercatores bonis ſpoliat: quare plebis prudentes eum obhorruerunt, & primores urbis cum domino de Scalys arcis Londoniarum capitaneo, lecto Londonienſium magno numero, contra Hibernicum & plebem iverunt: quibus

Hibernici facinora.

Tumultuatur Londoniis.

quibus illi viriliter reſtiterunt. Circa Londoniarum pontem tota nocte dimicatum eſt, extra urbem plebs, in urbe Londonienſes. Quod Angliæ cancellarius vir prudens videns, Hibernico plebis capitaneo generalem veniam de præteritis pro ſe & ſuis miſit: & ſtatim plebs diſperſa eſt, & in propriam domum unuſquiſque abiit. Paulo poſt proclamatum eſt, quod quicunque Joannem Cade Hibernicum iſtum capitaneum, vivum aut mortuum, caperet, mille ſterlingorum libras haberet: qui ſtatim captus eſt, & alii illius conſpirationis auctores. Hic dico quod nihil eſt inutilius quam plebis conſpiratio & regimen: nam omnia ſine ratione evertunt; ſine diſcretione viros damnant. Idem eſt ab eis & a belluis regi: nimirum bellua multorum capitum ſunt. Et illud patet per illos perditiſſimos plebeios, qui tempore Joannis Franci captivi, mulieres Franciæ nobiles ſtuprarunt; quas poſtea trucidarunt. Vulgus inſolens in rempublicam inſurgens ferro domare oportet, alioquin ſeipſos & omnia confunderent. Quocirca Henricus ſextus in Kentiam vadit, & Cantuariæ de hac hominum peſte juſtitiam tenuit. Deinde in Suthſex profectus eſt, & ſimilem juſtitiam illic exercuit. Hunc Regis zelum erga juſtitiam, plebem indomitam compeſcentis & graviter punientis, ne in poſterum tumultuarie leviter inſurgat, approbo; quia ſæpe facilitas veniæ eſt cauſa peccandi.

Hibernicus capitur.

Plebeii graſſatores.

Anno xxx. regni Henrici, dux Eboracenſis, comes Devonſhire & dominus Cobham, a Walliæ limitibus venerunt, ut Regem adirent pro aliquarum injuriarum reformatione, & ut aliqui magni viri Regi adhærentes punirentur: campum pro bello apud Brentheth prope Detfordiam in Kentia ceperunt. Quod Henricus ſentiens, grandem exercitum ex oppoſito collegit: inter quos aliqui præſules mediarunt, Regi ſuadentes, quod Somerſetum ducem incarceraret, quibuſdam articulis Eboracæ reſponſurum, quo facto, milite diſperſo Eboracenſis dux ad Regem veniret. Quibus Rex annuit: & protinus campum Eboracus diſperſit, & ad Regem venit; quem Rex & Somerſetus ceperunt, & tanquam

Walliorum motus.

Eboracenſis dolo capitur.

L l l l ca-

captivum Londoniis induxerunt: & ita feciſſent, ſi non fuiſſet excitatus rumor de comitis Marchiæ Eboraci filii cum grandi exercitu adventu: propterea Eboracenſis libere permiſſus eſt ire quo vellet.

CAP. XVII.

De Edwardi Angli nativitate, & Eboracenſis ducis motibus. De Henrici Regis vario eventu. De Eboracenſis ad coronam affectatione & cæde: deque variis belli aleis, & principum conatibus.

Edwardus naſcitur.

ANNO 1453. Edwardum Angliæ hæredem Margareta Regina peperit. Sed quia Regem & regnum Somerſetus arbitrio regebat, multi principes contra Regem indignati ſunt, & potiſſimum Eboracenſis dux, comes Warvicus, cum multis aliis; & magno milite collecto ad Regem properavit, ut Somerſetum & aliquos Regi familiares ab eo removeret. Quorum adventum Rex intelligens, partes occidentales regni, Londoniis relictis, petit: qui ſecum habuit Somerſetum, Bokynghamiæ ducem, Straffordiæ & Northumbriæ comites, dominum Cliffordiæ, & pleroſque alios. Cujus viam Eboracenſis intelligens, Regem verſus iter dirigit; & apud Sanctum Albanum vigeſima tertia die Maii Regi occurrit. Ibi prælium commiſſum eſt, in quo Eboracenſis victor evaſit, Somerſetus cum Northumbrio, Cliffordus, & plerique alii ex parte Regis occubuerunt.

Eboracenſis novi motus.

Eboracenſis in prælio vincit.

CUM

Digitized by Google

Rex Londinias ut captus reducitur.

CUM Regem apud Sanctum Albanum fudiſſent, eum Londonias verſus duxerunt; & illuc parlamentum convocarunt: in quo Eboracenſis Angliæ protector, Warvicus Caliſii capitaneus, & Saliſburius Angliæ cancellarius creatus eſt, & aliquos Regis familiares a curia trudunt. Hoc anno aliqui inſolentes in Lombardos Londoniis commorantes inſurrexerunt; eorumque Bokynghamiæ dux & nobiles tres occiderunt: ſed poſt juſtitiam miniſtratam, ſtare ob plebis inſolentiam non audebant, quia multi ſecrete in domibus ſuis ſe armarunt. Quando magnarum urbium inſolens turba inſurgit, prudenter compeſcenda eſt; & ſeditionis auctores rigidiſſime, ut cæteri timeant, caſtigandi: alioquin in republica peſtem teterrimam graſſari permittes.

Longobardi Londoniis injuriis afficiuntur.

HOC tempore Caroli ſexti apud Parrhiſios & in Flandria Capitiatos per ſeditionem invenies. In hoc Henricum octavum laudo, quod anno ſuperiore Londonienſes in Lombardos & in mercatores extraneos inſurgentes, acriter domuit: nam quindecim Londonienſium, coram propriis ædibus patibulis elevatis, ſuſpendit. Hoc anno Petrus Briſeus Normanniæ Seneſcallus cum ſuis Sandwethchiam urbem Angliæ maritimam capiunt, & captam ſpoliant, & captivos urbis incolas abducunt. Quo anno Reynoldus Pecock Cheſtriæ præſul pro hæreſi accuſatus, & multi libri ejus combuſti ſunt. Paulo poſt, Saliſburienſem comitem dominus Audleyus prope Bloreheth invaſit: ſed Audleyus occubuit cum multis ſuorum.

Capitiati. Henrici octavi in maleficos animadverſio. Briſeus. Reginaldi præſulis hæreſis. Audleyi cædes.

ANNO 1463. Eboracenſis dux, Warvicus, & Saliſburienſis, ſuper regni regimine indignati ſunt; eo quod omnia Reginæ nutu regebantur, principibus non vocatis, & etiam quia fama vagabatur per omnes quod ipſa eos occidere intendebat: qui, ut remedium apponerent, grandem collegerunt exercitum in parte Angliæ occidentali: ad quem conflictum multos Caliſienſes Warvicus evocavit. E contraria autem parte, grandem exercitum Rex collegit, & parti oppoſitæ appropinquavit: & tempore quo conflictus fore putabatur,

Eboracenſis motus.

Eboracenſis a prælio declinat.

Somerſetus, jam dictus mortuus fit, Iriorum ductor.

Andreas Trollop Califienſes abducit, & Regi ſe jungit. Quod Eboracenſis intelligens, per Walliam iter dirigit, & in Hiberniam inſulam vadit, hæredem Marchiæ comitem cum aliis duobus comitibus relinquit: qui mox etiam a prælio aufugerunt & Caliſium ſe receperunt, & in arcem Caliſii per poſticum recepti ſunt. Verum ducem Somerſetum Caliſii capitaneum Rex creat: ſed cum Caliſium deveniret, urbem a tribus comitibus præoccupatam invenit: propterea ad arcem Gyves, quam Angli in Picardia tenent, ſe convertit. Ad hos viros ex Anglia indies plures conveniunt: a mercatoribus Staplæ Warvicus pecuniam magnam mutuo capit: & ad Hiberniam Eboracenſem alloquuturus vadit. Poſtea Caliſium revertitur; & inde per Doverum omnes tres comites cum magno milite in Angliam deſcendunt. Londonias adeunt; qua eos magna pars populi inſequitur: plebs enim illa ſatis prone propriis impenſis principes ad bellum comitatur. Rumores ubique ſpargebant, quod regiæ majeſtati nocere non intendebant, ſed iniquum conſilium ab eo removere, ut reipublicæ & ejus utilitati conſulerent. Cum magno itaque milite ſeptentrionalem Hamptoniam, in qua Rex erat, petunt: & illic acriter conflictum eſt; & Rex victus. Ex parte Regis Bokynghamiæ dux, comes Shreweſburiæ, vicecomes Bellimontis, dominus Egremundus, & plerique alii occubuerunt. Regem captivum Londonias ducunt, & mox magnum dominorum parlamentum convocant. Et interea ex Hibernia Eboracenſis venit; Angliæ coronam petit, ad quam juſtum titulum ſe habere aſſeruit. Sed ita conventum eſt quod in vita ſua Henricus regnaret, ſed ei Eboracenſis cum ſua familia ſuccederet, & interea regni protector & regens eſſet: & ſi Rex ab hoc contractu diſcederet, eſſet exauthoratus, & Eboracenſis in ejus locum ſuffectus. Sed huic parlamento Regina & Edwardus filius ejus non paruerunt, ſed in parte ſeptentrionali ſe tenuerunt: contra quos Eboracenſis vadit, in cujus ſocietate erant comes Saliſburienſis, Thomas Nevylus filius ejus, cum multis aliis; quibus amici Reginæ reſtiterunt. Et in hebdomada nativitatis Chriſti apud Wakefeldam pugnatum eſt: in quo prælio Eboracenſis

Prælium atrox.

Rex vincitur.

Captus Londinum ducitur.

Eboracenſis coronam petit.

Fit regni gubernator & hæres.

Eboracenſis cædes.

ſis dux occubuit, cum comite Rutlondæ & Thoma Neville : & comes Saliſburius captus. Statim in feſto Purificationis comes Marchiæ Eboraci filius exercitum collegit, & partem oppoſitam vicit apud Mortimeram. Hinc Regina cum ſuis partes regni meridionales petunt : quibus dux Northfolciæ, Warvicus, & multi alii prope Sanctum Albanum occurrerunt ; cum quibus Henricum Regem ducunt. Et illic pugnatum eſt : & illud prælium Warvicus amiſit ; & Henricum captivum Regina & Edwardus filius liberant. Poſt hoc duciſſa Eboracenſis Londoniis exiſtens, Georgium & Richardum filios extra mare mittit. Poſt hoc Warvicus & comes Marchiæ ex Wallia grandem colligunt exercitum & Londonias petunt, & comitem Marchiæ Edwardum, Richardi ducis Eboracenſis hæredem, Regem creant, anno Domini quadringenteſimo quinquageſimo nono : quem totus populus inſequitur. Qui poſtea Henricum in partibus ſeptentrionalibus petit, prælium apud Towton non procul ab Eboraco habuit, & triginta millia adverſariorum fudit, & victor evaſit. In hoc prælio ex parte Henrici ceciderunt comes Northumbriæ, dominus Cliffordiæ, Joannes Nevyllus comitis Weſtmarlondæ frater, Andreas Trollopus, & multi alii. Henricus, Regina, & ſui in Scotiam fugerunt. Henrico ſexto regno deſtituto relicto, res Scoticas repetamus.

Filii ejus victoria.

Warvicus victus Regem, quem captum duxit, amiſit.

Edwardus Marchiæ comes Rex creatus vincit.

In prælio deſiderati.

Henrici in Scotiam fuga.

Digitized by Google

CAP. XVIII.

De Jacobi ſecundi Scoti facie rubra conjugio; cum Douglaſſeorum potentia certamine: & ibidem, quam perniciosa ſit regno potentium principum exaltatio. De ejuſdem Jacobi ſecundi regno, ſobole, obitu & laude,

Jacobus ſecundus qui a facie ignita dictus.

POST Jacobi primi occiſionem, Jacobus ſecundus, ſive Jacobus cum facie ignita, Jacobi primi filius in Regem creatus eſt. Dicebatur Jacobus facie ignita, quia in altera gena latam notam rubri coloris habuit. Is cum virilem ætatem attigerat, in virum fortem crevit; & Gelriæ ducis filiam conjugem accepit: comitem Douglas Guillelmum, & Davidem fratrem ejus cum Malcolmo Flamingo domino Comyrnaldo, apud arcem Edimburgenſem arreſtavit: & in ejuſdem arcis monte eos capitibus privare fecit. Apud annales legi quod viri illi non erant rei mortis, ſed quod conſilio vel dolo Guillelmi Creichtoni Scotiæ cancellarii hæc perpetrata ſunt.

Gelriam ducit uxorem. Nobiles captos morti addicit.

Edimburgi arx obſidetur.

ANNO 1445. arcem Edimburgenſem Jacobus ſecundus obſedit: quam Guillelmus Creichtonus cuſtodiebat.

ANNO 1450. ſcilicet anno jubileo, Guillelmus Douglaſſeus comes Romam peregre profectus eſt cum clara nobilium multitudine.

ANNO

ANNO domini 1451. in carniſprivio, pro comite Douglaſſeo Jacobus ſecundus miſit; qui ad Regem venit Strivilingi reſidentem: quem Rex ad colloquium ſingulare vocavit, proponens ei ut ligam & factionem, quam cum comite Craufurdiæ habuit, derelinqueret. Multorum fama vagabatur, quod coronam regiam Douglaſſeus uſurparet: nam duos fratres comites habebat, videlicet Archibaldum Moraviæ & Hugonem Ormontem, inſuper ejus cognominis & cognationis Anguſiæ comes, & Mortoniæ comes; & alii erant potentes viri ejuſdem cognominis: & magnam ligam cum aliis principibus iniit. Quare Rex ſibi & regno timuit, viſis Douglaſſei opibus & ſequela, & quod comites illi ſemper erant animoſi & ambitioſi, & ab adoleſcentia pugnatores. Fertur quod temere Regi comes loquutus eſt, &, ut paucis finem imponam, a Rege & ei adhærentibus occiſus eſt. Poſt comitis occiſionem, fratres ejus in viros regios graſſati ſunt, ita quod itinerantes dubitarent utrum viros regios, an Douglaſſeos ſe appellarent. Strivilingum urbem dominus Hamiltonus, Douglaſſeorum pertinaciſſimus ſectator, combuſſit. Sed conſilio Jacobi Kenedi Sancti Andreæ Archipræſulis Regis conſanguinei, Rex victor evaſit, aliis aut occiſis aut in exilium miſſis. Pro Scotia, ut video, nimis potens comes Douglaſſenſis erat: ejus imperio 30. aut 40. millia pugnaciſſimorum paruerunt. Venationi ac juſtitiæ Scotorum Reges; & comes Douglaſſenſis militiæ vacabat: & propterea hunc pugnatorum phalanx ſequuta eſt. Propterea hunc Jacobus ſecundus non ſine gravi colore timuit. Multi referunt quod a principio Jacobus ſecundus tædio potentiæ comitis Douglaſſenſis affectus, Scotiam deſerere propoſuit; ſed conſilio & viribus Jacobi Kenedi adjutus, ad animum altiorem aſcendit; comitem Anguſiæ Douglas nomine ex matre fratrem, & pleroſque alios comitis Douglaſſenſis fratres ad Regem convertit. Noſtratibus frequenter dicere ſoleo, nil periculoſius eſſe quam domus magnas in altum extollere, & potiſſimum ſi in regni terminis ſuas vires habeant, & animoſi fuerint: propter enim hominum limitaneorum exercitationem, & in re militari induſtriam, ſpem po-

Douglaſſeorum potentia ſuſpecta.

Douglaſſei cædes.

Seditiones per fratres Douglaſſei in Scotia.

Rex vincit.

Formidoloſus Regi cur fuerit Douglaſſeus.

Magnarum domuum exaltationes periculoſæ.

Digitized by Google

nunt in armis, & refugium ab hoſtibus in neceſſitate habere ſe arbitrantur. Iſtud in Scotia a ſeptuaginta annis practicatum eſt: & patet de Marchiæ comite Dunbari cognomine, qui limitaneis orientalibus præfuit, qui Roberti tertii parvam injuriam ulciſci volens, ad Anglos ſe tranſtulit: & Edwardum ſecundum a Roberto Bruſeo fugatum, in arcem de Dunbar alter ejus prædeceſſor, ut referunt, recepit: propterea comitatu ſuo privatus eſt, ut in Jacobi primi vita meminimus. Jam idem patet de comite Douglaſſenſi, qui aliis duobus limitibus præerat. Comitem Inſularum & Roſſenſem, tempore meo, Jacobus tertius dominio ſpoliat, propter Regis contemptum. Quarto anno proxime cum hoc ſcriberem elapſo, dominum Humum & vita & dominio in ſimili cauſa privatum agnovimus. Quamdiu etiam duces Normandiæ, Britanniæ, & reliqui potentiſſimi principes in Galliæ circumferentia ſteterunt, Gallorum imperium parum prorogatum eſt, parumque fuit pacificum. Et licet iſti duces in Gallia plures redditus haberent quam comites potentes in Anglia aut Scotia, non tamen poterant plures pugnaces viros ex tempore in bellum ducere: quia ſic principibus viri Britanni afficiuntur, quod xxx. aut xl. millia propriis impenſis eos ſequuntur. Et quid mirum de impenſis, cum propriam vitam pro eis exponant, quorum multi nunquam turonum a principibus vel eorum parentibus habuerunt: ſed jam conſuetudine ducti majorum ſuorum ſequuntur veſtigia. Quando autem capitanei limitum non ſunt ita potentes viri, mediocres nobiles non eos ſequuntur, nec ex conſequenti vulgus: & licet unus potens facilius hoſti reſiſtat, quam mediocres, reſiſtentia tamen illa major domibus propriis eſt finaliter ruina, nec reipublicæ utilis. Bellum enim potentes propria authoritate movere non verentur; & multi nobiles ſimul collecti cum vulgo, ſufficienter Regi reſiſtunt quando oportet. Cum contra Douglaſſeos exercitum Jacobus ſecundus collectum haberet, non inferiorem ex oppoſito Douglaſſei habebant: quibus ab Hamiltono & a pluribus conſultum erat, contra Regem in bellum prodire. Sed Douglaſſeorum præcipuus aſſeruit, quod noluit contra ſuum verum Regem pugnare:

gnare:

gnare: quod factionis ejus magni viri videntes, rogarunt, ut ſaltem manum collectam contra Regem teneret, donec pacem ipſi aſſiſtentes ſibi procurarent: nam, acie fuſa diſperſave, pacis nihil habuiſſent. Et dominus Hamiltonus cæteris cautior, Douglaſſeo principi valedixit, concludens quod nunquam talem diem impoſterum videret, in qua aleam regni jacere poterat. Et mox non ſolum pacem Hamiltonus a Rege obtinet, ſed & Regis filiam: poſtea omnibus Douglaſſeis Rex pacem concedit. Noluit enim Deus quod pugnarent, ut Scoti ſemper veros Reges haberent. Et licet aliis modis Deus hoc facere poterat, hanc tamen viam ſine ullo bello civili elegit. Non dubium quin ſi Hamiltono Douglaſſeus acquieviſſet, formidandum fuiſſet bellum, quia propter ſuos occiſos Douglaſſei irritati, & cum ſuis deſperati: pro regno etiam alioqui pugnarent. Dehinc Douglaſſeis extinctis, primo Jacobus realiter regnat, & ſuis ad nutum leges imponit. Exercitum colligit, Angliam ingreditur anno 1456. ad quem Anglus oratores mittit, multa promittens: ſed cum Jacobus reverſus eſſet, & promiſſa non videret, iterato exercitum grandem collegit, Angliamque ferro & igne turbat, & incolumis ad ſuos rediit: & tempore belli, in campis tanta humanitate erga quemlibet in bello uſus eſt, ut eum non tanquam Regem timerent, ſed revererentur, & tanquam patrem amarent. Et ex Maria Regina tres filios Jacobus ſecundus genuit, ſcilicet Jacobum qui ei in regno ſucceſſit, Alexandrum Albaniæ ducem, & Joannem de Marria comitem, & duas filias, quarum majorem natu Hamiltonus, ut dixi, in conjugem duxit.

Jacobus, ſuppreſſis Douglaſſeis, regnans libere, Angliam invadit.

Jacobi ſecundi ſoboles.

POST hoc Roxburgum arcem, quam Angli intra Scotiam multis diebus tenuerant, Jacobus obſedit, nimis curioſus circa inſtrumenta bellica. Ex magno enim tormento obſtructorium ligneum ejectum Regem interemit, & Anguſiæ comitem læſit: Regibus impoſterum exemplum, ne nimis prope talia inſtrumenta jactûs tempore ſtarent. Sed ab obſidione, principis nece non diſſoluti ſunt, quouſque arcem capiunt. Tertio autem die Auguſti & vigeſimo nono anno vitæ ſuæ,

Jacobi ſecundi mors.

Roxburgus recipitur.

& regni vigeſimo quarto occiſus eſt, & in Sanctæ Crucis monaſterio Edimburgi honorifice ſepultus eſt: in cujus morte tantus erat populi dolor & gemitus, quantus eſt in privata domo de patrisfamilias dilectiſſimi morte. Inter Reges ſtrenuos plerique huic palmam dant, quia circa rem militarem ſtudium omne applicuit, & belli tempore cuilibet militi ſe æqualem præbuit. Ego autem hujus patrem, ſcilicet Jacobum primum, huic tam ingenio quam in fortitudine bellica præſero: verum in animoſitate patrem multum imitatus eſt. Sui corporis uterque fuit neglector, dummodo tempore belli ſecundus inter milites æquitabat; & ei cibum & potum communem milites offerebant: ſine alicujus prælibamine comedit & bibit, tantum in ſuo milite confidens, quod eum toxico tolleret nemo. Et non fallebatur: licet in hoc ejus prudentiam non agnoſcam.

Jacobi ſecundi præconia.

CAP. XIX.

De Jacobi tertii coronatione; Henrici Angli ſexti in Scotia & Anglia geſtis. De Reginæ Scotiæ obitu & incontinentia. De Albaniæ ducis captura & reſtitutione: deque Kenedi epiſcopi obitu & præconiis.

Jacobus tertius coronatur.

POST Jacobi ſecundi obitum, Jacobus tertius, puellus ſeptem annos natus, apud Calcou coronatus eſt: & poſt hoc ſtatim arcem de Werk in Anglia humi Scoti proſtrarunt. Anno 1461. Henricus Sextus ab Edwardo Eboracenſi victus, ſalvum conductum pro mille equitibus a

a Scotis petiit; petitoque obtento, Edimburgum Scotiæ reginam ab Anglia ſolum viginti leucis diſtantem petit; & inibi in fratrum Prædicatorum conventu hoſpitatus eſt, cum Regina uxore ſua Margareta, & primogenito ſuo Edwardo; cum quibus Somerſetus dux Exceſtriæ & Gloceſtriæ erat, & multi alii nobiles. Sed in Franciam Regina cum Edwardo filio, quia Franca erat, abiit. Bervicum urbem Scotis Henricus tradit: verum cum Edwardo novo Rege quindecim annorum inducias Scoti capiunt, neſcio quibus Edwardi promiſſionibus: omnia autem tunc apud Scotos, quia Rex puellus erat, a Jacobo Kenedo Sancti Andreæ archipræſule regebantur.

Henrici ſexti Angli in Scotia geſta.

Regina Angliæ Franciam repetit.

POST hoc in Angliam Henricus rediit, multorum principum Angliæ inſtigatione ductus; & ab Edwardo victus, & incarceratus eſt. Per id tempus Petrus Briſeus Francus aliquot arces in partibus borealibus cepit, qui in Henrici ſexti ſubſidium a Franco miſſus eſt: in arce Alnewik, ab Edwardo obſeſſus eſt, qui evadere non potens, ad Scotos pro obſidione diſſolvenda mittit. Georgius Douglaſſeus Anguſiæ comes & limitum cuſtos, exercitum ad Angliæ limites duxit: ex quo xiii. millia electiſſimorum totius exercitus capit, & ad arcem obſeſſam in meridie devenit, & Gallos liberos in Scotiam ſecum ducit, maximo Anglorum exercitu ſpectante. Aliquibus enim Anglis ſuadentibus bellum inire, aliis viſum eſt (& ita factum eſt) ſatius eſſe virum ſine bello ſinere abire: quia licet gentem paucam, delectiſſimam tamen habuit.

Henrici ſexti in Angliam regreſſus. Capitur.

Briſei geſta & obſeſſio.

Obſidionis diſſolutio.

ANNO 1463. Regina Scotiæ Edimburgi obiit, & in collegio Sanctæ Trinitatis, quod quidem ipſa fundaverat, inhumata eſt. Poſt Jacobi ſecundi mortem caſtitati non ſtuduit, ſed Adam Hepburnum domini de Haleſio hæredem virum uxoratum ad ſtuprum pellexit. Imprudentiſſima hæc mulier erat, quæ ex toto regno virum principem uxore carentem, vel alicujus principis hæredem, non accepit: & ita magis improbe quam Jacobi primi uxor fecit. Eodem anno

Reginæ obitus & incontinentia.

Digitized by Google

Albaniæ dux capitur. Alexander Albaniæ dux Jacobi frater per Anglos in mari captus eſt. Non legi quorſum hunc puerum noſtri mittere volebant; ſed eum liberare facit Jacobus Kenedus, cum nave & integris bonis ejus, alioqui inducias cum Anglo pactas non ſervaſſet. Reſtituitur.

Jacobi Kenedi præſulis obitus & præconia. ANNO 466. ſupra milleſimum Jacobus Kenedus diem clauſit extremum; & in collegio Sancti Salvatoris in Sancto Andrea ab ipſo ſumptuoſiſſime fundato inhumatus eſt. Hoc præſule inter noſtros præſentatiorem legi neminem. Ejus conſilio & induſtria Douglaſſeus comes apud Scotos potentiſſimus extinctus eſt. Tempore etiam ſuo in toto regno tranquillitatem ſervavit; & cum Anglo inducias inviolatas. Commendam nullam niſi Pethynvemiæ octingentorum aureorum habebat, ultra Sanctum Andream: & tamen ſumptuoſum collegium in Sancto Andrea propriis impenſis extruxit; eo modo quo in rebus eccleſiæ epiſcopus proprietatem habere poteſt: ſuper qua poteſtate latius in quartum loquutus ſum. Navim inſuper immanem & fortiſſimam extruxit, & ſepulchrum ſibi ipſi ſumptuoſiſſimum, ita quod plerique in dubium revocare ſoleant, in quo iſtorum trium plures fecit impenſas. Duo in viro non laudo, ſcilicet commendam cum tali epiſcopatu tenuiſſe, licet exigua erat: nec ſepulchri ſumptuoſitatem approbo.

ANNO Domini 1469. decimo autem die Julii, Norvegiæ Regis filiam Margaretam nomine duodecim annos natam Jacobus tertius 20. annos natus Edimburgi conjugem capit. In dotem jus Regis Norvegiæ in Orchadibus inſulis, & in reliquis inſulis Scotiæ Britannicæ adjacentibus prætenſum, capit. Jacobo tertio relicto, ad res Anglicas redeamus.

CAP.

CAP. XX.

De ducis Clarentiæ & comitis Warvici moribus & exitibus. De Edwardi, Richardi, & Henricorum Regum Angliæ geſtis, & variis eventis. De Richardi impietate & triſti exitu: & de Henrici octavi atque ejus ſororum connubiis.

ANNO 1470. dux Clarentiæ & Warvicus comes cum ſuis conjugibus, Angliam relinquentes Edwardi Regis timore, in Normandiam deſcenderunt, ut illic ad tempus reſiderent & reſpirarent, & tandem contra Edwardum in bellum procederent. Quod quidem Carolus Burgundus ſentiens, qui Edwardi Regis ſororem conjugem habuit, moleſte tulit: & ad ſenatum Pariſienſem unas mittit literas, quatinus Ludovico Regi ſignificent, ut Anglos de ſuo regno protinus expellat; dicens ſi id non faceret, in quocunque Galliæ loco Angli eſſent eos caperet. Sed pro Burgundi literis minatoriis nihil actum eſt. Eodem tempore in arce Amboſiæ Carolum octavum futurum Regina peperit undecimo Junii, quem Walliæ princeps, hoc eſt Henrici ſexti hæres, de fonte levavit. Paulo poſt dux Clarentiæ & Warvicus comes, Gallia relicta, in Angliam vadunt, & in primo in terram deſcenſu cujuſdam baronis caput obtruncant: dehinc ad Briſtou nobilem villam Angliæ vadunt, in quam benigne recepti ſunt. Poſtea vexillis levatis, Londonias petunt; quibus ſexaginta hominum millia auxiliares inter tranſeundum occurrunt. Mira gentis levitas! Henricum

Ducis Clarentiæ & comitis Warvici fuga.

Carolus Burgundus.

Carolus octavus naſcitur.

Angliam repetunt dux & comes.

Henricus ſextus regno reſtituitur.

cum ſextum de Londoniarum arce liberant, liberatumque regno reſtituunt; & regni gubernacula regenda Warvicus capit. Qui antea, Henrico expulſo, Edwardum in Regem creat, nunc, Edwardo expulſo, Henricum recreat, qui dejectus fuerat, ut aſſerunt: Reges erexit, & pro arbitrio depreſſit. Edwardus ad Burgundum, qui ejus ſororem conjugem habuit, aufugit: ſuppetias regni recuperandi ab eo petiit, & petitas accepit. Edwardus ergo iterato, magno cum milite, anno 1471. Angliam petit; cui Anglorum multi in auxilium occurrerunt. Contra quos Henricus ſextus, Walliæ princeps ejus filius, & Warvicus comes obviam eunt: inter quos atrox commiſſum eſt prælium, in quo Edwardus ſuperior evaſit; Walliæ princeps occubuit; Henricus ſextus captivus abductus eſt; & Warvicus Regum creator interiit. Fortunæ igitur non eſt fidendum; ſiquidem eventus belli eſt ambiguus, & nunc hunc nunc illum vorat gladius. Poſt hoc comes Pembrochiæ, & Henricus comes Richemundi in parvam Britanniam deſcendunt. Anno milleſimo quadringenteſimo ſeptuageſimo quinto, xxix. Auguſti in Gallias Edwardus venit, Caroli Burgundi, & comitis Sancti Pauli Franciæ coneſtabilis pollicitationibus allectus, qui ei opem pro Francia recuperanda promittunt: ſed dum venit, promiſſa non implent. Quocirca caduceatorem ad Ludovicum undecimum Edwardus Anglus mittit, aſſerens ſe aliqua arcana habere Franco patefacere, modo ad colloquium ſecum veniret. Hoc Ludovico ſumme placuit. Pinquigniacum in Ambianorum agro ſitum, locum colloquendi eligunt. Interea a Pariſianis ſeptuaginta quinque millium nummûm aureorum Ludovicus mutuo capit, quam ſummam ſolvere citra kalendas Novembres promiſit. Poſt hoc ingenti exercitu ſtipatus ad Ambianos Ludovicus proficiſcitur, & duos appendices in Pinquigniaci ponte extrui fecit, unum quo ipſe ſtaret, alterum quo Edwardus ex oppoſito ſe haberet: & inter utrumque appendicem paries erat medius, latis foraminibus cancellatus, ut per ea Reges ſe videre & alloqui poſſent. Anglicum Gallicumque exercitus Somona fluvius, qui per Ambianos labitur, ſegregabat.

Edwardi ad Burgundum fuga.

In Angliam reditus, & illic prælium, in quo vicit: & cadunt hoſtium capita.

Edwardi in Franciam deſcenſus.

Regum colloquium.

A Ludovico autem pecunia a Pariſienſibus mutuo capta Edwardus donatus eſt. Ex quo datur intelligi quod ab oratoribus Edwardi Ludovicus de tali ſumma danda certior factus erat. Quinque annorum inducias ceperunt, ea lege, quod in quolibet illorum quinque annorum Ludovicus Anglo 50. millia nummûm aureorum daret. His peractis omnes Anglorum copias Edwardus Caliſium remittit. Et dum Caliſii Edwardus eſſet, Ludovicus Luxemburgenſis coneſtabilis unas literas ad Anglum mittit, eum imbellem appellans, quod ſic Gallias ſine marte relinqueret. Super quibus literis Edwardus indignatus, inſcio coneſtabili, rem Ludovico communicat. Paulo poſt Clarentiæ dux Edwardi frater Londoniis occiſus eſt, propterea quod ſorori, Burgundi conjugi, præter Edwardi voluntatem opem præſtare conatus eſt; quia ut alii, & apparentius, volunt, ad Angliæ regnum anhelabat: & illius rei argumentum erat, quod Warvici filiam in uxorem haberet. Edwardi tempore Henricus ſextus, qui Pariſii coronatus erat, in carceribus obiit. Plerique referunt Richardum Gloceſtriæ ducem Edwardi fratrem Henricum ſextum occidiſſe. Hic Henricus miraculis plurimis (ut Angli referunt) coruſcat: vir animoſus & clemens fuit, ſecundum temporis exigentiam; ſed Anglorum inſtabilitate, qui Regum novitate gaudent, interiit. Tres filios & duas filias Edwardus genuerat: & viam univerſæ carnis ingrediens, liberos & regnum Richardo fratri commendat, rogans ut maximum ſuorum natorum in regnum inveſtiret. Quo mortuo, Angliæ regens Richardus declaratus, doloſe ad regnum anhelabat: tres Edwardi pulcherrimos filios occidi, ut ipſe regnaret, juſſit; & tamen liberos non habebat. O cæca regnandi libido! Richardo nepotes vere erant hæredes, quos cum regno regere poterat; ſed tam divinis quam humanis poſthabitis, tres ex fratre nepotes puellos pulcherrimos & innocentes ad mortem feriri juſſerat, & poſtea regni diadema ſuſcepit; quod parum tenuit. Henricus Richemundi comes apud Gallicas oras exulans, a multis Anglis vocatus eſt. Quia diu apud Gallias ſteterat, a Carolo octavo quinque millibus virorum ſtipatus (quorum mille Scoti

Pacta in colloquio.

Clarentiæ ducis cædes.

Henrici ſexti obitus.

Edwardus Richardo fratri regnum & liberos commendat.

Richardi tyrannis.

Henricus Richemundi comes Angliam repetit.

erant, ſed Joannes Roberti filius Hadingtonenſis erat præcipuus & Scotorum ductor) in Walliam deſcendit, ubi ſtatim copiis auctus eſt, quia novitatem Regum Angliæ populus avet. Quare cum Richardo Rege bellum iniverunt, Richardumque in bello occiderunt: & poſtea Richemundus Londonias proficiſcitur, ubi Rex & Henricus ſeptimus declaratus eſt. Hujus avia erat Katherina Henrici quinti uxor & Francorum Regis filia; frater erat ex matre Henrici Regis ſext: ſed cum Edwardi Regis primogenita, tunc Angliæ hærede, matrimonium contraxit, & Rex fuit indubitatus. Contra hunc comes Lincolniæ inſurrexit: ſed contra omnes inſurgentes prævaluit. Hic Henricus fuerat diu Rothomagi, ubi in domo Patricii cognomine Regis Scoti commenſalis in tenuitate ſteterat: cui Patricius commiſertus magnam fortunæ partem expoſuit. In omnibus agendis oculatiſſimus, inſurgentes magna prudentia compeſcuit, & principum multa capita obtruncavit: avaritiæ duntaxat nimis ſtuduerat; multis enim viis excogitatis, a mercatoribus & divitibus pecuniam ingentem collegit. Primogenitum Arthurum cum Ferdinandi Aragonenſis Regis filia conjunxit: poſt cujus obitum eam Henrico ſecundo genito tradidit. Quod autem duo fratres eandem mulierem ſucceſſive non ducant, eſt ſolum humana lege cautum, non per legem naturæ aut per legem Moyſaicam: immo illa lege cavebatur, ut fratris defuncti ſemen frater ſequens ſuſcitaret. Modo ſobolem Arthurus non reliquit: pater autem duas filias reliquerat, Margaretam ſeniorem, quæ Jacobo quarto Scotorum Regi nupſit, & Mariam natu minorem, quam Ludovicus duodecimus Francorum Rex duxit conjugem; ſed Ludovico defuncto, duci Suffolco matrimonio tradita eſt.

Richardi cædes.

Henricus ſeptimus.

Henrici octavi conjugium.

Hæc hactenus: reliqua alii, aut nos alias.

F I N I S.

I N D E X.

A

ABERCORN Monaſterium, Pag. 52.
Aberdonia urbs, Scotiæ quondam regia, 24. caſu comburitur, 149. ab Anglis diruitur, 237.
Abernethya, Pictorum regia & ſedes epiſcopalis, 85.
Abthani officium, quid ſit, 95.
Achaius Scotorum Rex, primus cum Francis amicitiam iniit, 79. rogatu Caroli M. viros doctrinâ claros in Galliam mittit, Ibid.
Acton (Rogerus) Lolardus comburitur, 288.
Actui moraliter bono quid ſufficiat, 75. 111.
Ada filia comitis Varrenæ, Henrici Huntingtoniæ comitis uxor, 110. monaſterii apud Hadintonam fundatrix, 135.
Ada filia Henrici Huntingtoniæ comitis, Hollandiæ comiti nupta, 110.
Adagia quædam, 39. 67.
Ægyptiaci dies, 150.
Aeria oppidum, 161.
Agned antiquum Edimburgi nomen. *Vide* Edimburgum.
Agnes de Dunbar, Nigra dicta, comitis Marciani uxor, Dunbari arcem contra Anglos defendit, 232. ejus ſcommata in Anglos, 233.
Aidanus epiſcopus Scotus Northanhumbros religione Chriſtiana imbuit, 72. ejus pietas, 74. oſſium reliquiæ a Colmanno in Scotiam delatæ, 77.
Aidanus Scotorum Rex, 68.
Alanus de Galweia Margaretam filiam Davidis Huntingtonii uxorem ducit, 138. 174. moritur, 148.
Albanac Bruti F. a quo Scotia Albania dicta fingitur, 35.
Albani S. paſſio, 46.
Albania, Scotia quondam ſic dicta, 35.
Albericus Legatus Hoſtienſis E. ad Davidem I. R. Carliolum venit, 110.
Albion antiquum Britanni ænomen, 1. unde dictum, 2.
Alclud. *Vide* Dunbertane.
Alcuinus Scotus in Franciam miſ-

ſus, 79. commentarios in S. Scripturas ſcribit, 80.
Alemannica natio Pariſiis, prius Anglicana dicta, 88.
Alexander Argadus, a Roberto I. victus, fidelitatem præſtare recuſat, 190. in Angliam ire permittitur, ibique moritur, Ibid.
Alexander Jacobi I. Regis F. mortuus, 303.
Alexander Inſulanus Invernes comburit, 302. a Rege fugatus ſe dedit, Ibid.
Alexander I. Scotorum Rex, Audax, ſive Fers dictus, ejus geſta, obitus & ſepultura, 107. 108.
Alexander II. Scotorum Rex, 139. Northam obſidet, & Northumbriam populatur, 140. Henrico Philippi Franci F. ad Angliæ regnum vocato apud Doverum gratulabundus occurrit, 140. Carliolum capit, Ibid. propter hæc excommunicatur, Ibid. pro abſolutione multum pecuniæ dat, 141. Carliolum Anglo reſtituit, 146. Henrici III. Angli ſororem in uxorem ducit, quâ mortuâ, Mariam filiam Ingelrami de Couchi, 148. moritur, 149. ejus præconia, 157.
Alexander III. Scotorum Rex. Controverſia in ejus coronatione, 150. ejus genealogia, 151. Henrici III. Angli filiam ducit, 153. ab equo cadens exſtinctus, 156.
Alexander Alexandri III. F. natus, 155. moritur, 156.
Almain (Jacobus) Senonenſis, Joannis Majoris diſcipulus, 7.
Alnvicum oppidum in Northumbria a Malcolmo III. obſeſſum, 106.
Alpes Scotiæ, 24.
Alphridus Weſtſaxonum Rex moritur, 91.
Alpinus Scotorum Rex, Pictos cruento prælio vincit, 80. poſt annum ab eiſdem profligatur, captivus abducitur, & capite truncatur, 81.
Aluredus Suthſexiæ Rex Danos pugnâ vincit, 89.
Amberkellethus Scotorum Rex, pugnans contra Pictos ſagittâ interiit, 78.
Andreas S. Apoſtolus. Ejus reliquiæ delatæ in Scotiam, 48. ejus crux Hungo Pictorum Regi apparuit, 84.
Anglia regnum, unde dicta, 37. 58. ejus limites, 14. flumina majora, 15. urbes celebriores, 17. in ſeptem regna ab Engiſto partita, 57. campanis abundat, 88. parochiarum in ea, numerus, 104. interdicto ab Innocentio Papa feritur, 129. Pontifici Romano ſubjicitur, 190.
Angli, populus. Eorum in muſica peritia, 18. in natali Dominico mores, 122. forma & ſpecies, 70. quidam eorum caudati naſcuntur. *Vide* Rocheſtria. Fidem Chriſtianam recipiunt, 71. 74. eorum mira levitas, 330. 331. contra Scotos, niſi bello civili in Scotia graſſante, nihil proficiunt, 28. Scotos præliis ſuperant, 92. 109. 159. 165. 181. 226. 231. 244. 248. 284. 289. a Scotis ſuperantur, 90. 103. 109. 140. 162. 167. 192. 198. 200. 233. 235. 246. 262. 270. 289. Galliâ expulſi, 315.
Anglorum orientalium regnum, ejuſque limites, 57.
Anguſia regio, vaſtatur, 231.
Anguſius Galvidiæ regulus rebellis domatur, 133. filium Malcolmo IV. obſidem dat, & ipſe in cœnobio

S.

Digitized by Google

S. Crucis fit monachus, Ibid.
Anna Bohemiæ Regis filia, Richardi II. Angli uxor, 253.
Annates Sollendæ dictæ, 22.
Anſelmus Cantuarienſis A. a Gulielmo II. Anglo in exilium actus, 104. ab Henrico I. revocatur, 115.
Aranea inſula, 24.
Arbroth monaſterium opulentum a Gulielmo Rege fundatum, 135.
Arthuri Britonum Regis ortus ſpurius, 64. corporis & animi dotes, 65. fortia geſta, Ibid. & ſeq. mors, ſepulturæ locus, & epitaphium, 67.
Arundelliæ comes capite truncatur, 257.
Arundellius (Thomas) Cantuarienſis A. a Richardo II. Anglo depoſitus & proſcriptus, 258.
Arx Puellarum, ſive Edimburgi. *Vide* Edimburgum.
Aſſeclarum Regum pericula, 242.
Aſſiſium quid ſit, 300.
Athelſtanus Anglorum Rex, Danorum plurimos perimit, 89. a Pictis fuſus & interfectus apud Adelſtanfurd, 85. 89.
Atholiæ comites. *Vide* David de Strabolgy, Stuartus (Gualt.)
Avenæ ad panem conficiendum præparatio in Scotia, 6. 8. ejus ſpecimen ſeu probatio, 7.
Auguſtinus monachus in Angliam a Gregorio Papa miſſus, populum Kentiæ ad fidem convertit, 71.
Aumundus fluvius in Laudonia, pugna juxta eum, 95.
Aurelius Ambroſius Conſtantii F. 54. in Regem a Britonibus creatur, 62. Vortigerum in arce igni comburit, Ibid. ope Scotorum Engiſtum ſuperat, Ibid. veneno tollitur, 63.

B

BAldredus S. in tribus ſimul ſepultus locis, & facti miraculum, 68.
Baliolus (Edwardus) Jo. R. F. in carcerem ab Anglo conjectus, 160. Scotiam, ab Anglo ſuffultus, invadit, 223. Scotos ad Duplinum cædit, Ibid. S. Joannis villam capit, & Sconæ coronatur, Ibid. fugatur, 224. in Scotiam cum Anglo reverſus, loca munitiora occupat, 227. Alexandri Moubray juri contra fratris ejus filias temerè favet, 228. eum poſtea a ſe removet, Ibid. in Angliam cum Anglo profectus, 230. cum eodem reverſus, Laudoniam & alias Scotiæ regiones ferro & igni vaſtat, 245. jus ſuum ad regnum in Anglum transfert, 247. in Galliam profectus, 242.
Baliolus (Henricus) fortiter pugnans cæditur, 224.
Baliolus (Joannes) Darvargillam Alani comitis Galvidiæ ſecundo genitam uxorem ducit, 148. 174.
Baliolus (Joannes.) *Vide* Joannes Rex.
Ballochus (Donaldus) terras de Lochabyr vaſtat, 305. comites Marræ & Katenefs fudit, Ibid. in Hiberniam diſcedit, Ibid.
Balmurinach cœnobium, fundatum, 148.
Balynbrok (Henricus) Lancaſtriæ ducis F. comes Derbius creatur, 253.
Bannok fluviolus, maxima Anglorum ſtrage ibi commiſſa celebris, 190. 192.
Barclay (David) auratus eques, exſus, 245.

Barry (Thomas) Bothvillæ præpoſitus, ejus carmen in pugnam de Otterburn, 275.
Bas rupes, annatibus Soliendis dictis abundans, 22.
Baſſianus, Romanus in Britannia dux, cæſus, 47.
Beatrix filia Malcolmi II. R. Crynino Abthano de Dul nupta, 95.
Becket (Thomas) Londinenſis E. fit Cantuarienſis A. & Angliæ Cancellarius, 119. in exilium actus, Ibid. ejus martyrium, & parricidarum nomina, 122.
Beda venerabilis laudatur, p. 3. 39. 41. 45. 53. ejus patria, ætas, doctrina, mors, & ſepulturæ locus, 78. 80.
Bello-monte (Henricus de) unus ex Edwardi Balioli ducibus, 227. in Buchania in arce de Dundark obſeſſus, 228. in Angliam fugit, Ibid. ejus ſævitia, 231.
Bervicum oppidum, ab Anglis occupatum, a Scotis recipitur, 185. ab Anglis fruſtra obſidetur, 187. iterum obſeſſum, 223. Anglo traditur, 226. a Scotis capitur, 247. Anglo per oppidanos deditum, Ibid. arx pro redemptione Anglis tradita, 135. Scoto redditur, 136.
Bervicum Septentrionale vicus, 146. monaſterium mulierum ibi fundatum, Ibid. in ea parochia Joannes Major natus, Ibid.
Bothville (collegium de) fundatur, 283. arx diruitur, 232.
Botha inſula, 25. 229.
Brandani Bothæ inſulæ inermes, Alani Lile vicecomitis homines fugant, ipſumque lapidibus obruunt, 229.
Brigida S. 85.
Briſeus (Petrus) Normanniæ Seneſchallus, Sandwetchiam capit & ſpoliat, 319. in ſubſidium Henrici VI. Angli a Franco miſſus aliquot arces in Anglia capit, 327. in arce Alnewick ab Edwardo IV. obſeſſus, a comite Anguſiæ liberatur, Ibid.
Britannia inſula, Albion olim dicta, & unde, 1. & ſeqq. deſcribitur, 4. ——— 11. vitibus deficit, 8. mineralibus multis abundat, Ibid.
Britannorum mores in Chriſti natali, 122.
Britannus (Joannes) Richmundiæ comes a Scotis prælio captus, 208.
Britones cum Scotis & Pictis Julium Cæſarem fugant, 42.
Britones a Cæſare domiti, & tributarii effecti, 43. contra Scotos Pictoſque per cliv. annos bellum gerunt, 44. Saxones advocant, 55. ab eis ſubjugantur, 57.
Britonis cujuſdam facinus & interitus, 314.
Brudeus Pictorum Rex, 85.
Bruſeus (Alexander) comes Carriki & dominus Galvidiæ, Edwardi Balioli partes ſequitur, 224.
Bruſeus (Alexander) Roberti I. Fr. ab Anglis captus obtruncatur, 182.
Bruſeus (Edwardus) Roberti I. Fr. Donaldum Inſulanum prælio ſuperat capitque, 189. arcem Strivilingi obſidet, 190. ab Hibernis Rex poſtulatus, eorum inſulæ magnam partem ſubigit, 20. prælio temere, ne victoriam cum fratre communicaret, commiſſo, occiditur, 201.
Bruſeus (Nigellus) Roberti I. Fr. ab Anglis captus, ultimo ſupplicio afficitur, 82.
Bruſeus (Robertus) Anandiæ dominus

nus Iſabellam Davidis Huntingtonii filiam uxorem ducit, 155. 174.
Bruſeus (Robertus) Ro. F. cognomento Nobilis, Anandiæ dominus regni Scotiæ competitor, 155. 158. 174.
Bruſeus (Robertus) Rob. F. Rob. N. Anandiæ & Clevelandii dominus, Martham Carriki comitiſſam uxorem ducit, 155. 174.
Bruſeus (Robertus) Rob. F. Rob. N. Rob. Pron. *Vide* Robertus I. Rex.
Bruſeus (Thomas) Roberti I. Fr. ab Anglis captus ultimo ſupplicio afficitur, 182.
Bruſeus (Thomas) Carrici comes, Stuarto ſe adjungit, 229.
Brutus Britonum dux: de eo fabulæ, 2. 3. 35.
Bullok (Gulielmus) cuſtos arcis de Cupro, ad Bruſianas partes flexus, 235. arcem Edinburgenſem aſtu recipit, 236.
Burlæus (Gualterus) claret, 188.
Burramure campus prope Edimburgum; Geldrenſes ibi victi, 236.
Butha ſive Botha inſula. *Vide* Botha.

C

CAcabi ex pellibus confecti, 215.
Cade (Joannes) Hibernicus, tumultus in Anglia excitat, 316. capitur, 317.
Cæſar (Julius) in Britanniam deſcendens profligatur, 42. victor Britanniam magnam partem ſub Romanorum ditionem ponit, 43. ad fretum Scoticum perveniens literas ad Scotos & Pictos mittit, Ibid. revocatus, domum lapideam prope aquam de Caron exſtrui jubet, Ibid.
Calco, vulgo Kelſo, cœnobium, 14. 110.
Caleſium ſeu Itium, urbs maritima Galliæ, 4. a Burgundiæ Duce obſeſſa, 314. ab Anglis obſeſſa, 244.
Calidonia ſylva, in Scotia, 24.
Cambele Dominus de Lochquhaw, CD. viros ad Stuartum adducit, 228.
Cambuskynneth, monaſterium, 110.
Campanarum in Anglia copia, 88. communi earum materiæ argentum miſtum, Ibid.
Cantabrigiæ univerſitas in Anglia, 17. 88.
Canuthus ſive Knothus Danus Anglorum Rex, 89. ejus liberi, 92. moritur, 96.
Carentius quidam Britonibus præficitur, 47. Scotis ſuffultus Baſſianum interficit, Ibid.
Carikum regio, 229.
Carlaverok arx, diruitur, 248.
Carleil urbs Angliæ, a Scotis & Pictis diruta, 45. a Scotis diu poſſeſſa, 110. 141. Anglis reſtituta, 146.
Carmelitæ Scotiam intrant, 155.
Carolus M. Imp. & Francorum R. ab Achaio Scoto viros doctrina florentes obtinet, 79.
Carolus VII. Francorum R. tunc Delphinus, a Scotis auxilia impetrat,
Carolus VIII. Francorum R. naſcitur, 329.
Caron (Alex.) Alexandri I. cubicularius, Vexillifer perpetuo creatur, 108. Skrymgeoure dictus & quare, Ibid.
Caron fluvius, 43.
Carruther (Gul.) Stuarto ſe adjungit, 229.

Digitized by Google

Carthuſiani apud Perth, 305.
Caſſibelanus Britonum Rex, Julio Cæſari 3000. lib. argenti quotannis ſolvere ſpondet, 43.
Caterani et eorum feritas, 305.
Cathenenſes epiſcopum ſuum in ipſius coquina cremant. 148.
Cathedra marmorea (Scotorum Palladium) in Scotiam allata, 41.
Caxtonus (Gul.) hiſtoricus Anglus, arguitur, 1. 103. 118. 158. 211. 239. 288.
Celeſtinus I. Papa Palladium epiſcopum ad Scotos mittit, 53.
Cereviſiæ in Scotia conficiendæ methodus, 9. 10.
Chriſti Natalis quomodo in Britannia obſervetur, 122.
Clankay & Clanquhele, tribus duæ inter Scotos ſylveſtres; per XXX. viros ex alterutraque decertant, 28.
Clankatan tribus Clancameronum progeniem exſtinguit, 302.
Clarentiæ dux Henrici V. Angli Fr. a comite Buchaniæ in prælio interfectus, 290.
Claudius Imp. majorem Britanniæ partem in ditionem accipit, 44. Orchades domat. Ibid.
Clemens Scotus, in Franciam ad Carolum M. mittitur, 79.
Clericus an ſit laicâ juriſdictione jure Divino exemptus, 119.
Cliffordus Anglus Gulielmum comitem de Niddiſdale nefarie percuſſit, 278.
Clydiſdale regio, 229.
Cokburn (Gulielmus & Joannes) in Anglia capti, 284.
Colmannus Scotus, Northanhumbrorum epiſcopus III. de regula Paſchatis obſervandi diſputat, 76. in Scotiam revertitur, Ibid. pro Anglis qui eum ſequuti ſunt, monaſterium in Hibernia fundat, 77.
Columba S. Pictos in fide inſtituit, 68. 85.
Columbanus S. Scotus in Francia claret, 69.
Combria provincia Angliæ, a Conſtantino III. Scoto amittitur, 92. Malcolmo I. tradita, 94. deinceps diu a Scotis poſſeſſa, 103. 109. 119. 132. a Scotis vaſtata, 109.
Cometa viſus quid portendat, 63.
Congallus I. Scotorum Rex, 62.
Congallus II. Scotorum R. 80.
Conſtantius ſive Conſtantinus I. Scotorum Rex auxilia Britonibus concedit, 62. moritur, Ibid.
Conſtantinus II. Scotorum R. proditione Pictorum interiit, 90.
Conſtantinus III. Scotorum R. bella ejus cum Anglis, 92. ab eis victus Combriam amittit, Ibid. apud S. Andream monachus fit. Ibid.
Conſtantinus IV. dictus Calvus, Scotorum Rex, in prælio interfectus, 95.
Conſtantinus Conſtantii F. ex monacho fit Rex Britonum, 55. a Pictis Vortigeri ſatellitibus trucidatur, Ibid.
Cornubia arx, a Scotis & Francis capta, 265.
Corpus an in diverſis locis ſimul eſſe poſſit, 68.
Couplant (Joannes) Vaſco, Davidem II. Scotiæ R. in prælio capit, 244.
Cranſtonus (David) Jo. Majoris diſcipulus, 7.
Craufordiæ mora in Scotia auro abundat, 5.

Creich-

Creichton (Gul.) Scotiæ cancellarius, 305. in arce Edimburgenſi a Rege obſidetur, 322.
Creſſinghamus (Hugo) in Scotiam contra Wallaceum miſſus, 159. 162. prælio interficitur, 159.
Cryninus Abthanus de Dul, Beatricen Malcolmi II. filiam uxorem ducit, 95.
Cryſticlok quidam ruſticus humanis carnibus veſcitur, 235.
Culinus Scotorum Rex a Rohardo, cujus filiam vitiaverat, interficitur, 94.
Culros monaſterium fundatur, 146.
Cumbria provincia. *Vide* Combria.
Cumyngorum potentia et factio, 154. Alexandrum III. captivum ducunt, Ibid. Wallaceum deſtituunt, 165.
Cumyngus (Gualterus) comes Mentetheus, 150. 154.
Cumyngus (Gualterus) in prælio cæſus, 224.
Cumyngus (Gualterus) alius, in prælio de Kilblene cæſus, 230.
Cumyngus (Gul.) comes Marriæ, 154.
Cumyngus (Gul.) uxorem Roberti I. capit & ad Anglum deducit, 181.
Cumyngus (Joannes) Buchaniæ comes, 154. in Angliam cum exercitu miſſus, 160. Scotiæ Regens electus, Anglos inſigni prælio apud Roſlin fudit, 160. Roberto I. adverſatur, 183.
Cumyngus (Joannes) J. F. Reid ſive Ruber dictus, Roberti Bruſei ſecreta Anglo patefacit, 171. ab eo confoſſus, 172.
Cunningamia regio, 229.
Cupri arx ab Anglis tenetur, 232. a Scotis recipitur, 235.
Cuthbertus S. Monachus Melroſſenſis, ordinatur epiſcopus, 77.

D

DÆmon futura contingentia prædicere nequit, 61.
Dalary, locus, 181.
Dalſwynton arx diruitur, 248.
Dani in Angliam veniunt, 87. tres Anglorum Reges perimunt, 88. Eboracum capiunt & Northumbriam omnem occupant, Ibid. ab Aluredo fuſi, 89. Reges Angliæ Danici generis, 89.
Dares (Jac.) Anglus, a Scotis in pugna captus, 246.
Darvargilla. *Vide* Dernougilla.
David Atholiæ comes. *Vide* David de Strathbolgy.
David Huntingtoniæ comes, Henrici comitis F. 110. regnum, dum Gulielmus R. frater captivus eſſet, rexit, 134. filiam comitis Ceſtriæ uxorem ducit, 136. ejus Soboles, 174.
David I. S. Scotorum Rex. Mathildi Imperatrici ſororis filiæ fidelitatem jurat, 116. propterea in verba Stephani Angli jurare abnegat, 117. ut Mathildi ſuppetias ferret Angliam invadit, 116. Anglos apud Alertonem prælio vincit, 109. pro captivorum redemptione Combriam & Northumbriam obtinet, Ibid. in prælio Standardi victus, Northumbriam reddit, Ibid. Anglos iterum invadere parat, Ibid. inducias tamen concedit, Ibid. quibus finitis, Northumbriam vaſtat, 110. Henricum Mathildis Imp. filium,

lium, poſtea Angliæ Regem, militari balteo cingit, 110. 119. arcem apud Carliolum exſtruit, & oppidi iſtius muros, Ibid. cœnobia xiii. et epiſcopatus ix. inſtituit, 110. 114. ejus fortitudo, temperantia, juſtitia, miſericordia, patientia, pietas aliæque præclaræ dotes, & obitus, 112. 113.
David II. Scotorum R. Edwardi III. Angli ſororem ducit, 218. in Franciam profugit, 223. in Scotiam redit, 236. Angliam invadit & capitur, captoris tamen dentibus prius excuſſis, 244. obſidibus datis, revertitur de redemptione tractaturus, 249. ſed re infecta redit, Ibid. pro ducentis nobilium millibus liberatur, 250. decimas a Papa impetrat, 254. Scotis, ut Anglum poſt ſe in Regem ſibi acciperent, ſuadere fruſtra nititur, 255. Margaretam Logy uxorem ducit, Ibid. quam poſtea repudiat, 256. moritur, Ib. quo pacto ſylveſtres Scotos domuit, 257.
Dea fluvius, 22.
Dernougilla ſeu Darvargilla filia Alani de Galway, Joanni Baliolo nupta, 174. monaſterii de Dulcicorde fundatrix, 156.
Dona fluvius, 22.
Donaldus Bane Malcolmi II. R. F. poſt patris necem inſulas Scotiæ adit, 97. Norvegiæ Regis auxilio fretus regnum Scotiæ occupans, a Duncano II. expellitur, 106. iterum regnat, & ab Edgaro denuo expellitur, 107.
Donaldus Bane aliàs Macwilliam. *Vide* Macwilliam.
Donaldus Inſulanus, ab Edwardo Bruſeo ſuſus captuſque, 189.
Donaldus Inſulanus apud Harlaw fugatus, 293.
Donaldus Marriæ comes regni cuſtos electus, 222. ad Duplinum cæſus, 225.
Donaldus V. Scotorum Rex. Pictorum reliquias, dum Anglis ſuffultæ contra eum pugnaturæ veniunt, interimit, 90.
Donaldus VI. Scotorum Rex Danos contra Anglos juvare recuſat, 91.
Donaldus VII. *Vide* Donaldus Bane.
Doverum oppidum Angliæ, 14. 320.
Douglaſſeus (Archibaldus) Gallowayæ Dominus, fit III. comes de Douglas, 276. in prælio captus, aſtu evadit, 250. arcem Lochmaben capit, 264. ad Otterburn pugnat, 267. Marciæ & Northumbriæ comites fugat, 282. moritur, Ibid.
Douglaſſeus (Archibaldus) comes de Douglas IV. a Marchiæ comite & Anglis apud Homildon victus capitur, 285. cum Perceiis contra Henricum IV. Anglum pugnans, tres regali veſtitu amictos perimit, 287. in Galliam contra Anglos profectus dux Turonenſis creatur, 289. in prælio cæſus, 290.
Douglaſſeus (Archibaldus) comes de Douglas V. in arcem de Lochlevin relegatus, 304. liberatur, 305.
Douglaſſeus (Arch.) Gallovidiæ Dominus, Scotiæ cuſtos electus, 225. prælio ad Halidonem cæſus, 226.
Douglaſſeus (Archibaldus) Moraviæ comes, 323.
Douglaſſeus (Archibaldus) comes Wigtonienſis, in Galliam contra Anglos profectus, 289.

Dou-

Douglaſſeus (David) Douglaſſiæ VI. comitis Fr. cum fratre capite plectitur, 322.
Douglaſſeus (Georgius) Anguſiæ comes V. 323. Gallos quoſdam, in arce Alnewick ab Anglo obſeſſos, liberat, 327.
Douglaſſeus (Gulielmus) Anguſiæ comes II. arcem Dumbari capit, 305. cum Anglis pugnat, 307.
Douglaſſeus (Gul.) comes de Douglas I. ex Gallia in Scotiam reverſus regiones quaſdam, ejectis Anglis, recuperat, 245. Gul. Douglaſſeum de Liddiſdale occidit, Ibid. Galloidianos ad Davidis II. partes compellit, 248. ad regnum jus prætendit, 259. poſtea eidem renunciat, Ibid. Tevidaliam ab Anglis recuperat, 264. moritur. Ibid.
Douglaſſeus (Gul.) comes de Douglas VI. capite plectitur, 322.
Douglaſſeus (Gul.) comes de Douglas VIII. Romam profectus, 322. a Rege arceſſitus, 323. factionem inter ſe & Craufordiæ comitem deſerere hortatus temere reſpondet, & a Rege confoſſus eſt, Ibid.
Douglaſſeus (Gul.) Dominus de Liddiſdale ab Anglis captus, 225. redimitur, Ibid. unus e ducibus contra Gelrenſes, 230. Anglis expulſis, Tevidaliam recuperat, 234. ejus fortitudo, Ibid. ex Gallia quinque naves cum armis ad Scotos adducit, 235. in Perthæ obſidione vulneratur, Ibid. Cupri arcem recuperat, 235. limitum mediorum cuſtos, 237. Alex. Ramſayum in carcere fame enecat, 243. Davidem Barclayum tollendum curat, 245. ipſe occiditur, Ibid.
Douglaſſeus (Gul.) Dominus de Nidſdale, 234. 245. [*potius de Liddiſdale, idem nempe qui prior*, q. v.]
Douglaſſeus (Gul.) A. F. nothus, ejus fortitudo, 226. Ægidiam Roberti II. filiam in matrimonium obtinet & cum ea dominium de Nidſdale, Ibid. a domino Cliffordo Anglo percuſſus, 278.
Douglaſſeus (Hugo) comes Ormundiæ, 323.
Douglaſſeus (Jacobus) Miles excommunicatur, 186. arcem Roxburgi capit, 190. Edwardum II. Anglum fugientem inſequitur, 198. Anglos Scotiam invadentes, tribus eorum ducibus interemptis, fudit, 200. in Angliam cum Thoma Moraviæ comite miſſus Edwardi III. tentorium aggreditur, 215. Roberti I. cor verſus Terram Sanctam ferens, ab Agarenis prælio cæſus, 222.
Douglaſſeus (Jacobus) Comes II. de Douglas, Roberti II. filiam in uxorem impetrat, 259. cum comite Fifenſi Angliam vaſtat, 265. Perceium ſingulari certamine vincit, 267. in prælio de Otterburn fortiter pugnans cæſus, 270.
Draco ad cometen viſus, 63.
Dracones duo in fundo duarum cavernarum a Merlino inventi, pugnant; et rei portentum, 61.
Driburgum monaſterium a Richardo II. Anglo combuſtum, 265.
Dronſtanus S. Eugenii R. avunculus claret, 69.
Drummond (Anabella) Roberti III. uxor, 279.
Druſco Pictorum Rex. Ejus oratio ad exercitum ſuum contra Scotos, 82. a

Digitized by Google

82. a Scotis captus capite plectitur, 83. 84.
Duella improbantur, 279.
Duffus Scotorum Rex, pacificè tegnans occiditur, 94.
Duffus (Anguſius) Cateranorum ductor, 305.
Dulcicordis monaſterium fundatum, 156.
Dumbari villa ab Joanne Anglo combuſta, 140. arx contra Anglos per feminam defenſa, 232.
Dumbarus (Georgius) Marchiæ comes VIII. Edwardum II. Anglum ex prælio profugum in arcem ſuam recipit, 198.
Dumbarus (Geo.) Marchiæ comes X. Douglaſſeo ad regnum jus prætendenti ſe opponit. 259. Roxburgum ab Anglis tunc poſſeſſum ob cubicularii ſui cædem ſpoliat & incendit, 262. Exhortatio ad ſuos poſt pugnam de Otterburn, 274. ob injuriam ſibi & filiæ illatam limites turbat, 282. a comite Douglaſſeo fugatur, Ibid. Anglis ſe adjungens, Scotos apud Nesbit-moram & Homildon vincit, 284. 285. comitatus ſuus ei reſtituitur, 291.
Dumbarus (Geo.) Marchiæ comes XI. comitatu ſuo exutus, Buchaniæ comitatu a Rege donatur, 306.
Dumbarus (Jo.) Moraviæ comes, Douglaſſeo regnum petenti ſe opponit, 259. in prælio de Otterburn pugnat, 267. 270.
Dumbarus (Pat.) Marchiæ comes IX. ab Edwardo Baliolo victus, 223. arcis Bervici præfectus, 225. eam dedere atque in verba Angli & Edwardi Balioli jurare coactus, 226. Gelrenſes prælio devincit, 230. inter alios Pertham obſidet, 523. Anglos prælio vincit, 246.
Dumbarus (Pat.) Geo. comitis F. Faſtcaſtellum ab Anglis capit, 293.
Dumbarus (Tho.) Ja. F. Moraviæ comes, 280.
Dumbretanum urbs, prius Alcluid dicta, 45. a Scotis & Pictis diruta, Ibid. Murus Romanus ibi terminatus, 52. combuſta, 299. caſtellum Davidi II. paret, 227.
Dumfreis, arx a Davide II. diruta, 251.
Duncanus I. Scotorum Rex, 96.
Duncanus II. Malcolmi III. nothus, expulſo Donaldo patruo, fit Rex Scotiæ, 106. Donaldi dolo occiſus, Ibid.
Duncanus Fyfenſis comes, ab Edwardo Baliolo captus in ejus verba jurat, 223. cuſtos regni ejus nomine conſtitutus, per Davidis II. ſequaces capitur, 224.
Dundark caſtellum in Buchania, obſidetur, 228.
Dundranan monaſterium, a Davide I. fundatum, 110.
Dunelmenſis Eccleſia, per Malcolmum III. extructa, 105.
Dunfermeling monaſterium, 106. ibi Scotorum reges recentioribus temporibus humari ſoliti, 133.
Dungallus Scotorum Rex in Pictos bellum movet, 80.
Duns vicus, 262.
Duns (Joannes) Scotus Minorita, Doctor Subtilis dictus, 17. 262. ejus obitus, 170.
Duram, *Vide* Dunelmenſis Eccleſia.
Duriſdeir arx, diruta, 251.
Duthacus S. locus in extrema Scotiæ ora, 183. 226.

Ebo-

E

Eboracum urbs in ſeptentrionali parte Angliæ, illius regni ſecunda, 16. a Danis capta, 88.
Echadius. *Vide* Ethach.
Edgarus Scotorum Rex, expulſo Donaldo Bane patruo, regnat, 107.
Edgarus Atheling fugit in Scotiam, 101. ſororis filios regni Scotiæ hæredes in Angliam mittit, & quare, 106.
Edimburgum urbs Scotiæ primaria, 11. antiquitus Agned dicta, poſtea Hethburgus ab Heth Pictorum Rege, 45. ab Edwardo III. Anglo combuſta, 248. arx pro redemptione Guillelmi R. Anglo traditur, 135. Scoto reſtituitur, 136. ab Anglis occupata, aſtu recipitur, 236. ab Henrico IV. Anglo obſeſſa, 283. ab Jacobo II. obſeſſa, 322.
Edimburgenſe ſive S. Crucis monaſterium fundatum, 110. ab Anglis combuſtum, 165.
Edmundus Angliæ Rex Combriâ provinciâ Malcolmum I. Scotum donat, 94. a Danis interficitur, 88. Patronus Alemannicæ nationis Pariſiis, Ibid.
Edmundus Ironſide cum Canuto regnat, 89. 95. ab Edricho Strateone nefariè occiditur, 89.
Edwardus I. Aluredi F. Angliæ Rex, 89.
Edwardus II. Edgari F. Angliæ Rex, a noverca ſua ſublatus, 89.
Edwardus III. Angliæ Rex, Confeſſor dictus, ejus indoles, miracula, virginitas, 93. obitus, 101.
Edwardus I. [Stirpis Normannicæ.] Angliæ Rex, dictus Longſhankis, 239. Henrico patri ſuadet ut Romam pro juramento relaxando mitteret, 142. a proceribus captus, carceres frangendo evadit, Ibid. Simonem de Monthforth apud Kenilworth ſuperat, 143. Walliam domat, 144. Davidem Walliæ principem ſupremo afficit ſupplicio, Ibid. Judæos ex Anglia ejicit, 145. controverſiæ de regno Scotiæ arbiter electus, pro Joanne Baliolo ſententiam fert, ſeque regni illius dominum ſuperiorem pronunciat, 158. 171. Bervicum capit, Dumbari arcem obſidet, Scotoſque in ejus verba jurare cogit, 159. cum Gulielmo Wallaceo pugnare detrectat, 163. Robertum Bruſeum de medio tollere molitur, 172. grandem exercitum adverſus eum pugnaturus cogit, ſed in itinere moritur, 183.
Edwardus II. Angliæ Rex, Carnarivanus dictus, 185. Iſabellam Franci filiam uxorem ducit, Ibid. cum grandi exercitu Scotiam intrat, Ibid. inſigni clade fuſus ac fugatus, a comite Marchiæ in Dumbari arcem recipitur, 198. Bervicum obſidione cingit, 187. quam diſſolvere cogitur, 206. exercitus alios, abſente Roberto I. R. in Scotiam mittit, ſed abſque ſucceſſu, 200. Ipſe cum magno exercitu Scotiam iterum ingreſſus, fame redire cogitur, 203. 208. a ſuis incarceratus, 210. diris cruciatibus necatur, 216. ejus laus 217.
Edwardus III. Angliæ Rex, dictus Windiſora, 190. comitis Hannoniæ neptem ducit, 238. patre incarcerato regnat, 210. in Scotiam cum grandi exercitu tendit, 210. 212.

Digitized by Google

Jacobi Douglaſſei manus ægre evadir, 211. 215. a Scotis deluſus Londinum repetit, 211. 216. in patrem contumacia, quem inimicis ſuis in cuſtodiam tradit, 210. 216. jus dominii quodcunque ſuper regno Scotiæ prætenſum ejurar, ſororemque ſuam Davidi Roberti I. filio in uxorem tradit, 217. 224. 239. 240. audito tamen Ranulphum regni cuſtodem obiiſſe, contra Scotos tendit, 221. at eum vivere comperto, domum revertitur, 222. cum Edwardo Baliolo Scotiam invadit, 225. Bervicum obſidet, Ibid. præfecti filium obſidem in parentum conſpectu laqueo ſuſpendit, 226. Scotos ad Halidonem vincit, 226. Bervicum ei traditur, Ibid. Baliolum in locis munitioribus ponit, & ad propria redit, 227. reverſus Moraviam ferro & igni vaſtat, Elginum incendit & Aberdoniam diruit, 231. Perthæ muros & arces aliquot, cœnobiorum vi. impenſis reparari jubet, Ibid. ea in urbe fratrem ante altare interficit, Ibid. ad ſua redit, Ibid. Caliſium obſidet, 244. Bervicum nuper a Scotis recuperatum ei ab oppidanis iterum traditur, 247. magnam partem claſſis, quæ contra Scotos ducebatur, amittit, Ibid. Hadintonam incendit & Edimburgum, 248. rediens mulros ſuorum amittit, & a Scotorum inſidiis ipſe magnopere periclitatur, Ibid. moritur, 252.

Edwardus Edwardi III. F. moritur, 252.

Edwardus IV. Angliæ Rex, 327. 330.

Edwardus Weſtſaxonum Rex, 91.

Eldcaſtellus (Joannes) dominus Cobhamus propter hæreſin combuſtus, 289.

Eldredus Anglorum Rex, 89.

Elginum oppidum ab Anglis incenditur, 231.

Ella Northumbriæ Rex a Danis prælio cæſus, 88.

Emergarda filia comitis de Bellomonte, Gulielmi R. uxor, 136.

Emoniæ inſulæ monaſterium fundatum, 108.

Engiſtus dux Saxonum cum ſuis Britanniam advenit, 55. agros a Vortigero obtinet, Ibid. Britonum primores Mlx. fraude interficiendos curat, 57. Britanniam a ſe denominat Engiſti terram, 57. & in ea ſeptem regna inſtituit, Ibid.

Eremitagium caſtellum Anglis traditur, 244.

Equites aurati creati, 303. 313.

Erskinus (dominus Robertus) Edimburgi, Dunbretani & Sterlini arcium præfectus Douglaſſeo regnum petenti obſtat, 259.

Erth F. Ethach, Pater Ferguſii II. 48. 51.

Ethach ſive Echadius, frater Eugenii I. R. cum filio ſuo Erth in exilium acti, 48.

Ethus Kennedi Magni F. Scotorum Rex, a Gregorio in pugna cæſus, 90.

Euſemia filia comitis Roſſenſis, Roberti II. uxor ſecunda, 278.

Eugenius I. Scotorum Rex, a Pictis cæſus, 48.

Eugenius II. Scotorum R. Britones clade magna afficit, 52.

Eugenius III. Scotorum Rex, 68.

Eugenius IV. Scotorum Rex, 77.

Eugenius V. Scotorum Rex, 78.

Eugenius Donaldi VI. Regis F. Combriam a Conſtantino accipit, 92.
Excommunicatio & interdictum quando timenda, 141.

F

Fabuloſæ narrationes de Britonum, Scotorum & Hibernorum origine, 35.
Falklandia arx, diruitur, 232.
Faſtcaſtellum arx a comitis Marchiæ F. capta, 293.
Faukirk villa, prælium apud eam, 159.
Ferguſius F. Ferchardi primus Scotorum in Britannia Rex, 40.
Ferguſius II. Erthi F. Scotiæ regnum inſtaurat, 51. a Romanis prælio cæſus, 52.
Fiacrius S. Scotus in Gallia claret, 69.
Finanus Scotus Northanhumbrorum epiſcopus ſecundus, 76.
Flamingus (Malcolmus) arcis de Dumbretane præfectus, 227. 228.
Flamingus (Malcolmus) de Comyrnaldo, capite pœnas luit, 322.
Foreſta ab Anglis occupatur, 244.
Fortha fretum, mare Scoticum dictum, 22. 43.
Fraſer (Alexander) prælio cæſus, 223.
Fraſer (Gualterus) cum Gulielmo Bullock arcem Edimburgenſem aſtu recipiunt, 236.
Fraſer (Jacobus & Simon) cum Roberto Ketho villam de Perth capiunt, 224. uterque cum eorum fratre Andrea ad Halidonem cæſi, 226.
Fraſer (Simon) Anglos prælio ſuperat, 160. ab eis captus obtruncatur, 183.
Froſſardus (Joannes) hiſtoricus laudatur, 211. 226.

G

Gabrianus S. Scotus, 62.
Galfredus Andigaviæ dux, 116.
Gallorum Scotorumque amicitia, 79. 246. 289. 290. 298. 305. eorum quidam in Scotiam miſſi Scotis fortiter auxiliantur, 246.
Gallovidia regio, inter filios Alani tripartita, 148. ab Anglis occupatur, 244.
Gallovidienſes rebellantes domantur, 133. 135. 136. 148.
Gant (Joannes) Lancaſtriæ dux inducias cum Scotis paciſcitur, 264. in Scotiam venit, Ibid.
Garenteris (Eugenius de) in Scotiam cum Francis aliquot auxiliariis & ſumma auri miſſus, 246.
Garnard Pictorum Rex, 85.
Gavaſton (Petrus) Vaſco, in Hiberniam relegatur, 185. a Rege revocatus ab Anglis obtruncatur, Ibid.
Gelriæ dux ab Anglis conductus Scotiam invadit, 230. prælio victus in Angliam proficiſci permittitur, Ibid.
Gerneth arx in Wallia incendio deletur, 62.
Gilbertus Gallovidienſis reliquos Scotos hoſtiliter invadit, 135. fratrem ſuum lingua & oculis privat, Ibid. Gulielmo Regi ſe dedit, Ibid.
Gillenus S. Scotus, in Gallia claret, 69.
Gilloſchop Scotus Moraviam invadit, & Invernefs incendit, 148. a comite Buchaniæ interficitur, Ibid.
Glammæ villa, 95.
Glaſgua urbs, et univerſitas, 19.
Godhame (Adam) claret, 188.
Gordonus (Joannes) Anglos ſpoliat, & prælio vincit, 262. Muſgraiſum Bervici præfectum capit, 263.

Gormundus Afer in Hibernia & Britannia graſſatur, 69. in Gallias tranſit, 70.
Gothredus Macwilliam, alias Donaldus Bane, rebellis capite pœnas luit, 139.
Goury regio vaſtatur, 231.
Grahame ſive Gramus (Patricius) Edwardo I. Anglo diu & fortiter reſiſtens occiditur, 159.
Gramus (Joannes) de Abercorn, ad Wallacei partes accedit, 162. in acie apud Vàriam Capellam cæſus, 165.
Gramus (Patricius) Anglum quendam ad pugnam provocantem duello interficit, 234.
Gramus (Robertus) Jacobum I. trucidat, 309. ejus ſupplicium, 312.
Gramiſdyk murus Romanus ſic dictus, 52.
Grayſtok Baro Anglus, a comite Marchiæ captus, 264.
Grayus (Thomas) Edwardi III. Angli locumtenens, prælio a Scotis ſuperatus, cum filio captivus abducitur, 246.
Gregorius Scotorum Rex, Ethum prælio ſuperat, 90. libertates eccleſiæ ampliat, Ibid. ſimultates inter regni principes mulcet, Ibid. Hiberniam & boreales Angliæ partes ſubigit, 91.
Grimus ſeu Grymus Scotorum Rex, 95.
Gualo P. R. Legatus, Scotiam ſub interdicto ponit, & Alexandrum II. excommunicat, 140. atque Ludovicum Francum, 142.
Gualterus Scotiæ Seneſcallus, 174.
Guian (Joannes) Franciæ Ammiraldus, in Scotiam 2000 auxiliarios ducit, 265.
Gulielmi Cantuarienſis A. improbitas, 117.
Gulielmus I. Baſtardus dictus Angliæ Rex, puer ſeptennis dux Normanniæ Francorum Regis ope effectus, 96. Haroldum Angliæ R. capit, 92. eum quali jurejurando obſtrinxerit, 93. Angliam invadit, &, occiſo in pugna Haroldo, regnum occupat, 102. contra Malcolmum III. proficiſcitur, ſed cum eo convenit, 103. ejus proles, mors & ſepultura, 104.
Gulielmus II. Angliæ Rex, Rufus dictus, Anſelmum Cantuarienſem A. in exilium mittit, 104. Aulam Weſtmonaſterienſem exſtruit, 105. religioſis domibus multis dirutis, ſaltum ingentem efficit, Ibid. in eo, inter venandum, ſagittâ a nodoſo ramo repercuſſa exſtinctus, Ibid.
Gulielmus Scotorum Rex natus, 110. Henrico II. Anglo pro terris in Anglia homagium facit, 134. Angliam vaſtat, Ibid. ſed, dum incautus paucis comitatus incederet, capitur, Ibid. pro redemptione ſua arces iv. Anglo tradit, 135. monaſterium apud Arbroth exſtruit, Ibid. arces & obſides Richardus ei reddit, 136. Emergardam filiam Henrici comitis de Bellomonte uxorem ducit, Ibid. ejus cum Joanne Anglo concordia, 138. moritur, 139.

H

HAbernus ſive Savernus fluvius Angliæ maximus, 15.
Hadintona urbs in Laudonia, 85. 135. ab

ab Joanne Anglo incenditur, 140. & ab Edwardo III. 248.
Hæretici in Anglia combuſti, 288. 315.
Hales (Alex.) Anglus, claret, 143.
Haliburton (Joan.) ad Nesbit-moram prælio cæſus, 246.
Haliburton (Joan.) alius & Jacobus in Nesbit-mora capti, 284.
Halidon mons, prælium ibi commiſſum, 226.
Hamiltonus (Jac.) Strivilingum incendit, 323. Douglaſſeis relictis, pacem a Rege impetrat & ejus filiam in matrimonium, 325. 174.
Hangonanus Norvegiæ Rex Margaretam Alexandri II. filiam uxorem ducit, 156.
Haraldus Angliæ Rex, 92. matrem & avunculum in exilium mittit, Ibid. ejus corpus a fratre exhumatum & in Tameſim projectum, Ibid. a piſcatoribus inventum ſepelitur, Ib.
Hardiknothus Angliæ Rex Danici generis ultimus, 98. Haraldi fratris corpus exhumari & in Tameſim projici facit, Ibid.
Harfletum urbs Galliæ ab Anglis capta, 288.
Harguſtus ſive Hurguſtus Pictorum Rex, Britones prælio ſuperat, 48.
Harlaw Marriæ vicus, prælium ibi commiſſum, 293.
Haroldus Angliæ Rex, in Flandriam navigans a Gulielmo Normanno captus, 93. jurat ſe ejus filiam ducturum & Angliæ regnum ad ejus commodum ſervaturum, 94. liberatus renuit, & a Gulielmo bello petitus interficitur, 102.
Haſtiludia an licita, 234.
Haſtingus regni Scotiæ competitor, 158.
Hauthornden cavea, 236.
Helenora Provinciæ comitis filia Henrici III. Angli uxor, 142.
Henricus I. Angliæ Rex Beauclerc dictus, Mathildem Malcolmi III. filiam uxorem ducit, 115. ejus filii duo ſubmerſi, 116. ipſe moritur, Ibid.
Henricus II. Angliæ Rex, prius Andigaviæ comes, Mathildis Imperatricis F. 116. ad Davidem I. Scotiæ R. a matre miſſus ab eo cingulo militari cingitur, 110. 119. Angliam invadit, & cum eo regnum Stephanus R. dividit, 118. quo mortuo, in toto Rex ſuffectus eſt, 119. Walliam domat, Ibid. Thomam Cantuarienſem A. in exilium mittit, 119. & ad eum tollendum ſuos movet, 122. ejus dominium, 126. moritur, Ibid.
Henricus III. Angliæ Rex Helenoram Provinciæ Comitis F. uxorem ducit, 142. proceres contra eum rebelles domat, 143. conſiliarios corruptos ab Alexandro III. Scoto genero ſuo amovet, 154. monaſterium S. Petri Londinii exſtruit, Ibid. moritur, Ibid.
Henricus IV. Angliæ Rex ducis Lancaſtriæ F. comes Derbius creatur, 253. & dux Herfordiæ, 257. in exilium miſſus, 258. in Angliam reverſus Richardum II. R. capit, Ibid. ipſe Rex creatus, Ibid. filium Henricum Regem creat, Ibid. Scotiam intrans Edimburgum obſidet, 283. Perceios rebelles devincit, 286. moritur, 287.
Henricus V. Angliæ Rex a patre creatus, 258. Lolardos comburit, 288. Normanniam petens inſidias patitur, Ibid. Harfletum capit, Ibid.

Gallos apud Eggyncourt in Picardia magno prælio ſuperat, Ibid.
Henricus VI. Angliæ Rex, 313. coronatur Londini & Pariſiis, 314. Margaretam Lotharingi ducis F. uxorem ducit, 315. ad S. Albanum prælio victus captivus Londinum ducitur, 319. ab uxore, hoſtibus pulſis, liberatur, 321. iterum victus, cum Regina in Scotiam fugit, Ibid. & 327. in Angliam rediens in vincula & in carcerem detruditur, 327. 330. ibique moritur, 331.
Henricus VII. antea Richemundi comes, apud Gallos exul, ope Francorum & Scotorum Angliam invadit, 331. Richardo IV. in prælio cæſo, coronatur, 332.
Henricus VIII. Angliæ Rex, fratris viduam uxorem ducit, 332. Londinienſes in Lombardos inſurgentes acriter punit, 319.
Henricus Henrici I. Angli F. in patrem rebellat, 126. in partem regni aſſumitur, Ibid. ab Eboracenſi A. coronatur, 134.
Henricus Davidis I. R. F. Northumbriæ & Huntingtoniæ comes, Northumbriam a Stephano Anglo accipit, 110. ejus uxor, ſoboles & mors, Ib. & 174.
Hepburnus (Adam) Haleſius, arcis Dumbari præfectus, 306.
Hepburnus (Adam) A. F. 327.
Hepburnus (Pat.) Haleſius, in Neſbit-mora a Marchiæ & Northumbriæ comitibus cæſus, 284.
Herkelay (Andreas) capite plectitur, 208.
Hertus (Rob.) Jac. comitis Douglaſſei II. armiger, 270.
Hibernia inſula, 4. ejus ſitus, 37. a Gregorio Scoto domita, 91. Anglis magnam partem ſubjecta, 125. 141.
Hiberni à S. Patricio religione Chriſtianâ imbuti, 53. Anglis ſubjecti, 125. 141. Edwardum Bruſeum ſibi Regem efflagitant, 200.
Hii inſula S. Columbæ, ejus monaſterii juriſdictio, 73.
Hiſpani ſuperbi, 29.
Holdenus (Tho.) a Georgio Dumbaro captus, 293.
Holonde (Jo.) comes Huntingtoniæ creatus, 253.
Holmcultran monaſterium, 110.
Hubba & Hunguar Dani in Anglia graſſantur, tres Anglorum Reges perimunt, 87. occiduntur, 89.
Hugo comes Ceſtriæ occiſus, 226.
Humbra fluvius Angliæ, 15.
Hungus ſive Hunguar aut Inguar, Danus. *Vide* Hubba.
Hungus Pictorum Rex Athelſtanum Anglum prælio ſuperat, 85.

I

JAcobus I. Scotorum Rex, in Franciam a patre miſſus ab Anglis capitur, 287. Joannam Ducis Lancaſtriæ neptem uxorem ducit, 295. in Scotiam revertitur, Ibid. multos procerum ſupplicio afficit, 300. 301. ſagittandi exercitium ſub pœna præcipit, 301. Alexandrum Inſulanum fugat, 302. Carthuſianos apud Perth inſtituit, 305. Roxburgum obſidet, 307. nefarie occiſus, Ibid. ejus præconia, 309.
Jacobus II. Scotorum Rex natus, 303. Gelriæ Ducis filiam ducit, 322. Douglaſſeos domat, 323. & ſeqq. ejus ſoboles, 325. Roxburgum obſidet,

ſidet, 325. obſtructorio ligno ex magno tormento ejecto exanimatur, Ibid. ejus elogium, 626.
Jacobus III. Scotorum Rex Margaretam Norvegiæ Regis F. uxorem ducit, 175. 328.
Jacobus IV. Scotorum Rex Margaretam Henrici VII. Angli F. uxorem ducit, 175. 332.
Jacobus V. Scotorum Rex, 175. 259.
Jarſi ſive Jerſy inſula, 14.
Jedwardiæ arx capitur, 291.
Jedwardiæ billæ quales, 197.
Jedwardiæ monaſterium, 110.
Indulfus Scotorum Rex a Danis occiſus, 94.
Innocentius III. Papa apud Joannem Anglum pro conventu Cantuarienſi intercedit, 129. Angliam interdicto ſubjicit, Ibid. cum Rege Franciæ ut Angliam invaderet agit, Ibid.
Inſulæ Scotticæ, 25.
Inverbervy vicus, 236.
Inverneſs oppidum incenditur, 148. 302.
Inundationes aquarum in Scotia, 138. 254. unde proveniant, 138.
Joanna Edwardi II. Angli F. Davidis II. Scoti uxor, 218. 241. laudatur, 251. 255.
Joanna Jacobi I. R. uxor, 295. 312.
Joannes Anglorum Rex, 129. Priorem et conventum Cantuarienſem in exilium ejicit, Ibid. regna Angliæ et Hiberniæ in Pontificis Rom. manus reſignat, 130. ſe & ſucceſſores pro 1000. marcis curiæ Romanæ quotannis ſolvendis obligat, Ibid. Scotiam ingreſſus Dumbarum Hadintonamque incendit, 140.
Joannes Baliolus Scotorum Rex ab Anglo declaratus, in ejus verba jurat, 158. ut a jurejurando ſolveretur Romam mittit, Ibid. Scotiam relinquit, 159. in Galliis moritur, 171. 242.
Joannes comes Cathenenſis magna parte comitatus ſui mulctatur, 148.
Joannes Eltham Edwardi II. F. regiones Scotiæ vaſtat, 231. a fratre Edwardo III. Perthæ confoſſus ante altare, Ibid.
Joannes Francorum Rex ab Anglis captus, 249.
Joannes Oxoniæ comes Richardi Angli frater, 126.
Joannes Parvus latro Anglus, 128.
Joannes Scotus quando floruit, 91. Dion. Areopagitæ Hierarchiam rogatu Caroli Calvi Latinè vertit, Ibid. a pueris quos docebat graphiis enectus, Ibid. ejus epitaphium, Ibid.
Jonſtonus (Joan.) prædas ex Anglia ducit, 263.
Iſabella Davidis Huntingtoniæ F. natu tertia, Ro. Bruſeo nupta, 155. 174.
Iſabella Caroli VI. Franci filia Richardi II. Angli uxor, 253.
Iſabella Philippi IV. Franci filia, Edwardi II. Angli uxor, 185. in Galliam profecta redire recuſat & proſcribitur, 209. in maritum crudelitas, 210. 216.
Iſlandia inſula, tritici expers, piſcibus abundat, 22.
Itium. *Vide* Caleſia.
Judæi ex Anglia ejecti, 145.
Julii Cæſaris in Britannia geſta, 43. 44.

K

KAnuthus ſive Knothus R. Angl. *Vide* Canuthus.

Digitized by Google

Katharina Caroli VII. Franci filia, Henrici V. Angli vidua, Oweno cuidam nubit, 314.
Kelſo monaſterium. *Vide* Calco.
Kenedus I. Alpini F. Scotorum Rex, proceres ad bellum contra Pictos hortatur, 81. inexorabiles ſtratagemate accendit, 82. Pictos debellat, eorumque regnum ſuo adjicit, 84.
Kenedus II. Scotorum Rex dolo comitiſſæ Anguſiæ occiſus, 94.
Kenedus (Jacobus) Dunkeldenſis, & poſtea Andreapolitanus E. 307. ejus prudentiâ Rex multum juvatur, 325. obitus & elogium, 328.
Kenedus (Jo.) in Strivilingi arcem relegatus, 305.
Kenedus Malcolmi II. patruus, prælio interfectus, 95.
Kenethus More quatuor millium de Strathnaverne dux, 301.
Kentiæ regni limites, 57.
Kentigernus S. baptizatus, 53. in Gleſcu ſepultus, 68.
Kethus (Gul.) de Galleſton, Anglos ſuperat, 233. inter alios Pertham obſidet, 235.
Kethus (Robertus) cum Jac. & Simone Fraſeriis Pertham capiunt, 224.
Kilblene foreſta, 230.
Kildromiæ arx, 181. Davidi II. paret, 227. obſidetur, 230.
Kirkbius (Richardus) capitur, 224.
Kirkpatricius (Rogerus) Jo. Red-Cumyngum confodit, 172.
Kirkpatricius (Rogerus) R. F. Niddiſdaliam ad Davidis II. partes adducit, 248. clanculum interfectus, 254.
Kyla regio, 161. 229.
Kyrkbius. *Vide* Kirkbius.

L

LAbienus Tribunus Romanus a Britannis occiſus, 42.
Langle (Tho.) Cantabrigiæ comes dux Eboraci creatur, 253.
Lauder (Ro.) Baſſeus, capitur, 284.
Lauder (Tho.) arcem de Urquhart pro Davide II. tenet, 227.
Laudonia Scotiæ comitatus, unde nomen fortita, 65. vaſtatur, 245. 248. aquarum inundationem patitur, 254.
Laureſton arx capta & diruta, 231.
Lermont (Tho.) Rymer dictus, 156.
Letha portus, 19.
Lethenſes bipennes quales fuerint, 197.
Levelinus Walliæ Regulus, ab Edwardo I. Anglo bis victus, in bello occubuit, 144.
Liberorum copiæ & inopiæ cauſa, 127.
Lichton (Gualterus) cæſus, 279.
Lilburn (Jo.) Anglus, victus & captus ab Jo. Gordonio, 262.
Lile (Alanus) Vicecomes Bothæ, ab incolis lapidibus obrutus, 229.
Lindeſayus (Alex.) prælio apud Vernolium cæſus, 290.
Lindeſayus (David) Craufordiæ comes creatus, 280. 281.
Lindeſayus (Gul.) Craufordiæ dominus, 267.
Lindeſayus (Jac.) Gul. Fr. Matthæum Rademan ſingulari certamine victor capit, 273. ipſe poſtea a Dunelmenſi E. captus, per Matthæum liberatur, 274.
Lindeſayus (Jac.) Jo. F. Rogerum de Kirkpatrick clanculum interficit, 254. capite pœnas luit, Ibid.
Lindeſayus (Joan.) Jo. Red-Cumyngum

Digitized by Google

gum a Roberto I. graviter vulneratum conficit, 172.
Lionverius Oxfordiæ comes, Marchio de Dublyne creatus, 253.
Lochabir regio, 229. 302. 305.
Lochabir ſecuris qualis, 197.
Lochbanquhar, lacus, 25.
Lochlevin lacus, ejus arx Davidi II. paret, 227.
Lochloumond lacus, 25.
Lochquhaw lacus, Ibid.
Lochtay lacus, Ibid.
Lochmaben arx capitur, 264.
Lochris arx diruta, 232.
Logan (Gualterus) ab Anglis captus obtruncatur, 183.
Logy (Margareta) Davidis II. uxor, 255. repudium paſſa Regi coram Papa litem movet, 256.
Lolardi in Anglia combuſti, 288.
Lombardi a Londinienſibus injuriis affecti, 319.
Londinum urbs Angliæ metropolis, 15. Rothomago incolarum numero & divitiis ſuperior, Pariſiis triplo inferior, 16.
Londoris monaſterium fundatur, 135.
Lucius Britannorum Rex Chriſtianus efficitur, 45.
Ludovicus VIII. Francorum Rex, ad Angliæ regnum vocatus, pro impenſis 1000 libras ſterlingorum accipit & revertitur, 142.
Ludovicus XI. Francorum Rex Margaretam Jacobi I. filiam uxorem ducit, 298.
Ludovicus XII. Francorum Rex Mariam Henrici VII. Angli filiam uxorem ducit, 332.
Lutachus agnomine Fatuus Scotorum Rex Sconæ inauguratus, 99. occiditur, 100.
Luys una Hebridum inſularum, ejus nominis ratio, 11.

M

MAcdowel (Gul.) in Davidis II. verba jurare coactus, 248.
Macduffus Thanus Fifenſis a Machabeda proſcribitur, 98. Malcolmo III. ut in Scotiam rediret ſuadet, 99. ejus a Malcolmo poſtulata, 100.
Macduffus comes Fifenſis in bello ab Anglis cæſus, 165.
Machabeus ſive Machabeda Malcolmo II. interfecto, regnum occupat, 96. 97. fautores Malcolmi III. variis ſuppliciis afficit, 98. interficitur, 99.
Maclane Donaldi Inſulani campiductor apud Harlaw occiſus, 293.
Macwilliam aliàs Donaldus Bane, rebellis capite plectitur, 139.
Major (Joannes) in parochia Bervici ſeptentrionalis natus, 146. in Chriſti collegio univerſitatis Cantabrigienſis auditor trimeſtris, 17. 88.
Major ſive præfectus urbis Londini, 16.
Major Londini Jake Strawe occidit, 253.
Malcolmus Fifenſis comes, bina monaſteria fundat, 146.
Malcolmus I. Scotorum Rex pro Combria Edmundo Anglo homagium præſtat, 94. a Moravienſibus occiditur, Ibid.
Malcolmus II. Scotorum Rex, victis Conſtantino Calvo & Grimo, regnat, 95. omnes terras regias principibus et aulicis ſuis dividit, 96. occiditur, Ibid.

Malcolmus III. Scotorum Rex, Canmor dictus, poſt necem patris Combriam adit, 97. ejus cum Macduffo, qui reditum in Scotiam ſuadebat, ſimulationes, 99. in Scotiam redit & interfecto Machabeda regnum capeſſit, Ibid. equitem quendam proditorem ad ſingulare certamen invitat, 100. S. Margaretam uxorem ducit, 101. Gulielmo I. Anglo pro Combriæ comitatu homagium præſtat, 103. Northumbriam ultra Theſam fl. populatur & occupat, Ibid. Angli fratrem & ingentem Anglorum & Normannorum exercitum fudit, Ibid. eccleſiam Dunelmenſem exſtruit, primos lapides ipſe ponens, 105. Alnvicum obſidens Angli cujuſdam dolo interficitur, 106. oſſa in Scotiam tranſlata, 153.

Malcolmus IV. Scotorum Rex, 110. coronatus, 132. Northumbriam Anglo tradit, Ibid. Gallovidienſes rebelles domat, et, Moravienſibus deletis, viros pacificos in terram immittit, 133. moritur cœlebs, Ibid.

Malduinus Scotorum Rex, 77.

Manna inſula, 24.

Mariſcalli comitis Angliæ jactantia, 276.

Marchia Scotiæ regio, ab Anglis occupatur, 244.

Margareta filia Alexandri III. R. 155. Norvegiæ Regi in conjugem tradita, 156.

Margareta Scotorum Regina Norvegiæ Regis filia moritur, 157.

Margareta S. Malcolmi III. uxor, ejus proles et ſanctitas, 101. 105. reliquiæ tranſlatæ, 153.

Margareta Henrici III. Angli F. Alex. II. Scoti uxor, 153. 173.

Margareta Henrici VII. Angli filia natu major, Jacobo IV. Scoto nupta, 332.

Margareta Henrici comitis Northumbriæ F. Duci Britanniæ nupta, 110.

Margareta Jacobi I. F. Ludovico XI. Franco nupta, 278.

Margareta Lotharingi Ducis F. Henrici VI. Angli uxor, 315. in Scotiam cum filio fugit & inde in Lotharingiam, 315. 321. 327. Regem maritum ſuum, pulſis hoſtibus, liberat, 321.

Margareta Norvegiæ Regis F. Jacobo IV. nupta, 175.

Maria Henrici VII. Angli filia natu minor, Ludovico XI. Franco nupta, 232.

Maria F. Ingelrami de Couchi Alexandri II. uxor, 148.

Maria F. Malcolmi III. Euſtathio comiti Boloniæ nupta, 107.

Marianus Scotus, monachus Fuldenſis, 102. 103.

Marjoria F. Alani comitis Gallowidiæ Jo. Cumyngo nupta, 174.

Martha Cariki comitiſſa Ro. Bruſeo nubit, 155.

Mathilda Malcolmi III. R. filia, Henrici I. Angli uxor, 101. 115.

Mathilda Henrici I. Angli filia Imperatori nupta, 116.

Mathildis Henrici Huntingtonii filia, 110.

Mathildis Imperatrix, 110. Galfrido Andigaviæ duci nupta, 117. in Angliam venit, Ibid. a Stephano R. in arce obſeſſa evadit, Ibid. coronatur, 118.

Mau-

Digitized by Google

Mauda ſive Mathildis uxor Gulielmi I. Angli coronatur, 103.
Maxima theologica, 61.
Maximus tyrannus Britanniam occupat, 43. ejus geſta contra Scotos & Pictos, Ibid.
Melroſſenſe cœnobium, 77. 78. 110. comburitur, 265.
Mentethus (Jo.) Wallacei proditor, 168.
Merciæ regni limites, 57. nomen unde, 58.
Merlinus vates, 58. unde illi divinandi virtus, 61. ejus vaticinia ambigua, 64. 143. ſcelus, Ibid.
Mernis regio vaſtatur, 231.
Middeltonus (Richardus) claret, 170.
Monachorum pravitas, 111.
Monaſteria in Scotia, 108. 135. 146. 148. 156. 231.
Moniales includi debent, 146.
Monte Acuto (Gul. de) in Gallia captus, pro Joanne Radulpho Moraviæ comite liberatur, 237.
Monte Acuto (Thomas de) Sariſberienſis comes Aureliam obſidet, 314.
Monte Gomorri. *Vide* Mungumbrius.
Montforth (Simon de) Leiceſtriæ comes Edwardum I. captivum tenet, 142. in pugna cæſus, 143.
Moravia regio, 231.
Moravienſes rebellantes domantur, 133.
Moravius (Andreas) Scotiæ cuſtos ab Anglis capitur, 225. caſtellum de Dundark obſidet, 228. iterum regni cuſtos electus Atholiæ comitem debellat, 230. arces quaſdam capit, & earum quatuor evertit, 231. 232. moritur, 234.
Morlay (Robertus) contra Stephanum R. arma capit, 118.
Mortimerus (Rogerus) Edwardi II. Angli necis auctor, 216. 238.
Mortoun arx diruta, 251.
Moubraius (Alex.) in lite contra fratris filias ab Ed. Baliolo favetur, 227. ab eo derelictus Andreæ Moravii Scotiæ cuſtodis partes ſequitur, 228.
Moubraius (Jo.) Roberto I. adverſatur, 183.
Moubraius (Jo.) prælio cæſus, 224.
Moubraius (Mauritius de) dominus de Cliddiſdale, 235. Strivilingi arcis præfectus conſtituitur, 236.
Moubraius (Philippus) arcem Strivilingi contra Robertum I. tenet, 191.
Moubraius (Thomas) comes Nottinghamiæ creatus, 253. & dux Norfolciæ, 257. perpetuo damnatus exilio Venetiis moritur, 258.
Mulieribus non danda evagandi licentia, 256.
Mungumbrius (Joannes) Henricum Percium in prælio Otterburnenſi capit, 271.
Mungumbrius (Joannes) Jo. F. 300.
Mure (Elizabeth) Roberti II. uxor prima, 174. 278.
Mureſſus (Anguſius) Cateranorum ductor, 305.
Muri a Romanis in Britannia Scotis & Pictis objecti, 45. 52.
Muſgraiſus (Tho.) Bervici præfectus a Jo. Gordono capitur, 263.
Muſici periti in Anglia, 18.

N

NEalus Græcorum Rex fictitius, 36.
Newbottil monaſterium fundatum, 110. combuſtum, 265.
Nigra crux Scotis reſtituta, 239.

Ninianus S. eccleſiam Candidæ caſæ condit, 53. auſtralibus Pictis & Britonibus evangelium prædicat, 54.
Nobiles Britanni humani, 32. eorum errata, 34.
Northanhumbrorum regni limites, 54. 58. fidem Chriſtianam Northanhumbris Scoti prædicant, 72.
Northumbria a Danis occupata, 88. Scotorum Regibus páret, 106. 109. 110. 119. 134. Anglo redditur, 132. a Scotis vaſtatur, 109. 134. 140. 186. 208. 212.
Nortvicus urbs Angliæ magnitudine tertia, 16.
Novum-caſtrum oppidum ſuper Tinam fl. fundatum, 103. obſidetur a Scotis, 267.

O

OCcam (Gulielmus) claret, 188.
Odomarus de Valencia Scotiæ pro Anglo cuſtos, Robertum I. apud Methven fugat, 181.
Ogil (Alex.) Anglus apud Bervicum cæſus, 247.
Ogilvius (Alex.) Anguſiæ vicecomes, Donaldum Inſulanum apud Harlaw fugat, 293.
Ogilvius (Gualterus) Anguſiæ vicecomes a Cateranis cæſus, 279.
Orcades inſulæ, 4. 24. incolæ Gothicè loquuntur, 25. a Claudio Imp. domantur, 44.
Orcadum comes Cathenenſem Ep. oculis & linguâ orbavit, 137.
Oſbricht Northumbriæ Rex a Danis cæſus, 87.
Oſnya cœnobium, ubi campanæ in Anglia optimæ, 88.
Oſwaldus Northumbriæ Rex apud Scotos exul fide Chriſtiana imbutus, 72. Berniciorum Rex effectus a Scotis epiſcopum petit, Ibid. ejus pietas & miracula, 75. ab Anglis paganis cæſus, Ibid. brachium manet incorruptum, Ibid.
Otterburnum vicus Northumbriæ, prælium ibi commiſſum, 267.
Oves cornutæ in Britannia, 25.
Owenus Wallicus armiger, Henrici IV. Angli viduam ducit, 314. in carcerem detruditur, Ibid. ejus liberi, Ibid.
Oxoniæ univerſitas, 17.

P

PAganiſmus apud Britones recrudeſcit, 70.
Palladius epiſcopus in Scotiam miſſus, 53.
Panes ſubcineritii, 8. 190.
Panis conficiendi methodus apud Scotos, 190. 212.
Parlamentum nigrum, 202. 223.
Paſcha apud Scotos non debito tempore obſervatum, 75. de eo controverſia, 76.
Patricius S. in Hiberniam mittitur, 53.
Patrui in Scotia olim regnabant pro liberis Regum, 90.
Pecok (Reginaldus) Ceſtrienſis E. hæreſis accuſatus, 319.
Pelagii hæreſis, 49.
Percius (Henricus) Garenniæ comes a Wallaceo prælio victus, 159.
Percius (Henricus) Northumbriæ comes Scotiam cum magno exercitu invadit, 262. puerorum crepitaculis territus aufugit, Ibid.
Percius (Henricus) Hateſpur dictus, Northumbriæ comes ab Jacobo comite

Digitized by Google

mite Douglaſſiæ ſingulari certamine victus, 267. in pugna apud Otterburn vulneratus & captus, 271. ab Arch. comite Douglaſſiæ fugatus, 282. una cum comite Marchiæ Scotos ad Nesbit-moram & Homildonem præliis ſuperat, 284. 285. contra Henricum IV. rebellis prælio cæſus, 286.
Percius (Radulphus) Henr. frater, in prælio ad Otterburnum captus, 270. data fide dimiſſus, 275.
Percius (Tho.) in bello contra Henricum IV. captus, capite pœnas luit, 286.
Pertha unicum Scotiæ oppidum muris cinctum, 20. ab Edw. Baliolo captum, 233. a Bruſſianis recipitur, 235. ejus muri cœnobiorum impenſis inſtaurati, 231. pons inundatione aquarum ruptus, 138.
Peſtis in Scotia & fames, 162.
Petrus Bruxellenſis Jo. Majoris diſcipulus, 7.
Philippus Burgundiæ dux Caliſium obſidet, 314.
Philippus Valeſius Francorum Rex Davidem II. ad Angliam invadendam inſtigat, 244.
Pictorum origo, nomen & mores, 39. cum Scotis bellum ineunt, 47. eoſque ope Maximi tyranni ex inſula ejiciunt, 48. ipſi deinde Romanis tributarii effecti, Ibid. Scotis antiquiores & numeris & viribus ſuperiores, 54. Britanniam primo ingreſſi uxores a Scotis Hibernicis accipiunt, 80. de ſucceſſione ad regnum ſuum cum Scotis bellum variâ fortunâ gerunt, 80. 81. Scotos ſuperant, Alpinum R. capiunt & obtruncant, Ibid. eorum regnum a Kenetho Scoto exſtinctum, 84. illud recuperare Anglorum ope enixi perimuntur, 90.
Pluſcardi monaſterium fundatum, 148.
Pole (Michael de la) comes Suthfolciæ & Angliæ cancellarius, 253.
Populi in Reges poteſtas. *Vide* Rex.
Prædicatores fratres in Scotiam primùm veniunt, 140.
Preſtonus (Laurentius) de Anglis victoria potitus vulnere moritur, 233.
Principum bonorum merita, 149.
Puella Franciæ quæ Anglos expellebat, ab eis capta Rothomagi comburitur, 314.

R

RAdeman (Matthæus) in prælio captus & fide data dimiſſus, 273.
Radulfus comes Ceſtriæ Mathildis Imp. partes ſequitur, 126.
Ramſayus (Alex.) Scotorum contra Gelrenſes dux, 230. ejus fortitudo & fama in re militari, 234. 236. orientalium limitum præfectus, 237. Roxburgum ab Anglis recipit, 243. a Gul. Douglaſſeo vulneratus & in carcerem conjectus, fame perit, Ib.
Ramſayus (Gul.) de Colluthe, ejus aſtu Duglaſſiæ comes evadit, 249.
Ranulphus (Jo.) Moraviæ comes, 224. cuſtos Scotiæ electus, 229. Davidem Atholiæ comitem in verba Davidis II. R. jurare cogit, Ibid. Gelriæ ducem in Angliam deducens capitur, 230. a Rege Francorum liberatur, 237. limitum occidentalium cuſtos conſtitutus eos ad antiquos terminos dilatat, Ibid.
Ranulphus (Tho.) Moraviæ comes, 186. arcem Puellarum capit, 190.

Digitized by Google

Anglos ſuperat, 192. in Angliam contra Edwardum III. miſſus, 212. Roberto I. mortuo Scotiæ cuſtos conſtitutus, 220. ejus juſtitia, Ibid. monachus Anglus ei toxicum pro medicina miſcet, 221. Edwardo III. tamen Scotiam invaſuro in lectica vectus obviam procedit, 221. in reditu moritur, 222. ejus elogium, Ibid.

Regulus Abbas reliquias S. Andreæ in Britanniam infert, 48.

Regnum ab uno in alium quomodo licite transferri poſſit, 65.

Rex ſuorum norma eſt, 114. non poteſt ſe bello exponere ſine populi conſenſu, 101. an poſſit regni jura alienare, 130. regia poteſtas a populo dependet, 135. in certo caſu Regem indubitatum cum poſteris e regno ejicere licet, & alium nullum jus habentem inſtituere, 176. pro quibuſvis tamen criminibus non licet, 180. communitas ſuper Regem, 292.

Remorgenay (Jo.) ejus fraus, 283.

Richardus comes Cornubiæ, 142.

Richardus I. Angliæ Rex in Palæſtinam profectus, multa a Chriſtianis adempta recuperat, 126. in reditu ab Auſtriæ duce captus Imperatori traditur, 127. pro 100000 libris ſterl. redemptus, Ibid. moritur, Ib.

Richardus II. Angliæ R. coronatur, 252. Scotiam hoſtiliter ingreſſus monaſteria iv. incendit, 265. proceres Angliæ quoſdam capitali ſupplicio afficit, 257. alios proſcribit, 258. in Hiberniam trajicit, Ibid. a ſuis captus, depoſitus, & in carcerem conjectus fame perit, 258.

Richardus III. Angliæ Rex Edwardi IV. fratris filios tollendos curat, & regnum occupat, 231. ab Henrico Richemundi comite in bello cæſus, 332.

Richardus de Sancto Victore Scotus, 114. ejus mors et epitaphium, 115.

Robertus Albaniæ dux. *Vide* Stuartus.

Robertus Gloceſtriæ comes, Mathildis Imp. partes ſequutus, capitur, 128.

Robertus Hudus latro Anglus, 128.

Robertus Normanniæ dux moritur, 96.

Robertus Curtois Gul. I. Anglorum Regis F. dux Normanniæ, 104. contra fratrem in Angliam deſcendit, 115. cum eo pro 1000. libris ſterl. pacem init, Ibid. ſummam remittit & Normanniam fratri tradit, 116.

Robertus I. Bruſſius Scotorum Rex natus, 155. ſororem comitis Marciæ uxorem ducit, 174. contra Wallaceum pugnat, 165. cum eo colloquium, 166. conſiliis ejus Anglo detectis, in Scotiam properat, et Jo. Cumingum occidit, 172. coronatur, Ibid. ejus jus ad regnum, 173. 180. ad Methven prælio victus, 181. iterum victus, Ibid. uxor captiva abducta, Ibid. aliquot arces capit & evertit, 182. cum Jo. Cumingo Buchaniæ comite inducias paciſcitur, 183. equitem Anglum eum in prælio petentem uno ictu proſternit, 196. Anglos inſigni prælio fudit, 185. 198. juſſu Papæ excommunicatur, 186. in Hiberniam trajicit, 200. in perduelliones animadvertit, 202. Angliam ad Stanmore uſque depopulatur, 203. Anglos Scotiam iterum invadentes penuria annonæ & cunctatione redire cogit, 203. An-

Anglos ad Bilandam fudit, 205. cum Anglo pacem init, 218. moritur, Ibid. ejus præconia, 218. 239. quæ conſilia Scotis in teſtamento dederit, 219. cor ſuum ad Terram Sanctam deferendum Ja. Douglaſſeo commendat, 219.
Robertus II. Stuartus Scotorum Rex, ad Dunbreton recedit, 228. Scotiæ cuſtos electus, 229. Pertham capit, 235. et Strivilingum, 236. Davide II. ab Anglis capto, iterum cuſtos, 245. coronatur, 259. moritur, 278. uxores ejus et liberi, 174. 278
Robertus III. Scotorum Rex, antea Joannes dictus, Tevidaliam ad Davidis II. fidem reducit, 249. ictu equi claudus fit, 276. coronatur, 278. Anabellam Drummond uxorem ducit, 279. ejus æquitas, Ibid. moritur, 287.
Rocheſtriæ in Anglia parvuli caudati naſcuntur, & quare, 71.
Rogerus Wintoniæ comes filiam Alani Gallovidiæ domini natu maximam ducit, 148.
Roſlin arx, prælium juxta eam, 167.
Roſs ſive Roſſenſis Euphemia. *Vide* Euphemia.
Roſſiæ comes. *Vide* Hugo.
Rotholandus Gallovidiam pacat, eâque et terrâ de Carrik a Gulielmo R. donatur, 136.
Roxburgum oppidum ab Anglis occupatum ab A. Ramſayo recipitur, 243. Anglis traditum, 244. a comite Marciæ incenditur, 262. arx pro redemptione Gulielmi R. Anglis tradita, 135. reſtituitur, 136. a Scotis & Francis obſeſſa, 265. a Scotis capta, 325.
Rukbius (Thomas) Arcis Strivilingi præfectus eam Roberto II. tradit, 236.
Ryddiſdale ſive Retherdale regio, 41.
Rymout (Thomas) *Vide* Lermont.

S

SAcerdotes in Britannia bellatores, 270.
Sanctus Andreas urbs & univerſitas in Scotia ſic dicta, 19. arx everſa, 231.
Sancto Claro (Gul. de) Dunkeldenſis E. Anglis victoriam eripit, 200. Edwardi Balioli in verba jurat, 223.
Sandwetchia oppidum Angliæ a Francis captum & ſpoliatum, 319.
Savernus fluvius. *Vide* Habernus.
Saxones in Britanniam a Britonibus invocati, 55. terras ab eis impetrant, 56. Britonum proceres dolo interimunt, & regna vii. ſibi in Britannia conſtituunt, 57. 70. eorum perfidia, 69. fidem Chriſtianam recipiunt, 71. 72.
Saxonum auſtralium regnum ejuſque limites, 57.
Saxonum occidentalium regnum, Ibid.
Sconæ monaſterium fundatum, 107. ibi Scotorum Reges inaugurari ſoliti, 24.
Scoti ad arcendos hoſtes promtiſſimi, 20. eorum mores, 27. 34. lingua duplex, 23. origo, 35. in Britanniam adventus, 40. Dalreudini dicti unde, Ibid. ad fidem converſio, 46. cum Pictis bella, 47. a Maximo tyranno & Pictis ex inſula ejecti, 48. redeunt, 51. Pictis conjuncti Britones magna clade afficiunt, 52. murum Romanum evertunt, 55. cum Britonibus pacem ineunt, eiſ-

que contra Pictos & Saxones auxiliantur, 62. Paſcha non recte obſervabant, 75. Pictorum regnum delent, 81. eorum Reges nulli unquam vectigales nec beneficiarii, 103. 116. 239. nec ipſi Regibus quidem, 250. in Edwardi I. Angli verba jurant, 159. eorum arma bellica, qualia, 197. in bello commeatus, 212. 215. in Regem fides, 237. Davidi II. ut Anglum in Regem poſt ſe recipe-rent ſuadenti obſtant, & proinde tumultuantur, 255. Angliam vaſtant, 277. eorum erga Francos fides, 289. 290. 298. 305. cum Anglis bella, 90. 92. 103. 109. 140. 159. 162. 165. 181. 192. 198. 200. 226. 231. 233. 235. 244. 246. 248. 262. 270. 284. 289.

Scotiæ deſcriptio & limites nunc & ab olim, 19. interdicto ſubjicitur, 140. 186.

Servanus epiſcopus, 53.

Setonus (Alex.) urbis Bervici præfectus urbem fortiter defendit, 225. poſt prælium apud Homildonem tradit, & in verba Angli & Ed. Balioli jurare cogitur, 226.

Setonus (Tho.) A. F. obſes Anglo datus in parentum conſpectu laqueo ſuſpenditur, 226.

Severus Imp. in Britannia murum inter Tynam & Eskam conſtruit, 45.

Simon Brek, fabulæ de eo, 39. 41.

Siwardus Northumbriæ comes, 110.

Skrymgeoure, nominis origo, 108.

Sky una Hebridum, ejus nominis ratio, 11.

Sollendæ ammates, 22. quo modo piſces capiunt, 33.

Solvaium fretum limes occiduus inter Scotiam & Angliam, 14.

Soulis (Gul. de) perduellionis convictus ad perpetuos carceres damnatur, 202.

Spei fluvius Scotiæ rapidiſſimus, 22. 107.

Spenceri exilio damnati ab Edwardo II. revocantur, 206.

Stenheng ab Aur. Ambroſio exſtructum, 63.

Stephanus Angliæ Rex Roxburgum contra Davidem I. Scotum venit, ſed cito pavore territus redit, 110. Northumbriam Henrico Davidis F. tradit, Ibid. cum Henrico Andigaviæ comite regnum partitur & triſtitiâ moritur, Ibid.

Strabogum vicus, 110.

Strathbolgi (David de) Atholiæ comes, 227. Jo. Red. Cumingi filiam ducit, 174. Scotiæ locumtenens pro Ed. Baliolo & Anglo conſtitutus, 227. in Davidis II. fidem jurare coactus, 229. ad Anglum deficit, 230. in prælio cæſus, Ibid.

Strathnaverne regio, 301.

Strawe (Jake) et Gualterus Tyler tumultus in Anglia concitant, 252. 253.

Strivilingum oppidum: arx pro redemptione Gulielmi R. Anglo tradita, 135. redditur, 136. ab Anglis occupata ab Edwardo Bruſeo obſidetur, 190. ab Anglis iterum capta recuperatur, 236.

Stuartus (Alanus) comes Cathenenſis prælio cæſus, 305.

Stuartus (Alanus) Roberti II. frater, prælio ad Halidonem cæſus, 226.

Stuartus (Alex.) Albaniæ dux Jacobi II. F. ab Anglis captus per minas Jacobi Kenedi Andreapolitani

Digitized by Google

ni E. liberatur, 328. in Gallia uxorem ducit, 174.
Stuartus (Alex.) Buchaniæ comes eccleſiam Elginenſem comburit, 278.
Stuartus (Alex.) Marriæ comes Al. Buchaniæ com. F. Donaldum Inſulanum apud Harlaw fugat, 293. a Donaldo Balſocho fugatur, 305. ejus obitus & geſta, 306.
Stuartus (David) Carici comes dux Rothſayæ creatus, 281. ejus inſolentia, 283. patruo nocere recuſat, 283. in carcere moritur, 284.
Stuartus (David) comes de Stratherne, 263. 278.
Stuartus (Duncanus) A. comitis Buchaniæ F. Angliam populatur, 279.
Stuartus (Gualterus) Rob. II. F. Atholiæ comes, 263. 278. in Jacobum I. conjuratio & ſupplicium, 307. 311.
Stuartus (Jac.) Gul. Lornenſis fr. Jacobi I. viduam uxorem ducit, 312. in exilium per Jacobum II. pellitur, Ibid. ejus liberi, Ibid.
Stuartus (Jac.) Murdaci Gubernatoris F. Dunbretanum comburit, & in Hiberniam aufugit, 299.
Stuartus (Jo.) ad Variam Capellam prælio cæſus, 165.
Stuartus (Jac.) Roberti II. fr. prælio ad Halidonem cæſus, 226.
Stuartus (Joannes) *Vide* Robertus III.
Stuartus (Jo.) Jacobi II. F. Marriæ comes, 174.
Stuartus (Jo.) A. F. Albaniæ dux Scotiæ Gubernator, 174.
Stuartus (Jo.) Buchaniæ comes cum copiis in Galliam profectus Franciæ Conneſtabilis creatur, 281. Clarentiæ ducem Angli fratrem in pugna interficit, 290. apud Crevantum captus, Ibid. apud Vernoulium fortiter pugnans cæſus, Ibid.
Stuartus (Jo.) Roberti II. fr. prælio ad Halidonem cæſus, 226.
Stuartus (Murdachus) Gubernator Scotiæ in pugna apud Homildonem captus, 285. ſine redemptione remiſſus, 294. ipſe cum filiis Gualtero et Alexandro decollati, 300.
Stuartus (Ro.) dux Albaniæ, 281. Angliam populatur, 265. 267. fit Scotiæ Gubernator, 276. ejus in pauperes reſpectus, 292. moritur, 294.
Stuartus (Robertus) in Jac. I. conjurat, 307. ejus ſupplicium, 311.
Sumerledus Argadiæ Regulus contra Malcolmum IV. inſurgit, 132. cum Hibernis Scotiam invadit, 133. interficitur, Ibid.
Suthſaxonum regni limites, 57.
Suthirlandus (Kenethus) Suthirlandiæ comes in prælio cæſus, 226.
Swintonus (Jo.) apud Vernoulium prælio cæſus, 290.
Suynus Danus Angliæ Rex, 89.
Sylvius (Æneas) poſtea Papa Pius IV. 11. 226. 308.

T

TAlbotus (Richardus) Anglorum cohortem in Scotiam ducens capitur, 233.
Tameſis inter fluvios Angliæ magnitudine tertius, 15.
Taxæ quando concedendæ, 296.
Taya ſive Taus fluvius, 22.
Tevidalia regio, 15. ab Anglis occupatur, 244. eis ejectis recipitur, 245. 249. 265.

Thule inſula, 25.
Tiler (Gualterus) *Vide* Strawe (Jake.)
Tormentorum bellicorum fabri defenſi, 304.
Tweda flumen Scotiæ & Angliæ regna dividens, 14.
Twedalia regio, 244.
Tulibard (Andreas de) proditionis damnatus capite pœnas luit, 224.
Turnbull (Jac.) prælio cæſus, 246.
Turſtinus Eboracenſis A. 109.
Tyviota fluvius, 14.

V

Valanceus (Odomarus) ex Wallacei proditoribus alter, 168.
Valdeoſus comes Huntingtoniæ, 110.
Vaſcones in urbium obſeſſione Septentrionales præcellunt, 247. in prælio campeſtri minus valent, Ibid.
Vechta inſula, 14. 57.
Vernoulium urbs Galliæ, 290.
Veypont (Alanus) arcis Urquharti præfectus, 227.
Vortigerus comes Weſtſaxonum, ejus fraus in Conſtantinum & in Pictos ſatellites ſuos, 55. Saxones in Britanniam invitat, Ibid. ab Engiſto captus munitiones omnes Saxonibus tradit, 57. ab Aur. Ambroſio in arce combuſtus, 62.
Vortimerus Britonum Rex a noverca ſua veneno tollitur, 56.
Urbes plurimæ in Scotia caſu crematæ, 149.
Urſula S. Britanna & xi. millia virginum a Govano & Elga apud Coloniam occiſæ, 46.
Urquhart arx, 227.
Urthidus (Tho.) Perthæ pro Anglo præfectus, 235.
Uther Britonum Rex Pendragon dictus, 54. 63. 64.

W

Wallia, Britonum in Britannia regnum, ab Anglis domita, 119. 144.
Wallaceus (Gul.) ejus genus & fortitudo, 161. multa mala Anglis infert, 159. cuſtos Scotiæ factus Anglos apud Strivilingum fudit, 162. Anglos Scotia expellit, Ibid. Angliam hoſtiliter ingreditur, 163. in prælio ad Variam Capellam a Cumingenſibus derelictus receptui canit, 165. in fuga Anglum quendam inſequentem interficit, Ibid. Colloquium cum Ro. Bruſeo, 166. ſolus inter Scotos Anglo parere noluit, 168. Anglo proditur & perimitur, 168. ejus præconia, 218.
Wardlaw (Gualterus) Glaſguenſis E. & Cardinalis, in Franciam legatus miſſus, 263.
Warvici comes ad perpetuos carceres damnatus, 257.
Wodſtokus (Tho.) dux Gloceſtriæ, 253. juſſu Richardi II. interfectus, 257.

Y

YLA inſula, 25.

Z

Zartmouth ſive Yarmouth, 4.
Zetlandia inſula, 25.

Addenda & Corrigenda.

PAg. 2. lin. 25. *pro* nempe, *lege* enim. Pag. 3. lin 12. *pro* nempe, *lege* enim. Ibid. lin ult. *pro* præcipue, *lege* præcipui. Pag. 4. lin. 2. *pro* in, *lege* id eſt. Pag. 5. lin. 16 *pro* Craufordiæ ora, *lege* Craufordiæ mora Ibid. lin. 21 *poſt* rariore, *pone* punctum. Ibid. lin. 23 *poſt* neceſſe ſit, *pone* punctum. Ibid. lin. 33 *pro* enim, *lege* eſt Pag. 6. lin. 1. *pro* plebei, *lege* plebeii. Ibid. lin. 32 *pro* ſicque, *lege* ſic quod. Ibid. lin. 35. *pro* lentes, *lege* lentem. Pag. 7. lin. 2. pone comma poſt *populi*, & dele comma poſt *ſeptentrionales*. Ibid lin. 23. *pro* qnod, *lege* quod. Ibid. lin. 24. *pro* plebei, *lege* plebeii. Ibid. lin. 35. *pro* Arnulphum, *lege* Ranulphum. Pag 8. lin. 1 *pro* plebei, *lege* plebeii. Ibid. lin. 21. *pro* habenr, *lege* habetur. Pag. 9. lin. 18. *pro* itaque, *lege* ita quod. Ibid. lin. 32. *pro* quam, *lege* quod. Ibid 33. *pro* quam, *lege* quæ. Pag. 10. lin. 9 *pro* fœcibus, *lege* fæcibus. Ibid. lin. 16. *pro* puritatem, *lege* parvitatem. Ibid lin. 22. *pro*, Sequitur etiam *quod fortiores viros vinum non efficiat quam cerviſia.* Potatur *inter fideles*, nam *non plures vina quam cerviſiam.* Lege, Sed *etiam quod fortiores viros vinum non efficiat quam cerviſia, patet: Inter fideles* enim non *plures vina quam cerviſiam bibunt.* Ibid. lin 24 *pro* præcipua, *lege* parva. Ibid. lin. 25. *dele* non. Ibid lin 30. *pro* quam, *lege* quæ. Ibid. lin. 32 *pro* prope, *lege* per. Pag. 11. lin. 15. *pro* verificar, *lege* verificatur Lin. 28. in fine, *pro* Edimburgi, *lege* Eboraci. Pag. 12. lin. 26. *pro* preteritis, *lege* præteritis. Pag 14. lin. 2. *pro* item, *lege* id eſt. Ibid. lin. 6. *pro* propter, *lege* præter. Ibid. lin. 8. *pro* Darſi & Jarſi, *lege* Guernſi & Jerſi. Ibid. lin. 13. *pro* itaque, *lege* ita quod. Ibid. lin. 27. *pro* præcipuam, *lege* parvam. Ibid. lin 31. *pro* Marcia Lumetanea, *lege* marchia limitanea Ibid. lin. 32. *pro* Tenedalia, *lege* Tevidalla Pag. 15. lin. 1. *pro* Tenedaliam, *lege* Tevidaliam. Ibid. lin. 6. *pro* Shrouwesbern, *lege* Shrowesbury. Ibid. lin. 7. *pro* Brigenorth, Virceſtrem, *lege* Briggenorth, Virceſtriam. Ibid. lin. 30. *dele* parentheſin. Pag 18. lin. 29. *pro* deprœhenſi, *lege* deprehenſi. Pag 19. lin. 7. *pro* Tiroali *lege* Thirlwall. Ibid. lin. 19 *pro* ibi, *lege* ubi. Pag 20 lin. 34. *pro* itaque, *lege* ita quod. Pag 21. lin. 12. *pro* impinguant, *lege* impinguunt. Pag. 22. lin. 11. *pro* alleca, *lege* halecia. Ibid. lin. 12. *pro* Forthan, *lege* Fortham. Pag. 23. lin. 11. *pro* namque, *lege* enim. Ibid. lin. 33. *pro* Trumbati, *lege* Crumbarti. Ibid. lin 34. *pro* quod, *lege* qui. Pag. 24. lin 4. *pro* itaque, *lege* ita quod. Ibid. lin. 13 *pro* Scotiam *lege* Sconam. Ibid. lin. 18. *pro* Zelandia, *lege* Zetlandia. Ibid. lin. 27 *pro* Archadia, *lege* Argadia. Ibid lin. 29. *pro* Alani, *lege* Calani. Pag. 25. lin. 11, 12. *pro* Leſivora, Leſivorenſis, *lege* Liſmora, Liſmorenſis. Ibid. lin. 13. pone punctum poſt *longa*, & dele punctum poſt *inſula*. Ibid. lin. 16. *pro* Colinoci, *lege* Colmoci Ibid. lin. 17 *pro* Lochordum, *lege* Lochard. Ibid. lin. 18. *pro* Lochbaquhar, *lege* Lochbanquhar. Pag. 26. lin. 3 *pro* Turonis, *lege* Turonenſibus. Ibid. lin. 11. *pro* duode, *lege* duodenis. Ibid. lin. 31. *pro* peltis, *lege* petis Pag. 29. lin. 28. *pro* plebeos, *lege* plebeios Pag. 30. lin. 22. *pro* quod, *lege* qui. Pag. 31. *pro* fuerunt, *lege* fuerint. Ibid. lin. 15. *pro* quoniam, *lege* quando. Ibid. lin. antepen. poſt *Igitur*, pone punctum. Pag. 37. lin. 25. *pro* Gallicæ, *lege* Gallice. Pag. 43. lin. 7. *pro* Forthan, *lege* Fortham. Pag. 44. lin. 4. *pro* 917, *lege* 799. Ibid. lin. 21. *pro* permiſerint, *lege* promiſerint. Pag. 45. lin 1. *pro* Agued, *lege* Agned. Ibid. lin. 6. *pro* Antonius Severus, *lege* Antoninus Verus. Pag. 47. lin. 10. *pro* Carentius, *f.* Carauſius. Ibid. lin. 20. *pro* Baſianum, *lege* Baſſianum. Pag 48. lin. 28. *pro* Harguſtus, *lege* Hurguſtus. Pag. 51. lin. 15. *pro* attenuati, *lege* attediati. Pag 52. lin. 2. *pro* Barno & Tenago, *lege* Loarno & Tenego. Ibid. lin. 15. *pro* Abercorvic, *lege* Abercorn. Ibid. lin. 16 *pro* Dakenclud, *lege* Alcluyd. Pag. 53. lin. 24 *pro* Tutonis, *lege* Turonis. Ibid. lin. ult. *pro* Northamhumbrorum, *lege* Northanhumbrorum. Pag. 54. lin. 8. *pro* propter, *lege* per. Pag. 55. lin. 34. *pro* Horne, *lege* Horſa. Pag. 57 lin. 35. *pro* Marchiorum, *lege* Merciorum. Ibid. lin. 32. *pro* Eſchex, *lege* Eſtſex. Ibid. lin. 36. *pro* Der, *lege* Dea, & *pro* Seuar. *lege* Savernus ſive Sabrina. Ibid. lin. 37. *pro* Briſtom, *lege* Briſtou. Pag. 58. lin. 3. *pro* Demers, *lege* de Mers. Ibid. lin. 18. *pro* Berviciorum, *lege* Berniciorum. Ibid. lin. 25. *pro* brevi loquium, *lege* breviloquium. Pag. 59. lin. 6. *pro* ſuur, *lege* ſunt. Pag. 60. lin. 11. poſt *imaginatio* pone colon. Ibid. lin. pen. *pro* eum, *lege* enim. Pag. 62. lin. 5. *pro* appelluntur, *lege* appellunt. Ibid. lin. 14. *pro* propterea, quod, *lege* proptereaque. Ibid. lin. pen. *pro* Otha, *lege* Ochta. Pag. 63. lin. 5. *pro* Steuhend, *lege* Stenheng. Ibid. lin. 19. *pro* puræ, *lege* pure. Pag. 65. lin. 1. *pro* Londoniarum, *lege* Loudoniarum. Ibid. lin. 33. *pro* comiter, *lege* communiter. Pag. 66. lin. 9. *pro* erroneæ, *lege* erronee. Pag. 68. lin. 2, 4 *pro* Archadio, *lege* Eochodio. Pag 70. lin. antepen. & pen. *pro* Diamero, Diaſcene, Dialexandria, *lege* δ'τῆ Meroes, δ'ι' Alexandrias, δ'τῆ Syenes. Pag. 72. lin. 12. *pro* Berviciorum, *lege* Berniciorum. Pag 73. lin. 19 *pro* quia, *lege* qui. Ibid. lin. 33. *pro* maximi, *lege* maxime. Ibid. lin. 35. *pro* Hu, *lege* Hii. Pag 75. lin. 14. *pro* quinto decimi, *lege* quinti decimi. Ibid. lin. 17. *pro* quod, *lege* qui. Ibid. lin. 26. *pro* Quia, *lege* quod. Ibid. in margine, *pro* Paſchalia, *lege* Paſchatia. Pag 76. lin 7 & 10. *pro* religionis, *lege* regionis: & *pro* Hu, *lege* Hii. Pag 77. lin. 8. *pro* Comhisbunde, *lege* Inisbouſinde. Ibid. cap. 12. lin. 5. *pro* Baſilii, Abbatis, *lege* Boiſilii Abbatis. Ibid. lin. pen. *pro* Guldinghamen, *lege* Coldinghame. Pag 78. lin. 2. *pro* Mekoſenſi, *lege* Melroſſenſi Ibid. lin 21. poſt *induxit* pone comma, & dele comma poſt *bellum*. Ibid. lin. pen. *pro* non contenti invadunt, *lege* contenti non invadunt.

Addenda & Corrigenda.

vadunt. Pag. 79 lin. 13. *pro* proficerentur, *lege* præficerentur. Pag 81. lin. 35. *pro* reguum, *lege* regnum. Pag 84 lin. 26. *pro* 5 *lege* 104. Pag. 85. lin. 12 & 16 *pro* Abirvethya, *lege* Abirnethya Ibid. lin. antepen. *pro* Helſtaufurd, *lege* Helſtanfurd. Pag. 87. lin. pen. *pro* Hungum, *lege* Hinguar. Pag. 89. lin. 1 *pro* Suuihſolciæ, *lege* Suthſexiæ. Pag. 91 in margine, *pro* Ethi, *lege* Kennethi. Pag. 92 lin. 11 *pro* Angliœ, *lege* Angliæ. Pag. 93. lin. 29. *pro* levarent, *lege* levaretur. Pag. 94. lin. 20 & antepen. &c. *pro* Culmus, *lege* Culinus. Pag. 95. lin 15 & 28 *pro* Grynenus, *lege* Grymus. Ibid lin 23. *pro* Eryvino, *lege* Crynino. Pag 97. lin. 17 *pro* Suardi, *lege* Sivardi. Pag. 98. lin. 9. *pro* patrias, *lege* patrios. Pag. 99. lin. 31. *pro* Kynquhanan, *lege* Lumphanan. Pag. 258. lin. 4. *pro* quid, *lege* qui. Pag. 301. lin. pen. *pro* Makmanke, *lege* Makmaken. Pag. ult. lin. 9. *pro* ſexi *lege* Sexti. In Indice, *pro* Sylvius (Æneas) poſtea Pius IV. *lege* Pius II.

A01 114 75480

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google